Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXX
B
7
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

JOAN. RUDOLPHI CAMERARII, Med. D.

MEMORABILIUM MEDICINÆ ET MIRABILIUM NATURÆ ARCANORUM.

Pars Secunda.

Digitized by Google

Digitized by Google

CENTVRIÆ XI.

Particula I.

Vitæ humanæ miſera conditio.

VIta hæc temporalis, quia brevis, idcircò & bona ejus, & mala brevia ſint, neceſſe eſt. Illa verò ſpiritualis, quæ huic terrenæ contraria eſt, quoniam ſempiterna eſt, idcircò & bona ejus & mala ſempiterna ſunt. Ita fit, ut & bonis brevibus mala æterna, & malis brevibus bona æterna ſuccedant. *(a)* Quid enim eſt vita noſtra, ut cum Apoſtolo *(b)* loquamur, quàm vapor, qui ad exiguum tempus apparet, mox tenues evaneſcit in auras? Et ut cum Poëta dicamus:

Quid nos quæſo ſumus, quam ſparſus in aëra fumus?
Sed nihil eſt fumus, nos nihil ergo ſumus.

Facilè profectò vapor evaneſcit, facilè diſpergitur fumus, ac opprimitur facilè hæc micans vitæ flammula, à diætæ vitio, loci infamia, cœli morbo, aurâ venenatâ, vel partis principis impedimento, cujus officio vita carere nequit, à phlegmone item, aliové morbo, maraſmum inferente. *(c)* Sic ſanè ſapientiſſimè Plato dixiſſe videtur: quænam pars ætatis calamitatibus vacat? nonne ſtatim à principio plorat, ut primum natus eſt infans, & vitam à lachrymis auſpicatur? haud igitur injuria Socradis exemplo noſmetipſos interrogamus; Quid obſecro ſumus tandem, aut ex quâ materiâ nati? conjecturam ex teipſo fac, & vitam tuam conſidera, unde natus, quis-

quiſnam ſis, & quis futurus olim. Sic fertur Ariſtoteles interrogatus aliquando, quid eſſet Homo, reſpondiſſe: Homo nihil eſt aliud, quam imbecillitatis exemplum, temporis ſpolium, fortunæ luſus, inconſtantiæ imago, invidiæ & calamitatis trutina, reliquum verò pituita & bilis. Scilicet hic hominum ſtatus eſt. *(d)* Rectè itaque dici poteſt:

Vita quid eſt hominum? ſpes & formido futuri,
Multum triſtitiæ, lætitiæq; parum. (e)

a) *Lactant. l. 6. cap. 4. de vero cultu.* b) *Jacob. in epiſt. c. 4. v. 14.* c) *Deodat. in præf. l. 1. panth. hyg.* d) *Loner. in præfat. lib. de apopl.* e) *Phil. Camerar. hor. ſucciſ. cent. 2. c. 12.*

II.

Vitæ humanæ elegans deſcriptio.

Unde D. Auguſtinus, non minus piè, quàm verè ſcripſit: Vita hæc eſt vita dubia, vita cæca, vita ærumnoſa, quam humores tumidant, dolores extenuant, ardores exſiccant, eſcæ inflant, jejunia macerant, joci diſſolvunt, triſtitiæ conſumunt, ſolicitudo coarctat, ſecuritas hebetat, divitiæ jactant, paupertas dejicit, juventus extollit, ſenectus incurvat, infirmitas frangit, mœror deprimit, & poſthæc omnia mors interimit, & univerſis gaudiis finem imponit; Ita ut cum eſſe deſierit, nec fuiſſe putetur.

In comment. ad text. D. Jacobi epiſt. c. 4. v. 14.

III.

Πομφόλυξ ὁ ἄνθρωπος.

Pulchrum eſt adagium πομφόλυξ ὁ ἄνθρωπος. Quò re-

reſpexiſſe videtur Lucianus, qui vitas hominum bullis ſimiles facit, quarum aliæ ſimul atque natæ ſunt, protinus evaneſcunt, aliæ paulò diutiùs durant, omnes breviſſimis quibusdam intervallis aliæ ſuccedunt aliis. *(a)* Quâ autem re poſſet magis extenuari hominis vita, quàm ut Æſchylus indicat? Is enim eam umbræ fumi ſimilem facit: nam hi ſunt ejus verſus:

Caduca molitur genus mortalium.
Neq; certa res eſt ulla. nec tuta, haud magis atq; umbra
fumi. (b)
Homo ſicut fœnum, dies ejus, tanquam flos agri, ſic deflorebunt. (c)
Heu mihi mortales quid ſunt? quid vita caduca?
Occiduæ mortis nil niſi principium?
Χνῦς, σκιά, φάσμα, δρόσος, πνοίη, πτερὸν, ἀτμὶς, ὄνειρος.
Οἶδμα, ῥόος, νηὸς ἴχνιον, αὖρα, κονίς.
Res, vapor, umbra, tumor, pulvis, nix, ſomnia, fumi,
Spectrum, pluma, ratis tranſitus, aura, cinis. (d)

Rectiſſimè itaque doctiſſimus Buchananus, miſeram conditionem humanæ vitæ elegantiſſimis hiſce verſiculis deplorat:

--- --- --- non unquam mihi
Secura vita fluxit ulla portio.
Ut trudit undas unda, fluctus fluctui
Cedit ſequenti, pellitur dies die:
Semper premuntur præterita novis malis:
Dolor dolori, luctui eſt luctus comes. (e)

a) *In Charonte.* b) *Apud Stobaeum.* c) *Pſalm. 103. v. 15.* d) *Chy-*

d) *Chytræus in comment. c. 4. Syracid.* e) *In Jephte fol. mihi 13.*

IV.

Vita humana naviganti ſimilis.

Is qui navigat, ſtet, ſedeat, jaceat, ſemper vadit, quia impulſu navis ducitur: ſic & nos, ſive vigilantes, ſive dormientes, per momenta temporum quotidie ad finem tendimus. (*a*) Quod etiam Seneca admonuit. Prænavigamus, inquit, vitam, & quemadmodum in mari, aut ut Virgilius:

terraq́ue urbesq́ue recedunt: (*b*)

ſic curſu rapidiſſimi temporis primum pueritiam abſcondimus, deinde adoleſcentiam, deinde quicquid eſt, inter juvenem & ſenem medium, in utriusque confinio poſitum, deinde ſenectutis optimos annos. Noviſſimè incipit oſtendi publicus finis generis humani. Scopulum eſſe illum putamus? clementiſſimus portus eſt aliquando petendus, nunquam recuſandus. (*c*)

a) *Greg.* b) *l. 3. Æn.* c) *ep. 71. Franc. Patrit. l. 1. de regno & reg. inſtit. tit. 8.*

V.

Vita humana gladio ſimilis.

Si ad ſenectam vos perventuros cogitatis Juvenes, meminiſſe debetis, & nunquam oblviviſci, gladium, qui aſſiduè uſurpatur, cum minimè putaſſes, chalybe exarmari. Sanè juvenis nihil à gladio novo differt, qui progreſſu temporis uno die acie ſenſuum hebetatur, altero intelligentiæ mucrone orbatur, qui hodiè cha-

chalybem amittit virium, cras ærugine carpitur morborum, modò adverſis diſtorquetur, modò proſperis obtunditur, jam nimis acutus eſt ob divitias, jam planè corruptus non ſecat ob paupertatem. Denique ſæpenumero fit, ut quantò magis delitiis exacuitur acies, tantò certius immineat vitæ periculum.

Horol. princ. l. 1. c. 42.

VI.

Vita humana calamitatis ergaſtulum.

Cùm omnes mortui ſint, moriantur & morituri ſint, inter tot mortuos ſolus vis vivere? Meliùs né eſt, vel ut rectiùs dicam, utrum minùs malum, benè mori, an malè vivere. Equidem cum labores continuos, ac varios, quos inter manus habere quotidiè ſolemus perpendo, an quiſquam aſſequi poſſit, ut benè vivat vehementer ambigo. Tolerare famem, frigus, ſitim, ſolitudinem, perſecutiones, infortunia, morbos, non vita, ſed mors diuturna appellanda eſt. Meritò vitam hanc mortem dixerimus, cum millies vitæ nos odium capiat. Si Senex vitam ſuam luſtraret, ab eo momento, quo matris ex alvo prodiit, uſque ad id tempus, quo terræ ſinu conditur, & corpus omnes, quos ſuſtinuiſſet, dolores recenſeret; animus omnes fortunæ triſtioris incurſus, quos excepiſſet, aperiret: futurum arbitror, ut & Dii mirarentur & homines obſtupeſcerent, tàm corpus, quod illa pertuliſſet, tàm animum, qui diſſimulâſſet, intuentes. Prudentiores mihi Græci videntur, qui edito infante, cum ploratu commemorant, quantum calamitatum illi ſit perferendum vitam ingreſſo; contra defunctum

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXX
B
7
NAPOLI

Digitized by

Digitized by Google

JOAN. RUDOLPHI CA-
MERARII, Med. D.

MEMORABILIUM MEDICINÆ ET MIRABILIUM NATURÆ ARCANORUM.

Pars Secunda.

CENTVRIÆ XI.

Particula I.

Vitæ humanæ miſera conditio.

VIta hæc temporalis, quia brevis, idcircò & bona ejus, & mala brevia ſint, neceſſe eſt. Illa verò ſpiritualis, quæ huic terrenæ contraria eſt, quoniam ſempiterna eſt, idcircò & bona ejus & mala ſempiterna ſunt. Ita fit, ut & bonis brevibus mala æterna, & malis brevibus bona æterna ſuccedant. *(a)* Quid enim eſt vita noſtra, ut cum Apoſtolo *(b)* loquamur, quàm vapor, qui ad exiguum tempus apparet, mox tenues evaneſcit in auras? Et ut cum Poëta dicamus:

Quid nos quæſo ſumus, quam ſparſus in aëra fumus?
Sed nihil eſt fumus, nos nihil ergo ſumus.

Facilè profectò vapor evaneſcit, facilè diſpergitur fumus, ac opprimitur facilè hæc micans vitæ flammula, à diætæ vitio, loci infamia, cœli morbo, aurâ venenatâ, vel partis principis impedimento, cujus officio vita carere nequit, à phlegmone item, aliové morbo, maraſmum inferente. *(c)* Sic ſanè ſapientiſſimè Plato dixiſſe videtur: quænam pars ætatis calamitatibus vacat? nonne ſtatim à principio plorat, ut primum natus eſt infans, & vitam à lachrymis auſpicatur? haud igitur injuria Socradis exemplo nosmetipſos interrogamus; Quid obſecro ſumus tandem, aut ex quâ materiâ nati? conjecturam ex teipſo fac, & vitam tuam conſidera, unde natus, quis-

quisnam ſis, & quis futurus olim. Sic fertur Ariſtoteles interrogatus aliquando, quid eſſet Homo, reſpondiſſe: Homo nihil eſt aliud, quam imbecillitatis exemplum, temporis ſpolium, fortunæ luſus, inconſtantiæ imago, invidiæ & calamitatis trutina, reliquum verò pituita & bilis. Scilicet hic hominum ſtatus eſt. *(d)* Rectè itaque dici poteſt:

Vita quid eſt hominum? ſpes & formido futuri,
Multum triſtitiæ, lætitiaq; parum. (e)

a) *Lactant. l. 6. cap. 4. de vero cultu.* b) *Jacob. in epiſt. c. 4. v. 14.* c) *Deodat. in præf. l. 1. panth. hyg.* d) *Loner. in præfat. lib. de apopl.* e) *Phil. Camerar. hor. ſucciſ. cent. 2. c. 12.*

II.

Vitæ humanæ elegans deſcriptio.

Unde D. Auguſtinus, non minus piè, quàm verè ſcripſit: Vita hæc eſt vita dubia, vita cæca, vita ærumnoſa, quam humores tumidant, dolores extenuant, ardores exſiccant, eſcæ inflant, jejunia macerant, joci diſſolvunt, triſtitiæ conſumunt, ſolicitudo coarctat, ſecuritas hebetat, divitiæ jactant, paupertas dejicit, juventus extollit, ſenectus incurvat, infirmitas frangit, mœror deprimit, & poſt hæc omnia mors interimit, & univerſis gaudiis finem imponit; Ita ut cum eſſe deſierit, nec fuiſſe putetur.

In comment. ad text. D. Jacobi epiſt. c. 4. v. 14.

III.

Πομφόλυξ ὁ ἄνθρωπος.

Pulchrum eſt adagium πομφόλυξ ὁ ἄνθρωπος. Quò re-

reſpexiſſe videtur Lucianus, qui vitas hominum bullis ſimiles facit, quarum aliæ ſimul atque natæ ſunt, protinus evaneſcunt, aliæ paulò diutiùs durant, omnes breviſſimis quibusdam intervallis aliæ ſuccedunt aliis. *(a)* Quâ autem re poſſet magis extenuari hominis vita, quàm ut Æſchylus indicat? Is enim eam umbræ fumi ſimilem facit: nam hi ſunt ejus verſus:

Caduca molitur genus mortalium.
Neq; certa res eſt ulla, nec tuta, haud magis atq; umbra
fumi. (b)
Homo ſicut fœnum, dies ejus, tanquam flos agri, ſic deflo-
rebunt. (c)
Heu mihi mortales quid ſunt? quid vita caduca?
Occiduæ mortis nil niſi principium?
Χνῦς, σκιά, φάσμα, δρόσος, πνοίη, πτερὸν, ἀτμὶς,
ὄνειρος.
Οἶδμα, ῥόος, νηὸς ἴχνιον, αὖρα, κόνις.
Ros, vapor, umbra, tumor, pulvis, nix, ſomnia,
fumi,
Spectrum, pluma, ratis tranſitus, aura, cinis. (d)

Rectiſſimè itaque doctiſſimus Buchananus, miſeram conditionem humanæ vitæ elegantiſſimis hiſce verſiculis deplorat:

--- --- --- non unquam mihi
Secura vita fluxit ulla portio.
Ut trudit undas unda, fluctus fluctui
Cedit ſequenti, pellitur dies die:
Semper premuntur præterita novis malis:
Dolor dolori, luctui eſt luctus comes. (e)

a) *In Charonte.* b) *Apud Stobæum.* c) *Pſalm. 103. v. 15.*
d) *Chy-*

d) *Chytræus in comment. c. 4. Syracid.* e) *In Jephte fol. mihi 13.*

IV.

Vita humana naviganti ſimilis.

Is qui navigat, ſtet, ſedeat, jaceat, ſemper vadit, quia impulſu navis ducitur: ſic & nos, ſive vigilantes, ſive dormientes, per momenta temporum quotidie ad finem tendimus. (*a*) Quod etiam Seneca admonuit. Prænavigamus, inquit, vitam, & quemadmodum in mari, aut ut Virgilius:

terraq; urbesq; recedunt: (*b*)

ſic curſu rapidiſſimi temporis primum pueritiam abſcondimus, deinde adoleſcentiam, deinde quicquid eſt, inter juvenem & ſenem medium, in utriusque confinio poſitum, deinde ſenectutis optimos annos. Novisſimè incipit oſtendi publicus finis generis humani. Scopulum eſſe illum putamus? clementisſimus portus eſt aliquando petendus, nunquam recuſandus. (*c*)

a) *Greg.* b) *l. 3. Æn.* c) *ep. 71. Franc. Patrit. l. 1. de regno & reg. inſtit. tit. 8.*

V.

Vita humana gladio ſimilis.

Si ad ſenectam vos perventuros cogitatis Juvenes, meminiſſe debetis, & nunquam obliviſci, gladium, qui asſiduè uſurpatur, cum minimè putaſſes, chalybe exarmari. Sanè juvenis nihil à gladio novo differt, qui progreſſu temporis uno die acie ſenſuum hebetatur, altero intelligentiæ mucrone orbatur, qui hodiè

cha-

chalybem amittit virium, cras ærugine carpitur morborum, modò adverſis diſtorquetur, modò proſperis obtunditur, jam nimis acutus eſt ob divitias, jam planè corruptus non ſecat ob paupertatem. Deniqne ſæpenumero fit, ut quantò magis delitiis exacuitur acies, tantò certius immineat vitæ periculum.

Horol. princ. l. 1. c. 42.

VI.

Vita humana calamitatis ergaſtulum.

Cùm omnes mortui ſint, moriantur & morituri ſint, inter tot mortuos ſolus vis vivere? Meliùs né eſt, vel ut rectiùs dicam, utrum minùs malum, benè mori, an malè vivere. Equidem cum labores continuos, ac varios, quos inter manus habere quotidiè ſolemus perpendo, an quiſquam aſſequi posſit, ut benè vivat vehementer ambigo. Tolerare famem, frigus, ſitim, ſolitudinem, perſecutiones, infortunia, morbos, non vita, ſed mors diuturna appellanda eſt. Meritò vitam hanc mortem dixerimus, cum millies vitæ nos odium capiat. Si Senex vitam ſuam luſtraret, ab eo momento, quo matris ex alvo prodiit, uſque ad id tempus, quo terræ ſinu conditur, & corpus omnes, quos ſuſtinuiſſet, dolores recenſeret; animus omnes fortunæ triſtioris incurſus, quos excepiſſet, aperiret: futurum arbitror, ut & Dii mirarentur & homines obſtupeſcerent, tàm corpus, quod illa pertuliſſet, tàm animum, qui diſſimulâſſet, intuentes. Prudentiores mihi Græci videntur, qui edito infante, cum ploratu commemorant, quantum calamitatum illi ſit perferendum vitam ingreſſo; contra defunctum

ctum hominem cum luſu lætitiaque efferunt, recenſentes quam multis malis ſubductus ſit: quàm Romani, qui, cum infantes naſcuntur, cantant, & quando ſenes moriuntur, plorant.

Horol. princ. l. 3. c. 53. Herod. l. 5.

VII.

Vita humana horologio ſimilis.

Eodem greſſu quo vitam ingredimur, ad mortem progredimur, non ſecus, ac horologium ad certum horarum numerum libratum, ipſo motu motum ſuum deperdit.

Mornaus de verit. rel. Chriſt. p. 214. 215.

VIII.

Vivere noſtrum quid?

Ita comparatum eſt, ut tùm primùm nos mori arbitremur, cum extremum ducimus ſpiritum, qui ſi animum advertamus, nos ſingulis & diebus & horis ac momentis mori comperiamus. Mortem ceu inuſitatum quid animo concipimus, cùm nihil æquè familiare nobis circumferamus. Haud aliud eſt vita noſtra, quàm mors continua. Tantundem vitæ decedit, quantum accedit. Quantùm incrementi ſumimus, tantundem vivendo amittimus. Ne ad paſſus quidem unius ſpacium vitam ingredimur, quin tantillo ſpacio morti appropinquemus. Qui trientem ætatis ſuæ transegit, tantâ ſui parte mortuus eſt: qui ſemiſſem, ſemimortuus: præteriti noſtri temporis portio mortua eſt, præſens vivit, ſimulque moritur, futura ſimiliter morti mancipabitur. Quicquid

quid effluxit, non exiſtit in rerum natura, futurũ nec dum eſt, præſens & eſt, & non eſt amplius. Omnis in univerſum vita nil aliud, quàm mors quædam eſt. *(a)* Mutabilitas enim vitæ hoc perpetuò agit, ut veniatur ad mortem, & nemo eſt, qui non ſit ei propinquior poſt annum, quàm ante annum fuit, & cras, quàm hodiè, & hodiè, quàm heri: & paulò pòſt, quàm nunc, & nunc, quàm paulò antè, quoniam, quicquid temporis vivitur, de ſpacio vivendi demitur, & quotidiè fit minus, minùsque quod reſtat, adeò ut nihil aliud ſit vita, quàm curſus ad mortem. *(b)* Candelæ in noſtro corpore accenſæ inſtar eſt, quam in plerisque ventus liquefacit, in nonnullis ita agitat, ut ſemiaccenſa videatur, ſunt, in quibus eam ad extremum uſque conſervet & foveat. Ut ut ſit, quacunque demum luceat quantitate, eadem ſeipſam ardendo abſumet, fulgor ipſius eſt deflagratio, lumen fumus citò evaneſcens, extremus ipſius ignis extremum eſt ellychnium, atque ultima humoris gutta. Eadem eſt prorſus vitæ humanæ ratio, vivere & mori unum idemque homini. *(c)*

Sic eſt, cum tremuli ſeſe exerunt oculi
Primævumq́ avidi percipiunt diem.
Tùm ſanè incipiunt mori. (d)

a. c) *Mornæus pag. 50. vita & mort. conſid.* b) *Auguſt. l. 13. de Civit. Dei. c. 10. Heurn. l. 2. inſtit. cap. 7.* d) *Deodat. panth. higiaſt. libr. 1. c. 9. vide centur. noſtr. 2. part. 21.*

IX.

Vita humanâ nihil periculoſius.

Unum fatebor, quod detectum mihi dedecori fu-

turum non ignoro, at uſui forſitan viro prudenti erit. LII. quos vixi, annis, omnia hujus vitæ vitia delibare volui, tantùm ut periculum facerem, an quicquam humanæ ſatisfaceret improbitati, ſed omnibus perſpectis, tentatis, exploratis, cognovi, me, quò plus comedo, eò magis fame enecari: quò plus bibo, eò magis ſitire: quo magis recreor, eò magis frangi; quo plus dormio, eò magis eſſe ſomnolentum: quantò plura habeo, tantò plura petere: quò plus cupio, eò magis torqueri: quo plus affecto, eò minus aſſequi; denique nunquam me deſiderio rei alicujus flagrâſſe, quin eam adeptus & ſatietate captus, & mox alterius cupiditate incenſus ſim. Summa dementia eſt, cogitare aliquem dum in carne vivit, carni ſe ſatisfacturum: citiùs enim nos vita privare illa poterit, quàm nos immoderatam illi cupiditatem adimere. O intolerabilem vitam humanam! in qua tot inſunt ſcelera, à quibus cavere debeamus: tot pericula, quæ fugiamus; tàm multa in nobis ipſis, quæ conſideremus, ut tùm demum & illam & nos ipſos exactè cognoſcamus, cum hora jam, quá moriendum eſt, appropinquat.

Anton. de Guevara, de vit. M. Ant. Imper. libr. 3. c. 22.

X.

Vitæ humanæ miſeria.

Eſt breve, ſed miſeræ tempus lacrymabile vitæ:
  Cui ſi quid boni ineſt, id labor & dolor eſt.
Aſpicimus nudi primam, ſine viribus oram
  Luminis: & pecudum more, jacemus humi.

Pri-

Digitized by Google

Primaque vagitu capimus primordia vitæ,
In miſeros nati, pulvis & umbra dies.
Alma parens rerum, natura animantia terræ
Viribus inſtruxit cætera quæque ſuis.
Cornibus imanem cervos armavit in hoſtem:
Hirſutamque cutem, tutaque luſtra dedit.
Et fulvo robur tribuit villosque Leoni:
Ut poſſit æſtus & tolerare gelu.
Solum hominem terras ſic nudum abjecit in ægras,
Neſciat ut tacta tollere corpus humo.
Sponte ſua nat piſcis aqua, volat ales in aurâ:
Sponte ſuâ ſtimulum vertere novit apis.
Vellus ovem, curſus leporem, dens ferreus aprum,
Cornua dura boves, ungula munit equos.
Soli nos miſerum nudi prodimus in ævum:
Et quâ bruta valent, deſpoliamur ope.
Mors etiam ſævo momentis omnibus enſe
Imminet: & triſtes aſperat ore minas.
Inde cadunt pueri, partuque necamur in ipſo:
Inde alvus tumuli ſæpè dat ipſe vicem.
Felices illos, qui ſic moriuntur, ut hujus
Expertes vitæ cælica regna petant.
Quod ſi dura manus primo mors abſtinet ævo:
Quàm tamen infantes vexat iniqua lues?
Quot morbi veniunt? quæ ſollicitudo parentum?
Hinc nox inſomnis, pervigil inde dies.
Cùm tandem cunis egreſſi, poplite firmo
Stamus: & ætatis ver puerilis ima.
Tunc nos mille metus, & mille pericula cingunt;
Quamque caves minimè, prima procella ferit.
Sæpè aliquis tecto præceps delabitur alto:
Et fracto collo, præcoce morte perit.

Sæpè lapilloſum temerè progreſſus in amnem
Mergitur: & pota guttur inundat aquâ.
Aut ferramento (quid enim puerilibus annis
Gratius eſt?) membris vulnera ſæva facit.
Vidi ego, qui cultro fauces eliderct infans:
Vidi qui frameâ lumina perfoderet.
Atque ut devitet puer hæc ſimul omnia: nunquam
Defugiet penitus turpe ſodalitium.
Turpe ſodalitium primis offertur ab Annis:
Utque vagæ, puero retia tendit, avi.
Hinc Schola verberibus, Schola crebro perſonat ictu:
Hinc truculenta ſenex ora Magiſter habet.
Prava bonos vitiant juvenum conſortia mores:
Ni Præceptorum ſedula cura vetet.
Tunc, ubi jam nucibus ſapimus meliora relictis,
Et dextro incipimus tendere calle viam.
Qui labor exercet! quantus puerilia ſudor
Pectora, dum cœptum continuamus iter?
Qui labor eſt teneras tractare fideliter artes?
Qui labor eſt linguas addidiciſſe duas?
Hoc quiſquis ſtudio optatam vult tangere metam
Æſtum ſæpe feret, frigora ſæpè feret.
At poſtquam hos etiam ſcopulos ſuperaveris omnes,
Tum demum immenſi tangitur unda ſali.
Nam quodcunque genus cupias tibi ſumere vitæ:
Spinarum invenies millia, mille vepres.
Invidia & livor, demensque calumnia primi
Gaudebunt Comites muneris eſſe tui.
Utque laborâris vitio ſine, labe ſine omni;
Quod culpet livor ſemper habebit iners.

Non-

Digitized by Google

Nonne hoc eſt Scyllam vitatâ intrare Charybdi?
Nonne hoc è Malea Syrtis adire vadum?
Quid verò Uxorem? quid connubialia pacta
Commemorem multis usque referta malis?
Namq; ubi communi ſociantur corpora vinclo,
Subque unum veniunt fœmina virque jugum:
Tunc labor exiſtit, tunc anxia cura mariti
Ægraque pro triſti ſollicitudo lare.
Quemque ipſi noſtris incuſſimus ante timorem
Patribus: hunc iterum pignora noſtra ferunt.
Hinc mors uxoris venit, illinc flenda mariti:
Hinc Pater infelix, mater & orba gemunt.
Poſtremò miſeræ ſubeunt queribunda ſenectæ
Tempora, cum faciem ruga ſenilis arat:
Tunc genus omne mali circumſilit, agmine facto,
Tunc morbi veniunt & miſeranda lues.
Tunc aliquo fœnus præceps natura repoſcit,
Annorum atque ævi pro ratione dati.
Huic oculos cæcat: ſurdas huic efficit aures:
Amputat huic digitos, debilitatque manus.
Huic humerum, huic lumbos, huic coxam frangit: & ambos
Sæpè facit claudo ſerpere crure pedes.
Ingenium quoque debilitat, mutatque vigorem,
Ima petens curvo tarda ſenecta gradu.
Non habitus, non oris honor, non impetus idem
Permanet: effæto corpore ſanguis hebet.
Si quid adhuc reliquum fecit natura ſenectæ:
Mors omne id rapidâ tollit avara manu.
Ah miſeri, quid adhuc faſtu turgemus inani?
Quorum vita labor: mors inimica, quies?
N. Friſchlin. eleg. l. 17. eleg. 12.

ized by Google

XI.

X. Ætatum hominis elegans deſcriptio.

Impubes & adhuc infans quum ſepta molaris
Educit primùm, ſeptimus Annus erit,
Quumque alios ſeptem DEUS huic perfecerit Annos
Apparent pubis millia ſigna novæ.
Tertia mox veſtit tenerâ lanugine malas,
Heu nimis ætatis flos citò præteriens.
Jam Juvenem viresque facit tibi ſeptima quarta
Virtutis profert certaque ſigna viri.
Conjugiis ætas maturam quinta miniſtrat
Natorum & quibus eſt poſteritatis amor.
Sexta hominis mentem cunctos adducit ad uſus
Qui queat ingenio, rebus adeſſe ſuis.
Septima mente valet, valet & lingua, & ſimul iſti
Octava, ambæ annis quatuor atque decem.
Nona ætate etiam mage mollia dicere quibit,
Virtutem ad magnam lingua etiam ac Sophia.
Si quisquam ad decimam menſuram exegerit annos,
Intempeſtivam non habet ille necem.

Philo Hebræus l. 2. de mund. opif. Lil. Gyraldus de Poët. hiſt. dial. 3.

XII.

Res humanæ rotæ inſtar.

Vos quibus Rector maris, atque terræ
Jus dedit magnum necis atque vitæ,
Ponite inflatos, tumidosque vultus,
Quicquid à vobis minor extimeſcit,

Ma-

Major hoc vobis Dominus minatur.
Omne ſub regno graviore regnum eſt;
Quem dies vidit veniens ſuperbum,
Hunc dies vidit fugiens jacentem.
Nemo confidat nimium ſecundis,
Nemo deſperet meliora, lapſus.
Miſcet hæc illis, prohibetque, Clotho,
Stare fortunam, rotat omne fatum,
Nemo tàm divos habuit faventes,
Craſtinum ut poſſit ſibi polliceri.
Res Deus noſtras celeri citatas
Turbine verſat.

Seneca in Thyeſte.

XIII.

Mors omnium certiſſimum.

Cõſiderate omnia omninò, vel bona, vel mala vitæ hujus, vel in ipsâ juſtitiâ, vel in ipsâ iniquitate. Quid hìc certum eſt, niſi mors? profeciſti: qui ſis hodiè, ſcis: quis ſis craſtino, neſcis. Speras pecunias, incertum eſt, an proveniant: ſperas filios, incertum eſt, an naſcantur. Nati ſunt, incertum eſt, an proficiant, an deficiant. Quocunque te verteris, incerta omnia: ſola mors certa. Pauper es, incertum eſt, an diteſcas: indoctus, incertum eſt, an erudiaris: imbecillis, incertum eſt, an convaleſcas. Natus es, certum eſt, quia morieris: & in hoc ipſo, quia mors eſt certa, dies mortis incertus eſt. Itaque hæc incerta, ubi ſola mors certa, cujus etiam hora incerta, & ſola multùm cavetur, quia nullo modo devitatur.

Auguſt. ep. 110.

Digitized by Google

Mors certa eſt, incerta dies, hora agnita nulli,
Extremam quare, quamlibet eſſe puta.

Gwiß iſt der Todt / ungwiß der Tag /
Die Stund auch niemand wiſſen mag.
Darumb förcht Gott / und denck darbey /
Daß jede Stund die letzte ſey.

A. C. D.

XIV.

Mortis imago nulli non horribilis.

Non natura tantùm Hominis, ad immortalitatem facta, horreſcit,

quum ſubit in mentem, triſtiſſima mortis imago.

ſed ipſa rerum facies, in iſthoc tàm periculoſo articulo adeò crudelis eſt, adeoque ſæva, ut facile omnes terreat. Hæremus ſæpè diu lecto, quaſi clavis affixi, marcemus à doloribus, pallemus, tabemus: ante oculos dirum & inevitabile fatum, non tamen conficit, minatur, nec perimit. Res iſthæc ut perpetuum comitem habet metum, ita profectò periculo non caret. Sic non immeritò Jul. Cæſar, pridie quam in Curiâ interiret, nato per cœnam, apud M. Lepidum ſermone, quisnam commodiſſimus eſſet vitæ finis, ſubitum & inopinatum prætuliſſe videtur. Ubi ad finem ventum, heu quod mare malorum ſubitò ingruit, æſtuat, inundat? Is enim articulus eſt, in quo propter miſeriã, nec invidere amplius debent inimici, nec poſſunt juvare amici. Mors regina eſt, quæ nunquam niſi

plu-

Digitized by Google

plurimis cincta latronibus in aciem contra nos deſcendit altera illa Amazonum Penteſilea. Arcem illa corporis tamdiu oppugnat, donec expugnet; caput illa, cerebrum, cæterasque hominis partes primas, tanquam propugnacula arietat, nec prius abſiſtit, donec proterat. In rugas abit frons, fluctuat cerebrum, lingua balbutit, cor anhelat, caput torquetur, turget ſtomachus, ſpirant ægrè pulmones, manus tremunt, frigeſcunt pedes, rigent oculi, tenduntur membra. Anima demum de victoriâ deſperans, ubi arma ad defenſionem ſui expedire non ſufficit, ſuccumbit & bonis pellitur. Heu, quæ miſeria, ſi hæc non eſt! Sedes certas deſerere, ad incertas emigrare jubetur. Jubetur anima deſilire in mare, & portus nullus ante oculos. Hem quàm plena res periculi eſt seceſſus iſte! Vale ultimum dicendum Amicis, propinquis, familiaribus, conjugi, liberis, parentibus: lacrymantur propinqui: ſed lacrymis nullibi locus. Gemit uxor: ſed cœlum non tangit. Clamant liberi: ſed æthera non tranant. Accerſuntur in auxilium amici: ſed nullibi conſilii, nullibi auxilii veſtigia. Solantur vicini: ſed verba non feriunt. Jubent benè ſperare familiares: ſed inſtat fatalis hora, hora, poſt quam nulla alia. Vocatur medicus: ſed jam deſperavit. Opem divini numinis implorat æger: ſed in agone eſt. Seponendus honor, qui arridebat: manumittendæ opes, quibus nitebamur: ſola tenet omnia crudeliſſima domina Mors.

Cunrad. Cellar. orat. de non timendâ morte pag. 6. & 7.

XV.

Infantes nondum nati locuti.

Aliquando accidit, Infantes nondum natos ex Utero matris quædam verba clamaſſe, prodigio id accidiſſe credendum eſt.

Auguſtin. l. 3. de Civit. Dei c. 31.

XVI.

Vagitus expreſſus fœtûs in Vtero adhuc incluſi.

Miraculi plenum eſt, & penè prodigii inſtar, fœtum in Utero materno adhuc concluſum, non 3. tantùm ante partum diebus, quod obſervatum eſt, ſed & menſe & amplius vocem ejulantis emittere, eamq; licet obſcurius, diſtinctè tamen à foris attendentibus percipi. Mali quid portendere, id creditum eſt, ſeu fœtui ipſi, cum animadverſum ſit, ejusmodi hominem poſtea totâ vitâ miſerum fuiſſe; ſeu matri, velut illi, quæ ipſa ſuum defleri obitum prædixit, ſecutum nempe in ipſo partu. Nonnulli publicam calamitatem deſignari arbitrantur. Sed Hiſtoriæ naturalis Profeſſoribus ideò id mirum venire poſſit, quia præter τὸ ἀεὶ, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ſeu inſolito contingit, nec extant Hiſtoriæ apud Philoſophos antiquos, ejusmodi quid aliquando contigiſſe.

Libav. l. 2. ſingul. probl. de vagit. uter. th. 2. & 3.

XVII.

Ploratus fœtus in Vtero materno.

Exempla.

I.

Flens in Utero, Miſenæ A. 1551. puer natus eſt, teſte

ſte Fabricio, qui & verſibus ſuis illuſtravit, & Baptiſmo ipſe aſtitit.

II.

Noſtris etiam his paucis annis clariſſimè vociferari auditus eſt alius Vratislaviæ, homo in omni ſuâ vitâ poſteà miſerrimus factus.

III.

In Alpibus Noricis vagitus cujusdam, diebus 14. ante partum exauditus eſt infantis etiam verè monſtroſi, quod cornutus eſſet. *(a)*

IV.

Sub finem An. 1598. in Cœnâ Clariſſ. Viri, Dn. D. Scholtzii, mirabilem audimus caſum. Aſſediſſe ſe non ita pridem narravit vir Nobilis, fœminæ cuidam gravidæ, cujus Infans, in utero adhuc latens ita vagierit, ut à ſe & aſſidentibus aliis exquiſitè exauditetur.

Mirandum, fœtus maternâ clauſus in alvo,
Dicitur inſuetos ore dediſſe ſonos.
Cauſa ſubeſt, doluit ſe anguſta ſede teneri,
Et cupiit magna cernere molis opus.
Aut quia quærendi ſtudio vis feſſa parentum
Aucupiis aptas innuit eſſe manus.
Exoriare igitur nobis, Junone ſecundâ
Ut ſuperes geſtis & probitate tuos.

V.

Hæc cum inter noſtros cives nuper recitarem, narrabat vir præcipuus apud nos, Opificis cujusdam Uxorem gravidam idem expertam aliquoties, ut pudorem ei incuteret alienorum aſſidentium præſentiâ. *(b)*

VI.

Cum Argentinæ nuper apud Fratrem agerem, certò rela-

relatum eſt, Uxorem Sartoris in viciniâ illius, fœtum Utero adhuc geſtantem, hunc ipſum vagientem, cum aliis audiviſſe, idque procul abſente partus tempore. *(c)*

VII. VIII.

A. 1546. Infans in utero materno flevit, unus in Miſnia, alter Rottwilæ ad Nicrum. *(d)*

IX.

Rotenburgi ad Tubarim, A. 1596. 12. Novemb. qui fuit ante partum 42. parentes fœtus fœminei vagitum vicies perceperunt, & ſequente quoque die bis, mortua in partu mater eſt, filia adhuc ſuperſtite.

X. XI. XII.

Superioribus item annis memorant ejulatum talem intra matrem edidiſſe fœtum alium, voce ab aſtantibus, etiam in foro mulieri, manifeſtè percepta, quæ res poſtea confirmata eſt, relatione cujusdam villicæ, ſuam obſervationem, in fœtu ſuo proferentis. Cùm item eâdem de re, in conventu quodam colloqueremur, atteſtantem idem de filiâ ſuâ, civis cujusdam conjuge, partui vicinâ, audivimus, virum auctoritatis & fidei non contemnendæ. *(e)*

XIII. XIV.

Meo tempore ſimile quid in pago quodam accidiſſe, pro certo mihi relatum eſt; imò ante triennium, & quod excurrit ampliùs in urbe ſuperioris Luſatiæ celebri, idem contigiſſe, à viris fide dignis accepi. *(f)*

XV.

Anna Dorothea K. ter ante partum, die 4. nimirum, 10. & 14. Sept. in utero matris ejulavit. Naſcebatur

Digitized by Google

batur 17. Sept. 1601. h. 5. min. 26. veſp. Stutgardiæ, Wirtembergiæ metropoli.

XVI.

Sic vocem ejulantis, aliquot diebus ante partum emiſit puellula prope Vlmam nata. 1602. d. 19. Novemb. horâ 2. min. 50. à meridie. *(g)*

Præterquam igitur, quod Weinrichius, Fabricius, Doldius, Fincelius, Cardanus & alii ſcriptores atteſtentur, etiam vivos adhuc & auritos habemus teſtes. Fortaſſis & alibi extant hiſtoriæ ſimiles, quædam etiam latitant. Non perveniunt omnia ad omnium oculos, autésve. Non eſt itaque, ut de facto dubitemus. *(g)*

XVII. XVIII.

Livius Hiſtor. Rom. l. 21. (fol. 350.) tradit Romæ infantem ſemeſtrem in foro olitorio altâ voce in matris alvo exclamâſſe, & l. 24. (fol. 419.) alium infantem in Marrucinis, intra uterum, τὸ triumphale, pronunciaſſe. *(h)*

a) *Weinrich. de ortu monſtr.* b) *Idem. in litt. ad Libav.* c) *L. Dold. ad eundem.* d) *D. Prae. Cruſius, Ann. Suev. l. 11. part. 3. c. 20. ex Fincel. de mirac.* e. g) *Libav. l. c. not. ad problem. 11. 12. & 5.* f. h) *Gr. Nymannus, in orat. de vita fœtus in utero. p. 45. & 46.* g) *vide cent noſtr. liberar. natal. genitur. 38. & 39.*

XVIII.

Ejulatûs in Vtero materno cauſæ.

Si religio eſt, ut Juriſconſulto ſine textu loqui, ita Phyſico ſine cauſa naturali, invenienda aliqua probabilis eſt. Ponimus itaque abſolutos primùm pulmones, poſtea vias liberas, & aſperam arteriam lævore vi-

viſcido non occupatam, fœtumque ipſum ſatis validum, & ad id negotium diſpoſitum; præterea omnia quæ in thorace ad reſpirationem requiruntur, jam fabrefacta, quanquam non omnia tàm expedita, ut ſunt in adultioribus jam editis. Nec inficias imus, aërem vaporoſum halituoſumq; materiam ipſius vocis eſſe, ſed quem foris expectare, nulla cogat neceſſitas, cum internus partim excrementitius, partim ex humoribus calore cogente natus & intra domicilium infantis atque etiam in capacitate pulmonum collectus conclusuſque, ſi paulò abundet & fœtus eum conceptum elidere convenienter poſſit, videatur ſufficere. Grandes ſanè meatus in cavis partibus diſtineri neceſſe eſt. Hæc protruſa, anniſuque laterum comprehenſa, formata & expreſſa, qui non faciat ſonum, eumque magis, qui aliàs primus eſt infanti? Raritas obſervationis fortaſſis à noſtrâ eſt incuriâ, aut errore primùm. Deinde à raritate diſpoſitionis ſimilis, cum minus moleſtetur, inſtigeturque fœtus alius alio in utero, alius item alio ſit invalidior, nec ſe ita facile movere poſſit, aut etiam ori attracturo halitus, promtè occurrat humor propinquus, quo etiam foris ejulatus infantum comprimitur, & quo ſatiatus acquieſcit. Sin in locum ejus ſucceſſerit aër, nec inveniat ſolatium aliquod ſtomachus, conſequi ejulatum eſt conſentaneum, præſertim in his, qui ſunt ſicciotis conſtitutionis, utpote hinc vocalioribus, ut foris exaudiri poſſint.

Libav. l. c. th. 12, & ſeqq.

XIX.

XIX.

Infans in uterum reverſus.

Mirum eſt, & ætate noſtrâ nunquam viſum, editum infantem protinus in Uterum reverſum, inter oſtenta enumeratum, nonnulli (nec ignobiles) prodidêre.

XX.

Pro fœtu ſemianimi, εὐπόριστον *admirandum.*

Intercepto inter naſcendum halitu (æquè quàm ſanguinis profuſione) inſpirantem ac præmortuum infantem edi, columbarumque pulli roſtro (quoad quieverit) pueri ano immiſſo, quo moriendo iatus ſpiritu relinquatur, in illiusque vitam hæreat commuteturq; morte, ſtatim liberari inter omnes convenit: mirabili ante cuncta contemplatione. Quaſi omnium parens præſtantiſſima illa animæ auxilia, ex animâ aliâ eſſe voluerit.

Ludov. Bonaciol. enn. mulier. c. 8.

XXI.

An infantes in utero matris dormiant?

Cùm non dicatur ſomnus, niſi à quo quis expergiſci poteſt, infantes autem propter humiditatis affluentiam & organi imperfectionem expergiſci nequeant, dici non poteſt, eos propriè tunc dormire. Torporem autem vocant, non ſomnum, quem infans habet, per quem ad vigiliam, quaſi per medium tranſit.

Magir. Phyſiol. l. 6. c. 13. th. 5. C. Scheibl. part. 2. diſp. de Anim. diſp. 11. theſ. 27. Keckerm. curſ. philoſ. diſput. 17. pro-

17. problem. 34. Colleg. Conimb. l. de ſomn. & vigil. c. 4.

XXII.

Primus naſcentium planctus.

Vir natus voce clamat, ô A. Fœmina verò ô E. quaſi maſculus dicat: ô ADAM, quare peccaſti, quia pro te patior miſeriam infinitam: Fœmina verò dicat in ſuo lamentabili cantu: ô EVA, quare peccaſti, nam tuo peccato ſum paſſura miſerabilem vitam in hoc mundo.

Mich. Scotus, in phyſiogn. c. 11.

XXIII.

Infantes plorantes naſcuntur.

Infans mox cùm exierit, vocem emittit, flet atque vagitat, manus in os quam primùm inſerit. *(a)* Nihil aliud poteſt, quàm conditionis ſuæ fragilitatem ploratu ominari, *(b)* Quare ipſum lucis in Infante rudimentum, præſagium eſt eorum, quæ vitæ progreſſu patienda ſunt; quod nimirum ſicut maleficus aliquis, tùm in carcerem ducitur, tùm catenis ac compedibus ferreis oneratur: ſic miſerum hominem in vitæ hujus carcerem detruſum, vincula in cunis excipiunt, & omnium membrorum nexus, atque ita Infans (unam tantùm ob culpam, quia natus eſt) non ante quam manibus pedibusque ab obſtetrice devinctis, faſciisvé involutus, matris amplexu fovetur & lacte nutritur. *(c)*

a) *Benaciol. l. c. Deodat. l. 1. panth. higiaſt. c. 9.* b) *I. Wanckel. ex Lactant. in not. ad c. 36. l. 3. Horol. princ.* c) *Hor. Princ. l. c.*

Digitized by Google

Principium vitæ lachryma, mediumq́ dolorũ;
diſcere vis finem, dixeris heu lachrymas.

XXIV.

Homo rerum indigus, in hanc lucem prodit.

Animantes omnes naturæ benignitate ac magiſterio, ſatis eſſe ad tuendam vitam inſtructas videmus. Quippe integumenta corporum naturæ munere accipiunt & cibo veſcuntur parato & ubique obvio. Homo verò prodit in lucem hanc multarum rerum indigus, ut appareat, crimine aliquo detracta illi eſſe Naturæ beneficia, nullis reliquorum animantium denegata. Non habet, quo ſe à vi frigoris, ab æſtu, ab imbre tueatur, niſi quæſita multo labore: nec ei alimenta terra fundit, niſi coacta longâ & moleſtâ curâ. Illâ tamen in re, indulgenter Homo eſt à Principe & Autore ſuo habitus, quod cum ipſe neceſſitates ſibi ſuâ culpâ tàm varias accerſierit, Deus tamen inſtrumentum ei reliquit ad eas quoquo modo propulſandas unum, ingenii acumen vivax, & ſua ſponte actuoſum: (*a*) unum in corpore manuum inſtrumentum: queis duobus reliqua omnia animantia longè anteimus: quantum enim inter animas mens excellit, tantum inter corporum inſtrumenta manus humana. (*b*)

a) *Lud. Vives l. 1. de corr. diſcip. P. Horol. princ. l. c. 1.* b) *Idem l. 1. de tradendis diſcipl. p. 249. vid. centur. noſtr. 1. part. 99.*

XXV.

Infantes locuti.

EXEMPLUM. I.

Infans dicitur quaſi non fans, hoc eſt, quod non loquatur. Naſcitur enim Infans mutus & ſurdus, ita ut miraculoſum ſit, quod commemorat Hali Abben Ragel, ſe ſcilicet vidiſſe Infantem, qui loqui incepit, vix 24. horas vitæ perfectis: Cùm infeliciter natus, inquiebat, ad prodendam regni amiſſionem & gentis perniciem ac deſolationem. *(a)*

II.

Ex Duce Baruch, Vandale Uxor concepit & biennio prægnans fuit, & parturivit Infantem ſtatim, gradientem & loquentem. *(b)*

III.

An. 633. Dagoberti Regis ſecundo, uxor Nanthildis peperit ei filium, qui Sigebertus eſt nominatus. Hic Infans 40. dierum, cum à S. Amando Epiſcopo baptizaretur, tacentibus cunctis ipſe Amen clarâ voce reſpondit. (*c*)

IV.

A. 1104. fœmina biennio uterum ferens, marem loquentem enixa eſt. *(d)*

V.

A. 1275. ad Cracoviam Infans quidam, vix annum dimidium natus, cœpit diſtinctè & expeditè loqui, dixitque magna omnium admiratione: Tartari venient & nos decollabunt. Cum verò interrogaretur, annon etiam ſibi metueret à Tartaris, reſpondit, imò maximè metuo, quia & meum de me auferent

rent caput, quod & ſic factum abinde fuit poſt 12. annos.

VI.

Alius quidam Infans, omnes habens dentes natus eſt, primoque etiam ſuæ nativitatis die ſtatim diſtinctè & expeditè cœpit loqui, donec baptizatus fuit: poſteà & loquelam & dentes amiſit. *(e)*

a) *Scheibl. l. 1. de anim. diſp. 11. th. 10. Cal. Rhodig. l. 29. antiq. lect. c. 14.* b) *Alb. Cranz. in Chron.* c) *VVolfius lect. recond. cent. 7. p. 187. ex Annal. Trithem* d) *Friſch in Meteor. Aventin. l. 5 annal. Bojor.* e) *Fuſtein. l. 7. c. 15. Miechov. l. 3. c. 57. VVolf. l. c. cent. 13. p. 551. H. Kornmann. de mirac. viv. p. 101.*

XXVI.

Athys F. Regis Crœſi, mutus locutus.

Cùm Olympiade 58. Victor Cyrus intraſſet Aſiæ oppidum Sardas, ubi tunc Crœſus, Lydiæ Rex latebat, Athys Filius Regis mutus ad id uſque temporis, in vocem erupit: Parce Patri meo, Cyre (inquit) & te hominem eſſe, vel caſibus diſce noſtris. *(a)*

a) *Gell. noct. attic. l. 5 c. 9. Herod. l. 1. Val. Max. l. 5. Juſtin. l. 1. Xenoph. l. 9 pæd. Imaginatio Filio Crœſi muto, ſermonem reſtituit, ut militem patri exitium comparantem acclamaret: Miles parce Crœſo. Hier. Nymann. in orat. de Imagin. fol. mihi 223.*

XXVII.

Fœtus mortuus in partu, & ſemihorulæ ſpatio pòſt reviviſcens.

Uxor mea, quæ feliciter & facilè aliàs pariebat, cum novam prolem paritura eſſet, quod obſtetrix ab

Digitized by Google

ipſo partu aliò avocabatur, ab opere feriari aliquot horas cœpit, & convocatis aliis 2. obſtetricibus, difficillimè pariebat filiolam mortuam, ad quam viſendam, me mulieres vocant. Ego ſalvam puerperam cum gaudio, miſeram infantē filiolam mortuā, hinc & inde lividam, triſtis intueor, & me colligens, dico, malvaticum quod habetis calefacite, & ſeorſim tùm hoc, tùm aquam calidam adferte, addam aliquid, quo fortè vita & calor nativus refocilletur. Infantem mortuum, (ſemihorula ſanè à partu eſſe elapſa tunc dicitur) jubeo in lavacrum, partim ex aquâ, partim ex malvatico mixtum immitti, lavari ſenſim, & pulverem cordialem, in cochleari, malvatico pleno diſſolutum, jubeo in os ſumere obſtetricem, & vehementi ac propiori afflatu in faciem infantis inſpuere. Factum & ſtatim clamat, reviviſcit, & hodiè vivit. Deſcriptio pulveris hæc eſt: Rec. Spec. cord. temp. diamarg. frig. ana ſcrup. duos, diamoſch. d. diambr. ana ſcrup. unum, diacin. drach. ſem. Spec. el. reſumpt. arom. roſ. ana. ſcrup. ſem. miſc. & f. pulvis.

Jacobus Horſtius D.

Vide Schenck. l. 4. obſ. 169.

XXVIII.

Infantes an ſomniant?

Editis nuper in lucem, & infantibus nullum penitus contrahitur ſomnium, inquit Ariſtoteles. *(a)* Sed oppoſitum perſuadet ratio, docent Medici & experientia teſtatur. *(b)* Pavore enim expergiſcuntur & ſuctum imitantur. *(c)* Iis autem, confuſa ſomnia (utpote quibus mens inconſtans eſt) referuntur, propterea

rea quod ſenſilium rerum imagines perplexæ inter ſe, haud aliter corrumpuntur, quàm cùm citiſſimis verſationibus rota circumducta, ibi nobis radii nulli percipiuntur. Quemadmodum ſi multos confundas ſonos, nullus tibi præcipuus erit: veluti is, qui plures lapillos in ſtagnum demittit, efficiet, ut circulorum orbes anfractus illos ſuos inter ſe impeditos confulcent. *(d)*

a) *l.4. de hiſtor. anim. c.10.* b) *Magir. Phyſ. l. 6. c. 14.* c) *Bonaciol. c.8. enn. mul. tb. 20.* d) *Scalig. comm. in Hippocr. de inſomn. p. 5.*

XXIX.

Infantium riſus non eſt ominoſus.

Qui ex Hiſtoriâ Zoroaſtris *(a)* putant, Riſum Infantibus eſſe adverſum omen, non benè videntur conjectare; cùm præſertim dicat Hippocrates, ubi loquitur de partu, pueros ridere ſtatim natos. Ridere enim pueros ad parentes ſuos, habitum veteribus pro bono omine. *(b)* Hoc cum ſciret Virgilius, puerum invitat, ut rideat, & ita omen det reliquæ vitæ:

Incipe parve puer riſu cognoſcere matrem. (c)

Catullus:

Torquatus, volo, parvulus
Matris è gremio ſuo
Porrigens teneras manus,
Dulce rideat ad patrem
Semihi ante labello. (d)

Nemeſianus, ubi infantiam Bacchi canit, enutriti à Sileno ſic ait:

Quin & Silenus parvum veneratus alumnum,
Aut gremio fovet, aut reſupinus ſuſtinet ulnis,
Et vocat ad riſum, digito, motuq; quietem
Allicit, aut tremulis quaſſat crepitacula palmis. (e)

Ad hunc riſum & omen traho verſus Phocæ, qui de Virgilio naſcente,

Infantem vagiſſe negant, nam fronte ſerenâ
Conſpexit mundum, cui commoda tanta ferebat
Ipſe puerperiis adriſit lætior orbis.

Ubi Mundus arridet ridenti puero, nam hujus riſus videtur deſcribi, per ſerenam frontem, per non vagitũ. *(f)* Certè apud Herodotum *(g)* nulla res alia Cypſelo ſalutem attulit, quàm quod προσεγέλασε, arriſit illi, cui traditus erat occidendus, ut enim puerum ridentem vidit, deſtitit à nefario facinore, & ejus exemplo alii.

a) *Plin. l. 7. c. 16. Bonaciol. l. c* b) *d. Ludov. de la cerda, in expl. Virg. Ecl. 4.* c) *Ecl. 4. vide Centur. meam. 7. part 22.* d) *In Epithal. Juliæ & Manlij.* e) *Ecl. 3.* f) *Kornman. de mirac. viv. p. 87.* g) *lib. 5.*

XXX.

Infantes ante 40. *diem non ridere, non eſt univerſè verum.*

Puerulis ante 40. diem, riſum non eſſe conceſſum, ait Plinius. (*a*) Sed hoc negare experientia videtur. (*b*) Fulvii Paciani Juriſconſulti excellentiſſimi filiolus Marianus, octavo à nativitate die viſus eſt hilari vultu ridere, quem quidem riſum pater præcocem vócat & cunctis admirationi fuiſſe ſcribit. (*c*) Et hoc παρὰ φύσιν eſt, quod Zoroaſter primus Bactrianorum Rex traditur in ortu ſuo riſiſſe, cum aliorum naſcentium

tium vox prima ſit vagitus, portentoſus hic riſus ex eo etiam fuiſſe judicatur, quod magicæ artis primus fuerit inventor. Utut ſit, fuit vir (quod obiter aſpergo) maximi ingenii & primus artes ingenuas indagavit, easque in ſeptem columnis lateritiis & totidem lapideis extruxit; *(d)* qui tandem fuit occiſus à Nino, primo Rege Aſſyriorum. *(e)*

a) *In proœm. l. 7. Ariſtot. de hiſtor. anim. c. 10.* b. d) *Gogl. P. de riſu, probl. 12.* c) *l. 2. de prob. c. 4.* e) *Juſtin. abbrev. Trogi Pomp. in hiſt. omn. ſecul. l. 1.*

XXXI.

Riſus vanitas.

Maximæ mihi ſtultitiæ videtur eſſe, cùm plorantes nos naſci ſciamus, & cum gemitu moriendum nobis eſſe videamus, quod tamen ridentes ſuſtinemus vivere. Vellem ſcire ex mundo, ejusque amatoribus, cum in mundum cum fletu ingrediamur & ex eo cum gemitu emigremus, cur ridentes velint vivere; cum regula, quâ metimur, omni ex parte, recta eſſe debeat.

Ant. de Guevara l. 3. de vita M. Aurel. Imp. c. 29.

XXXII.

Riſus immoderatus, omnibus vulneratis noxius, cur?

Riſum eſſe affectionem cordis, ac ridendo cor ipſum, & per conſequens pericardium magno cum impetu moveri, atque ex unâ in alteram partem ferri, contrahique L. Jubertus, ſummus ille Philoſophus ac Medicus, teſtatur, & experientia docet. Ac quia pericardium mediaſtino & diaphragmati alligatur, ut in riſu violento, ipſum quoque diaphragma violen-

Digitized by Google

ter moveatur, neceſſe eſt. Porrò, quia diaphragma lumborum vertebris, ac notharum coſtarum extremitatibus, atque inferiori ſterno & Xiphoidis cartilagini alligatur, præterea inferiore ſuâ parte peritonæo, ſuperiori verò pleura inveſtita eſt membranis, fit, ut in riſu violento, tùm abdominis, tùm præcipuè pectorales muſculi ſimul moveantur atque contrahantur. In eo autem motu violento, diaphragmatis & muſculorum pectoralium, concutiuntur & agitantur quoque muſculi, brachia moventes. In primis autem muſculus brachium pectori adducens & brachium attollens, tùm etiam nervi omnes, qui iis intertexti ſunt, & tendines ex iis prodeuntes ſimul contrahuntur atque agitantur. Hinc fit, ut violenter ridentes, brachia pectori imponant.

Ac quia muſculi collum & caput moventes, partim ab oſſe pectoris & claviculis, partim verò è vertebris pectoris oriūtur, neceſſe eſt, ut in violento riſu, & agitatione diaphragmatis & muſculorum pectoralium caput ſimul moveatur. Hinc fit, ut violenter ridentes caput inclinent, jam retrò, & mox in dextrum aut ſiniſtrum humerum projiciant.

Inter crurum & abdominis muſculos, magnus quoque eſt conſenſus, ideoque violenter ridentes ſe incurvare coguntur; quum enim abdominis muſculi ex elevatione violentâ diaphragmatis in altum trahuntur, muſculi crurum, venæ, arteriæ, & nervi qui illis intertexti ſunt, ſequantur neceſſe eſt. Perſpicuum hinc fit, Riſum in omnibus magnis vulneribus periculoſum eſſe, ac in nervis vulneratis dolores acerrimos & convulſiones, in venis & arteriis hæmorragiam excitare. Monitos igitur velim chirurgos & aſtantes,

ac

ne vulneratos facetiis & jocis ad riſum provocent immoderatum.

Fabric. l. 1. obſerv. chir. ſchol. ad obſ. 23.

XXXIII.

Riſus cauſa ignota.

Me (inquit Cæſar apud Tullium) non pudet neſcire, quo pacto riſus concitetur, ubi ſit, quomodo exiſtat, atque ita repente erumpat, ut eum cupientes tenere nequeamus; quæ ne ipſi quidem illi ſciunt, qui ſe ſcire pollicentur.

Vide Centur. noſt. 10. part. 87.

XXXIV.

Vaſorum Umbilicalium uſus; Umbilicique dignitas.

Infans quamdiu geſtatur in Utero, per venam Umbilicalem, ad ſe trahit ſanguinem pro nutritione. *(a)* (Hinc Matres plus etiam diligunt ſobolem, quàm patres, quia matres plus conferunt fœtui, alendo & augendo eum de ſuo ſanguine, & tanquam partem ſui corporis, magisque cognatam ſobolem magis *(b)* diligunt.) Vena hæc nonnullis nodis referta conſpicitur, ut ſanguis diutius ibi elaboretur. Ex quorũ numero conjiciunt obſtetrices, liberorum procreandorũ multitudinẽ. *(a)* Nato puero vena illa (ne penitus ſit inutilis) ſenſim indureſcit in ligamentum. Ligamento autem hoc abſciſſo, Hepar ſurſum retrahitur, & diaphragma adeò comprimit, ut homo neque inſpirare, neq; exſpirare poſſit (hinc Umbilicus Græcis ὀμφαλὸς, ἀπὸ τῦ *(d)* ἐμπνεῖν, (παρὰ τὸ *(e)* ἐμπνεῖν quod eſt ἀναπνεῖν reſpirare, ratione arteriarum dicitur,

tur, quia fœtus per Umbilicum reſpirat. *(f)* Sanguis enim ſpirituoſus ad fœtum per Umbilicales arterias commeat in arterias iliacas & ab arteriis iliacis, in reliquas omnes corporis totius arterias, harum enim ſolo motu *(g)* ſpirat fœtus) imò ſuffocetur illicò. *(h)* Hinc tanta Umbilici eſt dignitas, ut Ægyptii pro ſupplicio graſſatores hodie exuant corio, quos ita demum magno cum cruciatu diu vivere experiuntur, ſi carnifex umbilicum ferro non attingat, eo reſecto, illicò exſpirant, concidentibus quippe vaſis quatuor. *(i)* Adoleſcens quidam, poſt vulnus exiguum inter umbilicum & coſtas mendoſas, acie gladii ipſi inflictum, mox humi procumbens, quàm primum exſpiravit. Vocatus, miratus ſum, eum tam levi vulnere accepto, & circa locum, (meâ quidem ſententiâ) haud ita periculoſum, tàm ſubitò diſceſſiſſe. Sequenti die, cadavere deſecto, cauſam perveſtigans, inveni interiora omnia illæſa, præter Umbilicalem venam, in adultis ligamentum potius; quæ quidem vena plenè abſciſſa fuit. *(k)*

a. h. k) *Fabric. libr. 1. obſerv. chir. 53.* b) *Knobloch diſput. 8. anatom. D. 2. a.* c) *Albucaſ. in 1. introd.* d. f) *Bauhin. libr. 1. op. anat. cap. 11.* e) *Iun. in Lex.* g) *Paraus l. 23. op. Anatom. c. 8. Qui fœtum in utero reſpirare contendunt, omnem ſenſum & rationem tollere videntur. Plater. quaſtion. 4. p. 33.* i) *Laurent. oper. Anat. l. 1. c. 8. Sed negat hanc Umbilici dignitatem Bartolin. l. 1. inſtit. anat. c. 37. Scalig. exerc. 246. 2. Sennert. l. 3. pract. p. 986.*

XXXV.

XXXV.

Vaſa Vmbilicalia continuáne, an contigua.

Fœtus propriæ partes ſunt vaſa Umbilicalia potiſſimùm, quæ cum vaſis maternis non continua eſſe, ſed contigua, (& quidem mediatè) tantùm eſſe, præter αὐτοψίαν, (cum in muliere in hepar uterinum, in brutis in cotyledonas diſſeminari videamus & tangamus) ratio ipſa dictat. Si enim vaſa dicta continua eſſent, quanta fieret, in partu partium dilaceratio, ſanguiniſque laudabilis effuſio? Quis neſcit, vaſa diſſecta, aut alio modo ſoluta in individuo, nunquam aut rariſſimè ob materiæ ineptitudinem, & tamen intercedente medio ut plurimùm coaleſcere, ut rectè continua dici poſſint? Quis dicet minoris vaſis orificiū minus, cum orificio majoris vaſis majori, commodè coaleſcere poſſe? tandem ſi maximè velint, hæc vaſa continua eſſe, non tamen aliter continua ſunt, quam fructus aliquis continuus eſt arbori; pedunculus enim jungitur arbori, iſtar illius articulationis oſſium, quæ per σύμφυσιν fit.

XXXVI.

Infantes in Vtero, non anima matris, ſed ſua ipſius vitâ vivere, propriaſque ſuas functiones, animales & vitales, etiam in alvo maternâ exercere.

Cum è Matre nullus nervus in fœtum derivetur, nulli quoque ſpiritus animales ipſi à matre communicari poterunt; ſed hos omnes in ſe ipſo embryo pro motu animali edendo præparabit. Unde ſic infero:

Si

Si Infans in Utero præſtare poteſt id, quod magis eſt, etiam id præſtabit quod minus eſſe videtur. Atqui magis eſt actiones animales exercere & totum corpus movere, quàm vitales functiones edere, & ſpiritũ vitalem producere, quod vel inde patet, quòd ægrotantes valdè imbecilles, imò & moribundi, quamvis nec manus nec pedes ferè elevare poſſint, vitales tamen actiones adhuc exerceant; corque ipſorum admodum debile, ad ejusmodi functiones exercendas adhuc aſſurgat, imò, ut dicam, quod res eſt, animales operationes præſupponunt vitales, & niſi Cor ſuo officio ſatisfaciat, cerebrum planè ad ſuas operationes omnes ineptum exiſtit, ut in Syncope & aliis cordis affectibus ad oculum apparet. Ergò cum fœtus pro actionibus animalibus Spiritus præparet & absque matris auxilio totum corpus movere valeat, ſequitur, eundem & Spiritum vitalem in propriis organis conficere, propriasq; actiones vitales exercere poſſe. Et quî non exerceret? poſitis cauſis naturalibus omnibus in actu, nec impeditis, impoſſibile eſt non ſequi effectum. Atqui hîc ponuntur omnia requiſita, ad actiones vitales in fœtu edendas neceſſaria, nimirum anima ipſa Embryonis, deinde ejus cor rectè diſpoſitum & ſufficienter pro recipiendo ſanguine vitali excavatum; & 3. materia Spirituum ipſa, videlicet ſanguis proprius.

Confirmat hanc noſtram aſſertionem inſuper non parùm, imò ejus veritatem ad oculum quaſi demonſtrat, pulſus arteriarum in fœtu. Si enim funiculum Umbilicalem in brutis vinculo conſtringas, vel eundem digitis fortiter comprimas, deprehendes eas arterias, quæ in fœtu ſunt, pulſare, reliquis per

cho-

chorium diſperſis, prorſus quieſcentibus. Jam, ſi vis pulſifica à matre proveniret, fœtusque arteriæ ab hujus corde motionis principium ſumerent, contrarium accideret, & ligato vel compreſſo funiculo iſto Umbilicali, quæ in Embryone ſunt, arteriæ quieſcerent, pulſantibus interea reliquis per ſecundinam diſſeminatis, utpote quæ à matris corde vim ſphygmicam adhuc acciperent, cui tamen αὐτοψία manifeſtò contradicit, clareque oſtendit, omnem illarum arteriarum, etiam earum, quæ in ſecundinis exiſtunt, pulſum à corde fœtûs dependere.

Cæterùm hanc ipſam ſententiam ulterius hoc argumento ſtabilio. Quorum viventium operationes diverſæ ſunt, diverſisque temporibus eduntur, quorum etiam ūnum ad alterius deſtructionem non interit; illa diverſa & diſtinctâ vitâ fruuntur. Atqui fœtus operationes ab operationibus matris diſtinctæ ſunt; quia hâc dormiente, ejusque animalibus actionibus omnibus otiantibus non rarò fœtus in Utero movetur, & contra matre vigilante, Embryo ſæpè quieſcit & dormit. Si autem hujus actiones prorſus à matre dependerent, illæ, quæ in matre feriantur, etiam in fœtu feriari deberent, quod tamen falſiſſimum & quotidianæ obſervationi contrarium. Matre quoque pereunte fœtum non ſemper interire: & contrà fœtu extincto, nec genitricem ſemper corrumpi, exemplis multis notum eſt.

Supereſt adhuc aliud fundamentum à naturâ & generatione pennatorum animalium petitum, quod noſtræ aſſertioni multum lucis affert. Notum eſt & ruſticis, Gallinas aliasque aves pullos ſuos extra ſe producere, eosque & in ovis, aliquando propriis, ſæpè

pè etiam alienis, vitales efficere. Unde ſic colligo: ſi pullus vitalis in ovo per fotum & incubationem matris fieri, ſuâque vitâ propriâ & ibi vivere poteſt, etiamſi à matre ſeparatus ſit; etiamſi ejus animâ non regatur, neque etiam incubantis avis ſanguine ſpiritibusque utatur, quemadmodum quod nulla vaſa umbilicalia è matre hîc in pullos deriventur, iis uti non poteſt, quid obſtabit, quò etiam Infans in utero quamvis à matris anima non informetur, ſuâ propriâ vitâ, ac per fotum & quaſi incubationem matris ſalutem conſervatus, ſuos Spiritus vitales producat, hosque per proprii cordis motum proprium per univerſum corpus quoquo verſum diſtribuat ac diſpenſet.

Atque ita rem ſeſe habere, & Embryonem in Utero etiam ad actiones vitales exercendas proprium cor movere, ego αὐτόπτης bona fide teſtari poſſum. Cùm enim proximè ex bruto vivente aliquot fœtus eximerem, ſingulisque ſuâ interiori tunicâ, quæ Amnios dici ſolet, adhuc involutis, manum ad pectoris regionem applicarem, eorum corda & intra hanc tunicam manifeſto pulſare & moveri, perſenſi, idque poſtea rectiùs deprehendi, cum aliquid liquoris ex hac ipsâ tunicâ exiguo in eâ foramine facto, evacuarem. Et quòd adhuc magis in mea ſententia confirmarer, uniuscujusque involucra tandem (ſedulò tamen ubique cavens, ne quicquam aëris, ipſorum os naresque ſubiret) diſſecui, atque ſummâ quâ fieri potuit celeritate, cujuslibet thoracem aperui, ibi ad oculum vidi cor in quolibet fœtu elevari, & quaſi micare, omnisque in momento hâc de re mihi ſcrupulus evulſus eſt, ita ut jam pro certo habeam, & absque omni dubitatio-

tio-

tione credam, fœtum in Utero matris, ſuâ & non alterius vitâ vivere, ſuasque vitales actiones citra materni cordis communionem edere poſſe, adeoque matre extincta hunc aliquandiu ſæpè ſuperſtitem manere, vivũq; ex matris demortuæ alvo extrahi poſſe.

Gregor. Nymann. in diſſert. de vita fœtus in Utero, pag. 20. 21. 22. 23. 29. 30. 31. 55.

Confer. Plateri 1. & 2. quæſt. phyſiol.

XXXVII.

Admonitio ad Magiſtratum, de non ſepeliendis gravidis.

Recordabitur proinde Magiſtratus bonus & pius in ejusmodi caſibus ſui officii, procurabitque, ut quamprimum mater moriatur, Infanti in utero ſuccurratur, neque unquam concedet, ut ulla gravida ſepeliatur, è cujus alvo non prius fœtus extractus ſit, vel ad minimum, an hic adhuc in vivis ſit, vel non exploratum fuerit. Et quamvis ſæpè nullus motus Embryonis in utero amplius deprehendatur, ab opere tamen iſto non deſiſtendum; cum aliquando obſervatum, non rarò infantes maturos, tempore partus, per unum aut alterum diem ita in alvo matris quieſcere, ut nec adhibitis medicamentis reficientibus optimis & validiſſimis, ad motum commoveri & concitari potuerint, qui tamen poſtea à cunctis pro mortuis habiti, vivi in lucem prodierunt. Imò, etiamſi contingat, ſæpè infantem vivum in matre non reperiri; præſtat tamen plura cadavera fruſtra incidere, quam vel unicum fœtum in Utero mori permittere, eundemque in ſuæ genitricis alvo quaſi ſepelire. Si enim tot occidimus, quot negleximus,

quos

quos ſervare potuimus,teſte antiquo Patre,homicidii crimen vix effugient atque evitabunt ii, qui Infantem, quem tamen ſervare poſſent, non ſervant; ſed ſæpè inanibus perſuaſionibus & imaginationibus mulierculárum confidentes, ipſum miſerè in ventre matris perire ſinunt, eundemque cum vitâ & S. S. Baptiſmatis lavacro ſpoliant, ac, quod inhumaniſſimum, viventem non rarò cum matre extinctâ eodem tumulo contegunt. Horreſcimus ſanè, ſtantque arrectæ timore comæ, quando legimus, Tyrannos olim ad horrendum cruciatum Chriſtianos adegiſſe, eorum corpora viva mortuis conjuncta humi condidiſſe, atque ita eos, quos Chriſtus ſuo ſanguine redemit, nefandâ cæde peremiſſe. Quid quæſo aliud faciunt hi, qui non prius extracto fœtu, fœtum terræ committunt? nonne ſæpius, Tyrannorum more, viva corpora, mortuis conjuncta, nefariè interficiunt? imò unum alterius etiam ſepulchrum conſtituere non dubitant, quo nihil horribilius eſſe; nihil crudelius dici; nil inhumanius excogitari poteſt. Majori erga miſeros iſtos & innocentes infantulos miſericordia uſi fuerunt & Ethnici, quibus piaculum erat, matrem, non priùs ejus fœtu extracto, ſepelire; imò quid dico? piaculum ipſis capitale hoc fuiſſe, Lex Regia, à II. Romanorum Rege Numâ Pompilio ſancita, clarè oſtendit. Negat enim hæc, non ſolùm ullam prægnantem mortuam inhumandam, antequam fœtus ei exciſus fuerit; ſed & inſuper, eum necis reum judicat, qui, non prius extracto fœtu, gravidam quandam ſepelierit, ſicque ut ejus verba habent, ſpem animantis cum gravida peremiſſe, viſus ſit.

Gr. Ny-

Gr. Nymannus ib. p. 56. & ſeqq.
Vide cent. memor. 7. part. 41. 43. & ſeqq.

XXXVIII.

Liceátne Prægnanti, acuto morbo decumbenti, ἐμβρυοκτόνον medicamentum propinare?

Affirmatur.

Medicorum quidam conſpicientes mulierem gravidam, pleuritide, perigneumoniâ, anginâ, febri ardenti, & ſimili alio acuto detineri morbo, ajunt caſum eſſe ferè impoſſibilem curatu: quoniam ratione geſtationis uteri mulier debita & opportuna his morbis non poteſt ferre remedia, unde neceſſarium eſt, ut vel mater, vel fœtus pereat, judicant autem, ut ſalvent matrem, fœtum excludendum & abortum procurandum eſſe, dicentes ſatius eſſe, fœtum interfici, ut mater ſalvetur, quàm eundem unà cum matre periclitantem conſervare velle, quod poſteà in utriusque perniciem caſurum eſſe affirmant. *(a)*

Fuchſius: Cùm utrinque, & matri & fœtui, in morbo acuto, immineat periculum, à morbo nimirum matri, à largâ venæ ſectione, quâ veteres uſi ſunt, fœtui, certè indicationi, quæ à morbo eſt, magis inſervire oportet. Quippe præſtat per Venæ ſectionem à morte vindicare matrem, quàm eâ neglectâ, & matrem & fœtum perire. *(b)*

Idem: Si gravidam mulierem morbo aliquo conflictari accidat, diligenter à Medico conſiderandum erit, num materia ipſa turgeat, nec ne? ſi turget, ex Hippocr. Galeni & omnium veterum ſententia eat

purgabit: idque faciet medicamento aliquo verè purgante. Quanquam autem tale vix citra fœtus noxam ſumitur, cum purgantium omnium medicamentorum natura, corporum quæ expurgantur naturis contraria ſit: *(c)* tamen præſtat hunc ſolum iſta ratione lædi, quàm ut nullo prorſus dato, & matrem & fœtum de vita periclitari patiamur. *(d)*

Idem: Quærat quiſpiam, ſi in mulieribus acuto morbo correptis, quibus vires imbecilles ſunt, ex tenui victu, abortûs eſt periculum, ex pleniore verò morbus augetur, adeoque matri imminet mortis diſcrimen, quid igitur in hac difficultate faciendum, præſtatné matrem potius quàm fœtum ſervare? Reſpondeo optandum quidem eſſe, ut hanc rationem victus invenire liceat, quâ utrisque conſulatur. Verùm cum idipſum conſequi haud detur, meliùs eſt ut matrem ſervemus, quod illa pereunte, neceſſe ſit ſimul etiam fœtum perire. *(e)*

Viſcerus: Cùm utrinque periculum immineat à morbo acuto, nimirum matri fœtuique: à Venæ ſectione fœtui ſolùm, præſtat matrem miſſo ſanguine à morbo morteque vindicare, & anceps periculum experiri, quàm omni auxilio neglecto concedere, ut & mater pereat, & fœtus ipſe uteri latebris clauſus, futuræ lucis ſpe deſtituatur. *(f)*

Foreſtus: Quando matricis vitio, aut ætatis propriæ frequenter eveniat, ut partus, aut fœminæ periclitentur; expedit prægnantibus in vitæ diſcrimine conſtitutis, unius partis ſæpè jacturâ ſalutem alterius mercari certiſſimam: ſicut arboribus areſcentium ramorum accommodatur ſalutaris abſciſſio: &

& naves preſſæ onere cum gravi tempeſtate jactantur, ſolum habent ex damno remedium. *(g)*

a) *P. Sal. Diverſ. c. 22. de aff. particul.* b) *comment. in aph. 31. ſect. 1. Sebiz. diſputat. de Ven. ſect. th. 82. decad. 1. diſput. Baſil. diſp. 4.* c) *Galen. l. 2. de vict. acut. morb. com. 12.* d) *Comm. in aph. 1. ſect. 4.* e. f) *comment. in aph. 30. lib. 5.* g) *l. 28. ſchol. ad obſ. 68. conſentiunt Panſa conſil. 1. anti-peſt. c. 12. Petræus tract. 10. c. 15. op. chir. Bellocat. ap. Gabelchov. cent. 6. obſ. 72. Heurn. de febr. p. 65.*

XXXIX.

Negatur.

Nunquam licere provocare abortum.

Vero & rationi magis conſentaneam negativam judicamus, Medicoque non licere medicamenta ſuadere, quibus abortus procurandus, etiamſi extremum vitæ diſcrimen inde matri immineat. *(a)* Etenim I. jurejurando, princeps Medicorum, Hippocrates, cautum eſſe voluit, ne quis fœminæ, quo partum abigat, medicamentum exhiberet, quam ob cauſam in Synodo Conſtantinopolitanâ ſextâ ſancitum eſt, ut abortum facientia medicamenta propinantes homicidii pœnis afficerentur. *(b)*

II. Nec obſtat, quod in matris ſalutem & conſervationem aliquid videatur tentandum, primò enim non ſunt facienda mala, ut inde eveniant bona, *(c)* nec noſtrum eſt matrem ſalvare, fœtûs diſpendio: deinde ſpe quoque fallimur, propterea quod in acutis morbis ipſe abortus lethalis ſit: quatenus enim uterque affectus per ſe periculoſus, morbus videlicet

acutus & ipſa fœtus imperfecti excluſio, quæ maximè præter naturam eſt, eatenus malum malo additur, & laborans in extremum periculum deducitur. Quocirca nunquam, nec pharmacum nec abortivum medicamentum ad hanc intentionem exhibeatur, ſed ſemper incumbat Medicus conſervationi fœtus, quantum in ejus poteſtate erit, omnia rectè circumſpiciens & menſurans, fœtusque & matris ſummam habens rationem, ne partu interfecto, unà & matrem interficiat, ut ſæpè factum eſſe ab his Medicis apparet. Quod ſi oppoſitum nonnunquam viſum ſit, hoc non rationi ſed robori mulierum, per quod errorem Medicorum tolerare potuerunt, adſcribant. *(d)*

II. Et licet indubitatè ſcias, minimè ſervari poſſe matrem, niſi neglecto fœtu, tamen ſatius & magis pium, hunc caſum, tanquam deſperatum Deo (ut, qui conceptum fecit *(e)* poſſe eum citra ſpem noſtram ſervare) committere, quàm ullo modo, aut matrem, aut Infantem lædere: morbi verò violentiâ, matre oppreſſâ, ſectione cæſarea Infanti adhuc viventi ſuccurrendum: mater autem cum morbo fœtũ interim enecante pugnans (mortis fœtus indiciis verè præmiſſis) abortifero pharmaco prudenter tandem exoneranda. *(f)*

IV. Medicus ſi originem ſuam tueatur, à medendo, non à necando eandem adductam eſſe reperiet.

V. Medicus cum vir ſit πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, non manus fœdis & cruentis hiſce funeribus inquinabit.

VI. Le-

Digitized by Google

VI. Legi divinæ repugnat: ſcriptum enim eſt non occides, quavis etiam ratione. *(g)*

VII. Amori proximi contrariatur, quâ nobis ſimilibus, eandemque nobiſcum animam ſortitis, vitales invidemus auras, & certè haud ſimplex homicidium eſſe poteſt, cùm longam poſt ſe prolis ſeriem traxiſſe poſſit ejusmodi pharmacis dejectus embryo. *(h)*

Ante triennium, cum Soltquellæ Medicinam facerem, ad nobilem matronam prægnantem, circa medium geſtationis tempus acuto morbo laborantem & obſcuros atque falſos partûs dolores percipientem vocatus, nullis precibus, tùm ægrotantis, tùm aſtantium eò adduci potui, ut medicamentum fœtum interimens & expellens præſcriberem, ſed potiùs naturæ totum negotium committens, quâ fieri potuit diligentiâ, fœtui & matri proſpexi, quâ ratione ſenſim ægra vires recolligens, juſto partus tempore, filium ſanum edidit, magno muliercularum quarundam dedecore, quæ propter Uteri ſtrangulatum, eandem, contra noſtrum prognoſticum, minimè prægnantem, ſed fortè molâ tantùm affectam pronunciabant. *(i)*

a. b) *Joan. Cunr. Rhumel. F. de partu hum. c. 6. Hernborn. centur. diff. Med. 87. Th. Colladon. animadv. in Laurent. anatom. c. 64.* b) *Horſt. decad. 9. quæſt. 9. centur. probl. med. Roder. à Caſtro, part. 2. de morb. mul. l. 3. cap. 2. Sylvat. controv. 83.* c) *D. Paulus, epiſt. ad Rom. cap. 3. verſ. 8. Balth. Meiſn. philoſ. ſobr. ſect. 2. cap. 2. quæſt. 5.* d) *Salius l. c.* e) *Mercur. libr. 1. cap. 2. de affect. mulier.* f) *Val. Ruland. de procreat. hom. diſputat. theſ. 130. dec. 1. diſp. Baſil. 9.* g) *Exod. cap. 20. verſ. 15.*

H. Augen. epiſt. & conſult. med tom. 2. l. 12. epiſt. 71. Ego hoc dico & profiteor, nunquam licere provocare abortum: in ſanis mulieribus nefas omen eſt, atq; maximè impium. In ægrotis, tùm deteſtabile, tùm periculoſum, & matri & fœtui.

XL.

Qualiter ad lucem obverti Infans in cunis debeat, ne fiat luſcus.

In cunis ſic Infans collocari debet, ut caput reliquo corpore ſit altius: quo ſic excrementitii humores, à cerebro, in ſubjectos canales deriventur, & excernantur facilius. Quamdiu lactatur Infans; nec dum cibo veſcitur ſolidiore, in dorſum omninò recumbere ipſum eſt ſatius, quàm in alterutrum latus. Eſt enim dorſum tanquam carina in navi, corporis totius baſis & fundamentum, quo propterea facilè & tutò quieſcere poteſt Infans. At in latus ſi decumbat, periculum eſt, ne coſtarum oſſa mollia adhuc, nec ſatis ſolida, & laxioribus vinculis nexa, ſub reliqui corporis pondere fatiſcant & obtorqueantur, ſicque gibboſus evadat. Cùm verò dentire incipit, & cibo veſci paulò ſolidiore, ſimulque oſſibus & oſſium compagine ſolideſcere, ſenſim conſueſcere debet, decubitui nunc in hoc, nunc in illud latus. Denique quò magis ætate & robore creſcet, eò magis & frequentius in latera recumbet, eum verò in locum obvertatur in cunis poſitus, unde lumen ex oppoſito & directo capere poſſit aliàs periculum eſt, ne luſcus fiat. Oculus enim, cùm natura ſua perlucidus ſit, & luminoſus, lumen ſemper quærit, tenebras verò horret,

rit, ut omnia ſibi ſimilibus gaudent, contraria averſantur. Itaque niſi è directo lumen infanti affulſerit, anxiè omnem in partem ſe vibrat, oculos caputq; contorquet, quò potiri ipſo poſſit, frequens verò vibratorum oculorum illa contorſio, in naturam tandem abit, & habitum contrahit. Ita fit, ut vel luſcus evadat Infans, ſi in unam ſolùm partem pertinaciter & diu oculos obtorſerit, vel iisdem tremulis, aſſiduè nictantibus & malè ſtabilibus, ſi in multas, varias omneſque partes circum vicinas. Quæ cauſa eſt, cur à Magiſtra Experientia edoctæ nutrices, in cunis jacentium capiti, vimineum arcum, pannis velatum ſubtendere ſoleant, quæ incertos & vagos puerilium oculorum motus contineat, ſtabiliat & dirigat.

XLI.

Luſca nutrix, cur puerulum luſcum reddat.

Luſca nutrix puerum niſi transverſim intueri nequit. Inde fit, ut puer, quemadmodum reliquo corpore, ſic & oculo humidus, mollis & flexibilis, longa & aſſidua conſuetudine habitum ita inſpiciendi facilè contrahat, quem poſtea mutare & deponere nequeat: Nam deteriora, quibus à teneris annis aſſuevimus, pertinaciter hærent, bona facilè mutantur in pejus. In luſcorum enim oculis maximè & frequentiſſimè agunt muſculi illi duo, qui oculos ad majorem, aut minorem canthum adducunt. Hi ergo, illivé in contorſione illa multo uſu roborati, ut proprii officii exercitatio robur auget, antagoniſtas muſculos facilè vincunt, & ſibi obſequio cogunt, atque adeò iisdem invitis oculum

in hunc aut illum angulum trahunt & convertunt.

XLII.

Pueri qui Scævolæ evadant.

Pueri Scævolæ ſeu lævi evadunt, dum otio & inertiâ dextram manum languere ſinunt, agendi autem continuo uſu & exercitio ſiniſtram roborant, & copioſius in ſe trahere alimentum permittunt.

Quòd ſi viri jam facti, membriſque omnibus conformati & confirmati; multâ cum claudis conſuetudine neſcio quid clauditatis inter ambulandum, vel inviti & nihil cogitantes mentiri cogimur, adeò ut tandem etiam claudicemus; cur idem in puerulis non contiget, quorum laxa molliſque ſubſtantia, in omnem habitum fluxa eſt & cerea? cæterum parentum etiam hæreditario vitio, ut claudi & gibboſi, ſic & luſci evadunt pueri.

Paræus de gener. hom. c. 22.

XLIII.

Aqueus oculi humor deperditus poteſt reſtitui, mirum?

Aqueus oculi humor, quia tenuis eſt, aliorum humorum reſpectu, etiam fluxilis inſtar aquæ (Græcis ὑδαλοειδὴς quod aquæ modo pellucidus ſit, *(a)* lentoris tamen cujusdam *(b)* particeps eſt, inſtar albuminis ovi, unde albugineus humor ab Ætio nuncupatur ὠοειδὲς ὑγρόν. Ejus copia eſt exigua, nimirum 4. aut 5. guttarum, nam totum illud ſpacium, quod eſt inter corneam tunicam & cryſtallinum humorem ſpi-

ſpiritu repletur. Eſt enim hoc ſpacium majus, quam aquâ repleri queat; *(c)* In defunctis, imminutis ſpiritibus vel abeuntibus, aut humore eâ parte reſoluto, corrugationis corneæ *(d)* tunicæ cauſa eſt, dicitur) totum ſpacium occupat inter tunicam corneam & cryſtallini ſedem anteriorem, in quo fiunt ſuffuſiones, videtur tantùm excrementum eſſe *(e)* ex nutritione cryſtallini, non enim eſt pars animata; nam & morbis abſumitur, & in vulneribus oculorum deperditus reſtituitur, *(f)* & regeneratur; ſicut ego præter ſcriptorum teſtimonia revera obſervavi. *(g)*

II.

Ego quoque bis hiſce oculis vidi, totum humorem oculi aqueum effuſum fuiſſe ob vulnera: tamen ſpacio temporis renatum, ita ut eodem oculo cernere deinceps potuerit. *(h)*

III.

Incredibile quidem, nec fieri vulgò ſolitum, in puero vidimus, qui ſtilo in pupillæ loco fuerat compunctus. Nam cum ſtatim effluxiſſet aqueus humor, tùm pupilla ipſa minor eſt reddita, tùm tota cornea apparuit rugoſior: cæterum ſanatus poſtea rectè vidit, collecto ſcilicet eo, qui paulatim effluxerat humore, verùm hæc rara ſunt. *(i)*

IV.

Quatuor annos natam puellam vidimus, cui, dum ea nodum in panno ſolvere acuto gladio niteretur, reſiliens mucro, oculum dextrum percuſſit, quo perforatâ ipſius oculi tunicâ, plurimus inde ſtatim fluxit humor: quare etſi viſum prorſus amiſerit, ipſum tamen, haud multò poſt, ritè curata recepit.

Tanta enim ineſt vis tenellæ illi ætati, ut hunc ipſum oculi humorem (quod ſæpè accidit) in integrum reficere poſſit. *(k)*

V.

Quindecim annorum adoleſcentem novi, ſutoris cujuſdā filium Genevæ, circa an. 1587. cui acus ſutoria perforaverat adnatā membranam propè Iridem: hinc factum ut humor aqueus ſtatim effluxerit, & adoleſcens illicò viſum planè amiſerit. Oculo impoſui in primo apparatu albumen ovi cum aquâ roſaceâ & nonnihil croci: fronti autem defenſivum ex bolo armeno, terrâ ſigillatâ cum ol. roſaceo, paucaque cerâ & aceto in formam unguenti redactum, atque injeci ſtatim enema. Seq. die catharticum exhibui, & anodynis ad 7. usque & amplius vulnus tractavi. Deinde, collyrio ex aq. euphraſiæ, ſaccharo & tutiâ præparatâ, cicatricem induxi. His curatus fuit, nullo ſuperveniente ſymptomate, haud multo poſt curationem viſum recepit.

VI.

An. 1597. curavi filium Math. Barbotti, cui, infixâ ſagitta, perforata fuit cornea, qua parte conſpicitur Iris. Effluxit nonnihil humoris aquei, (Effuſâ ex vulnere hum. aquei portione duntaxat aliquâ, vel eâ per morbos aut ætatem abſumta, ita ut viſioni obſit: ſi exigua ſit, nec dum aliud accedat in oculo vitium, in juvenibus quibus humor ille reparari ex oculi nutrimento poteſt, adhuc bene ſperandum, naturæque illud committendum Plat. l. 1. de læſ. funct. p. 258.) unde contracta eſt cornea, & puer protinus viſum amiſit. Vulnus curavi ad modum ſupra dictum: puer hic quoque non multò poſt viſum recepit. (*l*)

a) Ve-

a) *Veſal. l. 6. fabr. corp. hum. c. 14. Graſecc. anat. claſſ. 2. ſect. 8. Galen. l. 10. de uſ. part. c. 4. 5. & 6. Fabr. p. 101. de laud. anatom.* b) *Knobloch. diſput. 5. anat. c. 4. th. 14.* c) *Coiter. in tab. anat. ocul. Heurn. de morb. oc. c. 1.* d) *leſſen. anatom. p. 117. a.* e) *Laurent. negat. l. 4. c. 16. & l. 4. quaſt. 22. excrementum eſſe, cum ſit pars, quod easdem ſervet perpetuò dotes figura, puritatis, quantitatis, quod uſum viſioni praſtet, eſt enim Cryſtallini propugnaculum, & inſtar ocularium ſimulacra ad cryſtallinum defert, quod ſi effluerit, reſarciri vix poteſt, & viſionem extinguit omninò, qua dotes excrementis non conveniunt. Quin etiam cryſtallini excrementum non eſſe id indicat, quod inter hos duos humores intercedat aragnoides. Ajunt decertare & fluitare ſanguinis inſtar, totique non cohærere. Reſpondeo, extra oculum fluitare quidem, in oculo verò minimè, neque enim locum mutat, ſed certâ ſede perpetuò movetur. Bauhin. theat. anat. l. 3. c. 41. dubitat, an humor aqueus ſit pars ex ſemine cum reliquis oculi partibus genita; an verò excrementum, quod in cryſtallini nutritione ſegregetur, cujus nomine Avicenna glacialis excrementum appellârit. Addit: auxit dubitationem, quod ex anatome ſciamus, mediante tunicâ cryſtalloide, cryſtallinum ab aqueo humore diſtingui. Verùm, cum partes ſpermaticæ ablata non regenerentur, aqueum autem humorem in vulneribus oculorum etiam totum effuſum (negat hoc Plater. l. 1. laſ. funct. p. 258.) regenerari conſtet, quid ſtatuendum ſit, adhuc ambigimus* f) *Bartolin. l. 3. inſtit. c. 8. Breibis ſomatol. diſp. 5. th. 2.* g) *Conſt. Varol. l. 1. anat. c. 4.* h) *Columb. l. 10. anat.* i) *Galen. de cauſ. ſympt. c. 2.* k) *Beniv. de abd. morb. cauſ. c. 74.* l) *Fabric. l. 1. obſerv. 26.*

XLIV.

XLIV.

Humoris aquei inſignes uſus.

Licet aqueus humor diaphanus ſit, ac lucem admittat; diverſum tamen diaphanum à corneâ habet, quo in aqueo nova refractio fiat: hæc autem refractio à perpendiculari fit. Prima fit in aëre, in corneam denſius diaphanum; altera à corneâ, in aqueum, tenuius diaphanum, ubi lux in aqueo unita & fortior reddita, ad cryſtallinum pertingit, in quo tanquam denſior, lux adhuc impenſius unitur. Verùm, quemadmodum in oculo naturaliter refractiones quatuor fiunt, ad corneam, aqueum, cryſtallinum & vitreum humorem; ſic in perſpicillis ſex fiunt, quæ duo præſtant, viſilia clariora & majora reddendo. Quia primò lux ab aëre rariore diaphano, intrat in ſpecilla, quæ craſſiore ſunt diaphano; inde rurſus in aërem, rarius diaphanum, à quo in corneam, denſius, & à corneâ, in rarius aqueum; ab hoc in denſius diaphanum cryſtallinum, & tandem in vitreum, ita ut ex tenuiore diaphano, in craſſius alternatim procedat.

II. Aquei humoris uſus, ſpacium vacuum opplere, & corneam tenſam conſervare & humectare, ne areſcens corrugetur, ſicque craſſior evadat, & rerum viſibilium receptionem impediat.

III. Tum corneæ, uveæ & cryſtallini ſiccitatem (*a*) prohibere; ut ſic eorum natura diaphana, ſine quâ viſio fieri non poteſt, ſuo madore ſemper irrigando, conſervetur. Hoc enim in compunctionibus effuſo, vel exſiccato, cornea concidit, rugoſa & opaca redditur.

IV. Ut cryſtallini propugnaculum ſit, ne cornea cry-

cryſtallinum per pupillæ foramen tangens, duritie ſuâ lædat.

V. Ut exteriorum colorum impetuoſiorem ad cryſtallinum occurſum impediat.

Tandem, ut rerum viſibilium ideas, ocularium ſeu perſpicillorum inſtar (unde Ariſtoteli (*b*) imaginum delator dicitur) elevet, ut eæ plenius multo & rectius percipiantur: cùm enim rerum externarum imagines ad anguſtum pupillæ foramen pervenêre, humoris aquei ratione quaſi attolluntur ut tùm viſio rectiùs perficiatur; nam cum viſio perſpicuitatem requirat, ob id humor limpidiſſimus, ante cryſtallinum, viſionis primarium inſtrumentum, collocatus eſt. (*c*)

a) *Gal. l. 10. de uſ. part. c. 6.* b) *Ariſt. l. 1. de hiſt. anim. c. 9. l. 5. de gen. anim. c. 1.* c) *Bauhin. theat. anatom. l. 3. c. 42. Knobloch. Laurent. l. c. Paræus op. chir. l. 5. c. 6.*

XLV.

Suffuſionem, ab humorum influxu in oculos, non fieri.

Ab humoris influxu, multi Medicorum Suffuſionem fieri cenſent; (*a*) huicque avertendo (*b*) curam omnem fruſtrà accommodant: & proin hunc affectum Catarrhactam, alii aquæ deſcenſum in oculos vocant. Quod tamen nec ratione ullâ probari, nec demonſtratione oſtendi poteſt.

Primùm enim, ſi ab aquæ vel humoris in oculi globum fieret affluxu, non hæc exigua tantùm, & vix lentis inſtar ampla naſceretur maxima, ſed oculi globus totus diſtentus, & veluti hydropicus tumeret.

Quin, quòd nullum ſpacium inane in oculo invenitur,

nitur, quod aquam hanc poſſit admittere, cum totus undique propriis humoribus ab ortu in eo natis, adeò repletus & diſtentus ſit, ut ne guttulæ quidem alienæ locus ſuperſit, aut cornea ulla ratione ampliùs diſtendi dilatarique queat.

Dein, & per quam viam quæſo, hæc aqua in oculum defluet? cùm illud per venas & arterias, quæ (quod nos in Anatome noſtra prodidimus) oculi interiora minimè ſubeunt, fieri nequeat.

Verùm per opticum nervum ajunt id fieri: egregium ſanè ſubterfugium, partem tàm nobilem, excrementis hiſce deferendis aptam ſtatuere, per quam, præter æthereum illum ſpiritum animalem tranſire nihil poteſt. Sed fac illum humorem per nervum hunc deſcendere, quomodo obſecro ad pupillæ foramen pervenire poterit? cum nec retiformis nervus cavitate ſua, quæ vitreo humore penitus impleta eſt, illum poſſit admittere; nec uveam, quæ in ambitu undique corneæ ciliaribus proceſſibus transverſim connata eſt, pertranſire poſſit.

a) *Heurn. de aff. ocul. c. 4. Fernel. de part. morb. & ſympt. l. & c. 5. Ieſſen. in inſtit. chir. c. 9. Paræus l. 16. op. chir. c. 19. Aëtius l. 7. cap. 51. Marquard. in pract. pag. 144. Foreſt. obſ. l. 11. ſchol. ad obſ. 30. Paulus l. 3. c. 22. l. 6. cap. 21. G. Bruel. Pract. Emp. p. 113.*

b) *Plater. de laſ. funct. p. 270.* c) *Idem ib. p. 233. de vit. p. 593.*

XLVI.

Suffuſionis nova cauſa.

Nos, longà obſervatione, ſuffuſiones innumeras, earumque principium, augmentum & punctionem pro-

propiùs contemplati, ab aqueo humore, tenacitatem aliquam adipiſcente, cauſam ſuffuſionis proficiſci, deprehendimus. Ille enim cum ab ortu tenacior exiſtat (nam & hoc vitium recens natos ſecum in lucem attuliſſe, aut mox illis ſuperveniſſe, ſæpè vidimus) vel ætatis decurſu, in ſenio, in quo frequenter accidit, exſiccatus: vel à morbis calidiſſimis, poſt febres ardentes, aut oculorum inflammationes, aut calorem externum vehementem, in illis qui ad ignem ſedendo, eumque intuendo pleraque munia obeunt ortus: vel colliriorum nimis calidorum & ſiccantium uſu aqueus humor inſpiſſatus, viſcoſiorque factus, membranæ hujus foraminis, quod continuò alluit, margini ſenſim accreſcit, atque eâ ſede, quâ foramen illud opplet, ſicuti in pulte cutem dictam naſci cernimus, paulatim concretus & induratus, ſplendorem, perſpicuitatemque amittit, & ſucceſſivè, ſed longo tempore, in pelliculam converſus, viſionem tollit. Quæ ſi deprimatur, portione aquei humoris reliquâ, cujus ſuperficiei innaſcebatur, pellucida adhuc exiſtente, viſus ſtatim redit: ſin & illa quoque jam luciditatem nimiâ exſiccatione amiſerit, uti frequentiſſimè accidit, licet ſuperficies illius detracta ſit, cæci nihilominus manent, & ob id fruſtranea fuerit oculiſtarum opera.

Platerus, l. 1. de leſ. funct. c. 7. p. 235. 232. 275.

XLVII.

Gäl und grün vor den Augen / *à bile.*

A ventriculo bilioſus præſertim humor calidam evaporationem proferens, eamque non tantùm ad nares

nareſusque (uti à cœpis, raphanis, ſinapi exſurgens vapor, nares tantùm vellicare (ob narium tunicæ ſenſilis communicationem cum oculorum adnatâ tunicâ, lachrymas elici, oculosque rubere, cernimus) moxq; iterum diſſipari ſolet) ſed in caput ipſum emittens, nunc vertiginem, nunc imagines, quæ plerumq; naturam bilis imitatæ, interdum flavent, aliàs virent, aut nigricant, ſicuti dicitur: Gâl und grün vor den Augen / cauſat. Et cum bilis in ventriculo dum jejunus adhuc eſt, magis ferociat, efferveſcatque, vaporesque tunc non impediti, liberiùs ſurſum ferantur, accidit, ut picrocholis, dum jejuni adhuc ſunt, accidentia dicta moleſta ſint: & quòd ex cibi aſſumptione, quia bilis vehementiâ retunditur, vaporesque reprimuntur, miteſcant denuoque ceſſent, quod & ſponte, diſcuſſis in capite vaporibus eoque citiùs, quo ſubtiliores ſunt, evenit: donec novis evaporationibus factis, hæc mala redeant. Cognoſcitur autem ex oris amaritudine, roſioneque oris ventriculi, quod cor vocant, aliisque hujus humoris indiciis, à bile hoc profectum eſſe: quæ & nonnunquam capitis dolorem, ſimul cum vertigine eâdem operâ adfert.

Id. ibid. p. 215. 212.

Vide quæ ſcripſimus cent. 2. part. 48. de tenuitate & craſſitie ſpirituum, ex Zvvingero.

XLVIII.

Aquæ vitæ uſus in Suffuſione non tutus.

Quidam aquam vitæ laudant, in frigidâ causâ & corpore. Sed audi, quid doctiſſimus Hieron. de eâ Ruffus, quod inſpexi, inquit, non involvam ſilentio, nobilem virum ſuffuſione laborantem, cui uſu

hujus

hujus aquæ in oculo impoſitæ, materia ipſa concreta decidiſſet, ipſe etiam humor albugineus manavit, cornea quoque tunica, aquæ vi, nonnihil exeſa: cumque in aliqua eſſet ſpe recuperandi viſus, omnem amiſit. Sobriè ergò hâc aquâ ad medicandos oculos utendum eſt.

Heurn. de morb. ocul. c. 4.

XLIX

Experimentum ad oculos aureum.

Rec. mellis anthoſati, dilig. deſpum. (ut fluxilis ſeu fluentis maneat conſiſtentiæ, & cera ſeparata ſit ab ea) Zing. opt. pulv. Garioph. minut. cont. ſalis ana Unc. ſem. miſceantur omnia cum melle, fiat Unguentum.

Hujus fruſtulum, quantitate ſem. Sinapis, indito in locum affectum. Primùm quidem mordet oculum & vellicat, ſed ſtatim deſinit & plurimum humiditatis inde ex oculo effluit. Omnem quoque catarrhactam tollit & adimit.

Hoc unguento Vratislaviæ, fœmina quædam, quæ per 14. annos nihil vidit, curata, & priſtinæ ſanitati reſtituta fuit. Uſa autem fuit eo bis in die.

I. Phil. Brendel. conſil. med. 55.

L.

Collyrium ex ovis recenter excluſis, à gallinâ.

Rec. ovorum recens à gallinis excluſorum, num. 10. coq. ad duritiem, ac dein, diſſectis per medium, ſingulorum vitelli eximantur. In horum locum impo-

ponantur vitrioli Rom. uſti, unc. quinque. Reponantur in cella ſubterraneâ prius involutâ panno lineo, uſque vitriolum eliquatur. Mox ut involuta ſunt, ita exprimantur. Expreſſo liquori addatur aqua fabarum, in quâ ſumach & roſæ rubræ incoxerunt, unc. 6. f. Collyrium.

II.

Recipe vitrioli uſti drachm. 2. myrrhæ drachm. ſem. pulveriſata indantur ovo, recens ad duritiem coɑo, cui vitellus exemtus ſit, ac reponatur in cellâ, donec eliqueſcat. Deinde ovum integrum, cum aq. mellis, aut fœniculi, ſeu euphras. exprimatur. Succus detur in fictili clarus & benè liquidus.

Uſus ejus in viſus debilitate, quotidie ter, manè, poſt meridiem horâ 3. & hora ſomni.

Sal. Albert. in conſil. Brendel. 31. & 32.

LI.

Phyſiognomia oculorum trucium.

I.

Mahometes II. Turcarum Imperator, profundis ac trucibus oculis fuit, iisque minacibus; crudelis & naturæ immanis, octingenta mortalium millia occidiſſe creditur, ſed remotâ illâ ſævâ atrocitate, æquus fuit.

II.

Selimus X. Turcarum Imperator, prægrandibus ac truculentis oculis & intuentibus mortem propè ſpirantibus, ſævus fuit, armorum crepitu gaudens, ingenio perfidus, aſper, immitis, atrox.

III.

Digitized by Google

III.

Solimanus Solimani Filius, trucibus oculis, ſævus in victoriâ, fractus in adverſis, fœderum ruptor, ſubdolus.

IV.

Selimus IX. Turcarum Imperator, ferocibus oculis & ore truci fuit, inſitam ſuo animo diram ſævitiem oſtendit, qui in ſanguinem gentilium ſuorum immaniter deſævit, ut etiam de extinguendo Filio cogitârit, adeò ut immanitate feras anteiret, monſtro quàm homini ſimilior, qui animo plusquam Tartarico nemini ſuorum pepercerit.

Porta de hum. phyſiogn. l. 3. c. 10.

LII.

Inſecto in oculum involante, altero clauſo extruditur.

Cur ubi exiguum animal in oculos involat, ſtatim altero clauſo oculo extruditur? Quia videndi ſpiritus jam per occluſum oculum exire non poteſt, ſed collectus in ſeſe, magnâq; in apertum oculum copiâ contendens implet ipſum, & tumefacit, & quaſi extrinſecus promit, atque ita pellitur, extruditurq; inſectum.

Alex. Aphrodiſ, probl. 57.

Vide cent. noſtr. 7. part. 95.

LIII.

Gallitricum oculis illapſa educit.

Anton. Mizaldus Gallitrici (Orvalæ ſive Orvallæ, Scarleæ, Sclareæ) ſemen utile tradit ad excutiendam oculorum caliginem, & educenda ea, quæ in

illos inciderunt: in oculos ſiquidem immiſſum, & multa revolutione, circa bulbum ejus circumductum, tandem humore prægnans, & tenuibus membranulis ac ſordibus onuſtum elabitur.

Dodon. de flor. coronar. c. 87.

LIV.

Oculare polycreſtum.

Nudum ſemen fæniculi, vel carui, vel grana juniperi, manè devorata in vertigine & viſus imbecillitate, proſunt: præſertim ſi poſtea anhelitum manibus ori admotis ita excipiant patientes, ut inde ad oculos quoque ſurſum aſcendat.

II.

Vel, maſticet ſemen fæniculi, & grana juniperi, & ſalivâ poſtea oculorum palpebras illinat, (vel parùm oculis indat) & anhelitum oppoſitis manibus, ſurſum ad oculos derivet.

III.

Inhalare in oculos, poſt maſticationem ſeminis fœniculi, ſuffuſiones tollit. Et in infantibus ſi nutrix illud facit, illorum ſuffuſiones delet, ſi Ammoniacum gummi maſticent priùs, & ſimilia.

Plater. l. 1. de laeſ. viſ. c. 7. p. 255. 266. 273.

LV.

Aves cur auriculis careant.

Aves, ſi haberent auricularum cavitatem, aër perpetuò incidens volatum remoraretur, quemadmodum ventus adverſus, veli concavum tangens, navim retardatur.

Bauhin. theat. anatom. l. 3. c. 44. in m.

LVI.

Digitized by Google

LVI.

Cur aures paucis moveantur?

Aures, capitis partes ſunt, ab hauriendis vocibus ita dictæ, *(a)* ſiquidem ſonos, ſtrepitusque percipimus. Unde & Græcis ὦτα, à voce audiendâ, quàm ἔπα vocitant, appellantur. *(b)* nobis etiam *(c)* Aures, quaſi audes, ab auditu nominatæ videntur. *(d)* Etſi autem Aures homini ferè ſemper immobiles ſint, ita ut in paucis motus ſenſu deprehendatur, attamen vim motricem hominum auriculis influere, & muſculi, quorum actio eſt motus, & nervi, qui circa aures communiter obſervantur, comprobant. Quod verò motus hic rarus & ſenſibus minus ſit perſpicuus, cauſa triplex eſt, vel 1. quia aurium muſculi exigui ſunt, (ita ut Galenus (*e*) delineamenta quædam muſculorum appellarit) & nervorum filamenta exigua habent, ſic ut ſpiritûs motorii copia ſufficiens non influat; vel 2. quia ſi moverentur, auditio depravata fieret, præſertim cum parvæ ſint: quare capitis motu velociſſimo ad ſonum recipiendum, quoquo verſum moveri poſſunt, cùm in quadrupedibus, *(f)* cum majores habeant, & non ita expedito capitis motu ſint, mobiles exiſtunt, quò omni ex parte ſonos *(g)* recipiant; licet iis & muſcas abigant, quos homo manibus abigere poteſt; 3. vel quia nimis breves ſunt, & aures cartilaginoſæ, quo minùs muſculi & nervorum ramuli expandi poſſunt. *(h)*

a. d) *Ego ſanè in hujus verbi (Aures) origine tradendâ Lactantii, tùm conſtantiam, tùm memoriam deſiderârim. Qui in eo libello, quem & piè & eleganter, de opificio Dei ſcripſit c. 8, Aures, ab hauriendis vocibus dictas*

ßtas autumat; ad quod etiam Virgil. lib. 4. Æn. alluſerit,

--- --- vocemq; his auribus hauſi,

& paulò poſt eorum facilè oblitus, quæ dixerat, Aures, quaſi, unâ mutatâ literâ, nominatas affirmat. Niſi corruptus ſit locus, ut mihi ſanè videtur. N. Erythr. in ind. Virgil. p. 26. a. b) *Ariſtot. l. 1. de hiſt. anim. c. 15* c) *Jeſſen. in Anatom. p. 127. a.* e) *l. 16. de uſ. part. c. 6.* f) *Gal. l. 11. de uſ. part. c. 12.* g) *Ariſtot. l. 2. de part. anim. c. 11.* h) *Bauhin. l. 3. theatr. anat. c. 46. Columb. l. 5. c. 10. Laurent. l. 4. c. 13. & 17.*

LVII.

Aures quibusdam pro arbitrio mobiles.

Muſculi in iis hominibus quibus aures moventur, rectè conſpicui ſunt, communes vel proprii. *(a)* Narrat Veſalius, ſe vidiſſe Patavii Juriſconſultum Claudium Symonium Foroliv. virum facetum, & P. Ravaſcerium Genevenſem, virum fortem & ſtrenuũ, qui aures habuerunt mobiles. *(b)*

Auguſtinus meminit fuiſſe, qui aures pro arbitrio, vel ſingulas, vel ambas ſimul moverent. *(c)*

a) *Bartolin. l. 3. inſtit. c. 9. Fallop. obſerv. anat. pag. 423.* b) *In Exam. anat. Fallop. lib. 2. fabr. corp. hum. c. 13. Cardan. l. 8. c. 40. de variet.* c) *l. 14. c. 24. de civit. Dei. Cal. Rhodig. antiq. lect. l. 20. c. 16.*

LVIII.

Auditus viſu excellentior.

Mihi auditus placet dignitas, tantò ſuperior, præſtantiorq; viſu, quantum intellectus artium, omniſque generis divinæ humanæque ſapientiæ acquiſitio,

&

Digitized by Google

& poſſeſſio anteit colorum inane oblectamentum. Nec ſcio, major ne ſit colorum varietas, an ſonorum, non tantùm harmonicis, tam variis ſed & vocibus unde tot beſtiarum diſcrepantes ſoni, tot gentium linguæ; & debile admodum eſt argumentum de viſu per ſe res capiente, cum non magis colorum beneficio, differentias cæteras ſentiat, quàm auditus ſonorum. Adde, quod ex auditu ſit fides, inſtrumentum nimirum ſummæ beatitudinis, quodque ab ipſo rerum principe & ſolo ſapiente judice Salvatore noſtro Beati judicentur, non qui vident, ſed qui credunt, ex auditu.

Libav. l. 3. epiſt. 38.

De viſu ejusq́; excellentia, vide cent. noſtr. 2. part. 68. & ſeqq. cent. 7. part. 16. & ſeqq.

LIX.

Auditûs ſe interdum longiſſimè extendentis Exempla & Ratio.

Auditus interdum longiſſimè ſeſe extendit. Unde, ut de tonitruis taceam, ſæpènumero accidit, ut tormentorum majorum bombardi, 12. vel 15. milliarium germanicorum vel longiori intervallo audiantur, ſicut noſtrâ memoriâ, in obſidione Lipſienſi & Magdeburgenſi, & deinceps in oppugnatione Urbis Mediomatricum accidit. Quare à veritate non abhorret, quod Lemnius ſcribit: *(a)* in conflictu quodam inter Flandros & Batavos fragorem, ſtrepitum, clamorem, vociferationem, ululatum pugnantium, plus quàm 3. milliarium ſpacio exauditum fuiſſe. Imò magis mirandum eſt, quòd in proximâ obſidione

ne Melitenſi, fragor tormentorum tantus fuerit, ut in ipſâ Sicilia per tantum locorum ſpacium exaudiretur. Uſi enim ſunt Turci ad evertenda propugnacula & mænia Morlachis: tormenti id genus eſt, ex quibus globos lapideos trecentorum pondo: ex baſiliſcis verò globos ferreos centum ſexaginta pondo; ex canonibus octoginta, emittebant, ductaque inde ratione amplius ſeptuaginta millia emiſſionum pro certo fuiſſe creduntur, ſicut Ubertus Folieta teſtatur. Sed propemodum fidem excedit, tormentorum fragorem, uti exiſtimatur, in ſummis montibus Tirolenſibus Anagninis, ab Incolis exauditum eſſe, quũ Chriſtiana & Turcica claſſis ad Naupactum, A.C. *1572.* acerrimè confligerent, & hæc ferè univerſa, ab illâ ſubmergeretur & vinceretur. Auditus enim eſt, quamdiu prælium illud in mari duraret, fragor horrendus in aëre, non ſecus ac tonitrua, magno cum pavore hominum, neſcientium quid ſereno cœlo accideret, quumque præfecto iſtius loci ſequenti die hoc indicâſſent, & tonitrua fuiſſe exiſtimaſſent; notatum deinceps eſt, circa illud ipſum tempus id accidiſſe, quo pugna illa celebris navalis commiſſa eſt. Hæc niſi fide dignus vir mihi recenſuiſſet, propter diſtantiam locorum immenſam ſilentio preſſiſſem. Rationem autem adducit Lemnius; *(b)* Nam, inquit, in mari editus ſonus, aut excitatus fremitus, incredibili diſtantiâ percipitur, præſertim tacita ſilenteque noctè. Cum enim nihil obſtet, vel nemora, vel montes, aut in cœlum erecti ſcopuli; clangor per æquoris planiciem, velut patentem, atque undique exporrectum campum; lon-

longè lateque ſe diffundit, ac per aëra volvitur. (e)

a. b) *l. 3. de occult. nat. mir. c. 2.* c) *Ph. Camerar. horar. ſucciſ. cent. 1. c. 78.*

Vide quæ ſcripſimus de auditu, centur. 8. part. 82. & ſeqq. Condonabit autem benevolus Lector, ſi nullo ordine, multa in Centur. noſtr. fuerint congeſta, memor, plerumque talem rerum varietatem ſine tædio legi.

LX.

Hiſtoria duorum familiarium, valdè memorabilis, in quâ homicida, per ſomnium proditur.

A Stoicis traditum admodum clarum ſomnium; cùm duo quidam Arcades familiares iter unà facerent, & Megaram veniſſent, alterum ad cauponem divertiſſe, ad hoſpitem alterum, qui ut cœnati quieſcerent, concubâ nocte viſum eſſe in ſomniis ei, qui erat in hoſpitio, illum alterum orare, ut ſubveniret, quod ſibi à caupone interitus pararetur: eum primò perterritum ſomnio ſurrexiſſe; deinde, cùm ſe collegiſſet, idque viſum pro nihilo habendum eſſe duxiſſet, recubuiſſe; tùm ei dormienti, eundem illum viſum eſſe rogare, ut quoniam ſibi vivo non ſubveniſſet, mortem ſuam ne inultam eſſe pateretur: ſe interfectum in plauſtrum à caupone eſſe conjectum, & ſupra ſtercus injectum; petere, ut manè ad portam adeſſet, priusquam plauſtrum ex oppido exiret. Hoc verò ſomnio eum commotum manè bubulco præſtò ad portam fuiſſe, quæſiſſe ex eo, quid eſſet in plauſtro: illum perterritum fugiſſe, mor-

tuum erutum eſſe, cauponem re patefactâ pœnas dediſſe.

Cicero l. 1. de divinat. fol. m. 223.

LXI.

Duorum hoſtium diſſenſio naturalis; & duorum amatorum συμπάθεια*, etiam poſt mortem.*

Nolumus pro certo affirmare: aſſerunt tamen aliqui, quod duorum hoſtium ſepulchris contiguis, impoſitæ roſæ, poſtquam adoleverant, licet ſtudioſiſſimè connexæ fuiſſent, tamen non potuerint una manere.

Contra de duorum amatorum itidem ſepulchris impoſitis roſis refertur, quod divelli non potuerint.

Libav. de αἱματόδειξ th. 250.

LXII.

Senes cur ſuſpicioſi?

Tribuitur Senibus, quòd ſint ſuſpicioſi, quia increduli, increduli quaſi experti: *(a)* hoc eſt, quia compertum habent, quanta ſit hominum perverſitas, non facilè credunt, ſed ſuſpicantur. Atque propter hanc experientiam, ſi quid affirment, tùm ei innitendum eſt, tanquam pronunciato, demonſtratione concluſo. *(b)* Atque propterea apud antiquiſſimos Romanorum neque pecuniæ, neque honori præſtantior locus tribuebatur, quàm Ætati; Majores enim natu, à minoribus colebantur ad Deûm propè & parentum vicem, *(c)*

a) *Ari-*

a) *Ariſtot. l. 2. Rhet. cap. 13.* b) *Id. l. 6. Eth. c. 11. Colleg. Conimbr. in Ariſt. de juv. & ſeneɛt. c. 3. q. 8.* c) *Gellius l. 2. noɛt. attic. c. 15. Valer. Max. l. 2. c. 1. Scheibl. part. 1. diſp. de anim. diſp. 11. theor. 29.*

LXIII.

Senes reverendi ſunt, exemplo Antiquorum.

Improbitas illo fuit admirabilis ævo.
Credebant hoc grande nefas & morte piandum
Si juvenis vetulo non aſſurrexerat, & ſi
Barbato cuicunque puer, licet ipſe videret
Plura domi ferra & majores glandis acervos,
Tam venerabile erat præcedere quatuor annis,
Primaque par adeò ſacræ lanugo ſenectæ.

Juvenal. l. 5. Satyr. 13.

LXIV.

Elegans Senectutis paraphraſis.

Hæ ſunt primitiæ mortis, his partibus Ætas
Defluit, & pigris greſſibus ima petit.
Non habitus, non ipſe color, non greſſus euntis,
non ſpecies eadem, quæ fuit ante manet.
Labitur ex humeris demiſſo corpore veſtis,
quæque brevis fuerat, jam modò longa mihi eſt.
Contrahimur, miroque modo decreſcimus ipſi,
diminui noſtri corporis oſſa putes.
Nec cœlum ſpectare licet, ſed prona ſenectus,
terram, à qua genita eſt & reditura, videt.
Fitque tripes, prorſus quadrupesque, ut parvulus infans.
& per ſordentem, flebile, ſerpit humum,

Ortus

Ortus cuncta ſuos repetunt, mortemque requirunt,
&c redit ad nihilum, quod fuit ante nihil.
Hinc eſt quod baculo incumbens ruitura ſenectus
aſſiduo pigram verbere pulſat humum.
Et numeroſa movens certo veſtigia paſſu,
talia rugato creditur ore loqui:
Suſcipe me Genitrix, nati miſerere laborum
Membra velis gremio feſſa fovere tuo.

Maximianus libr. eleg. 1. qui falsò hactenus ſub nomine Cn. Corn. Galli, editus eſt. Gyrald. dial. 4. de Poet. latin. Theodor. Pulman. in præf. Maximian.

LXV.

Gallus gallinaceus, ut continenter & indefeſſè cantillet.

Experimento ac quotidiano uſu comprobatum eſt, Agalochum quod vulgò lignum Aloes vocatur, vel ſuffitum, vel naribus admotum mirifica eſſe vi in corroborando cerebro, ac ſenſibus excitandis, adeò ut ſi in pulverem redigatur, admixtis aliquot garyophyllis, atque oſſe de corde cervi, eaque oleo nigellæ commiſceantur, eas vires conferre cerebro, ut ſi Galli gallinacei vertex eo oblinatur, cantillare ac crocire non deſinat.

Lemn. l. 2. de complex. c. 4.

Rec. ligni aloes drachm. unam ſemis, gariophill. oſſ. de corde cervi ana ſcrup. ſemis, miſc. cum ol. nigellæ. Lubert. Eſthius ſect. 9. de formul. medic. c. 5.

LXVI.

Secretum, tinnitum aurium, radicitùs tollens, & ſurditatem curans.

Recipe vermiculos intra lignum quercinum & cor-

corticem repertos num. 20. bulliant in ol. oliv. unc. duabus ſem. deinde excava radicem cyclaminis, reple oleo rutaceo, vermium autem quantum capere poteſt, adde pulv. pyrethri, coſti ana ſcr. ſem. aſſa in cinerib. & contunde in mortario, exprime fortiter; de hoc ſucco, (præmiſſis prius univerſalibus) immitte auribus aliquot guttas, per 9. continuos dies, Mirabilia videbis.

Deodat. l. 3. panth. hygiaſt. c. 21. fol. 133.

LXVII.

Fures pomorum quomodo deprehendendi.

Nusquam Cantharidum uſum commodiorem comperi, quàm ſi crudum illarum pulviſculum, pomis, aut prunis, ficubus, perſicis quoque venuſtioribus, ab imâ arbore pendulis inſerueris, fiſſuramque reducto putamine celaveris: quæ ſi Pomorum fures decerpta deguſtaverint, Intolerabilis urinæ ardor & ſtillicidium, furtum illorum redarguit, & gravitate ſupplicii compenſat.

Langius l. 1. epiſt. 47.

LXVIII.

Mirabile purgans.

Si quis drachmam j. vel ſcrupulos ij. oculorum nigrorum cancri, non lapidis, qui in corpore reperitur, in pulverem agat, & in vini tepentis, vel cereviſiæ hauſtu ſumat, mirabilis effectus purgans remedium habebit.

Deodat. l. 1. panth. hygiaſt. c. 44.

LXIX.

LXIX.

Cancrorum oculi adverſus caſum.

Puer erat à tecti altitudine inſigni præcipitio delapſus in terram ſolidam. Accurrebant parentes tantùm non exanimes & vicini, ob caſum illum commoti. Puerum nullâ parte corporis luxatum, à caſu ſublevant, in pedes ſiſtunt, quem vel exanimatum, aut miſerè toto corpore mutilatum laceratumque ſe reperturos domumque reportaturos putabant. Qui aſtabant, modo tecti altitudinem ſuſpicere, modò puerum undiquaque contrectare; jam præcipitii horrorem ſtupeſcere, jam pueri fortunam mirari, donec in chirotheca pueri cancrorum oculos reperiunt, quibuscum paulò ante viſus erat luſitare, qui in pollinem quaſi minutiſſimum erant minuti & contuſi.

Hiſtoriam hanc (non fabulam) in Angliâ accepi, à Nobiliſs. viro, Joanne Coy Boruſſo, qui fidem haberi volebat ſibi, quam merebatur.

I. Ern. Burggrav. in panopl. phyſicc-vulcaniâ p. 108. vide centur. 9. part. 19. & ſeqq.

LXX.

Secretum remedium ad omnes dolores.

Accipe Opii, ſpec. diambr. ſingulorum drachmas quinque, mumiæ, myrrhæ, cujusque ſemidrachmam: fiat extractum, cum ſufficienti copiâ aquæ vitæ, & uncia aquæ cinamomi: cum ad melleam craſſitiem venit id extractum, addes ei ſuccini albi, coralli rubri præparati, ſingulorum ſcrupulos duos: unicornu, muſci, cujusque grana duodecim: croci grana ſedecim: margaritarum præparatarum ſemidrachmam:

mam: olei Carabæ, aniſi, caryophillorum, Cinamomi, ſingulorum grana iij. fiat confectio in pilulis, da unum granum, vel duo, rarò quintum ſupera, in implacabili dolore.

Heurn. de morb. mulier. c. 7.

LXXI.

Vipera nutrita à muliere, ejusdemque eductio è corpore.

Mulier Tridentina nutriebat viperam in ventriculo, quæ cùm nullis modis corpus id relinquere vellet, variisque medicamentis id tentatum fuiſſet, tandem cum bidui inediâ ſuſtinuiſſet patiens, adeoque & vipera jam fame cruciaretur, immiſerunt pilam ex farinâ & melle compoſitam, ligatam filo & hamo parvulo clam hærente, quam cum beſtia aſcendens per gulam rapuiſſet, facili negotio poſtea cum filo educta eſt.

Nota, quod viperas optimè educit per inferiora ſuffitus calceamentorum attritorum ore exceptus.

Helid. Padoan. in conſil. p. 317.

LXXII.

Artium cultorum vanitates.

Diſcunt quidam integro vitæ decurſu rectè loqui, cùm de vitâ rectè inſtituendâ, ne minimum quidem cogitent.

Alii dum

LOGICÆ

ſphingis ænigmata ac rationum omnium tricas expediunt, ut quid ſit Ratio inveniant, naturali non rarò rationis lumine ac judicio deſtituuntur.

Eſt

Eſt qui in minutiſſimas fractiones quæque per

ARITHMETICEN

partiri diſcit, neque tantum proficit, ut obulum cum fratre erciſcere poſſit.

GEOMETRIÆ

beneficio agris multi conſtituunt limites, eosdemque à ſe invicem diſpeſcunt, urbes ac regiones commetiuntur, neque hoc aſſequuntur, ut normâ quâdam ſeipſos metiantur.

MUSICUS

vocum concentus, tonosque in unam harmoniam cogit, cùm nihil ipſe habeat in animo concinni, nihil harmonici, nihil quod non ob animi perturbationes à modis muſicis exorbitet.

ASTRONOMUS

dum fixis in cœlum oculis ſyderum ac ſtellarum motus intentiùs contuetur, in proximam foveam labitur, futura præſagiens, præſentia perdit; firmis cœlum contuetur oculis, aſt animum rebus caducis ac terrenis habet immerſum.

PHILOSOPHUS

de rerum naturâ accuratè diſſerit, neque ſeipſum cognoſcit.

MEDICUS

aliorum valetudini conſulit, in propriis Animi morbis agnoſcendis cæcutit; proprii pulſus alterationem perſentiſcit, neque tamen de ardenti animi febre (ad quam primò tamen omnes cogitationes convertendæ erant) curandâ ſollicitus eſt.

HISTORICUS

Thebana Trojanaque bella ad unguem ſciet recenſere, ignarus eorum, quæ penes ſe geruntur.

Orbi

Digitized by Google

Orbi univerſo condit leges
JURIS CONSULTUS,
ſibi ipſi legem ſtatuere nequit.
THEOLOGUS
demum de fide contentioſè acriterq; diſputans, nullam unquam volet charitatis admittere mentionem. Loquitur de Deo, at hominibus ferre opem neglectui habebit.

Scientiæ itaque, atque artes mentem quidem inexhauſto labore fatigant, nullam tamen homini tranquillitatem conciliant.

Ph. Mornaus in vita mortiq; conſ. p. 4. & ſeqq.

LXXIII.

Argentum vivum arboribus & inſectis inimicum.

Argentum vivum arboribus immiſſum, ob immenſum frigus, & pondus, & erodendi vim eas enecat, & quidem celerrimè, ſi ad medullam pervenerit. Muſcas quoque, pulices, cimices, inſectaque omnia perimit, maximè cum ſapone nigro.

Freig. l. 26. quæſt. phyſ. p. 699.

LXXIV.

Argenti vivi Alexipharmacum.

Si quis ſive per incuriam ſui ipſius, ſive per malitiam alterius argento vivo intoxicatus fuerit, Coſtus, Myrrha, Ruta, (quocunque modo uſurpata,) ejus Alexiterium erit. Maximè autem evenit, Infantes venenorum periculis exponi, cum obvia quæque ori ingerant, ac ſine delectu pura æquè, atque impura vel lingant, vel omnia abſorbeant. *(a)* Item cryſtallus. *(b)*

Digitized by Google

a) *Minderer in pharmacop. Auguſt. p. 21.* b) *Ant. Gallus, de ligno Sancto p. 33.*

LXXV.

Amuletum pro fanaticis ſecretiſſimum, humanamque fidem excedens.

Recipe Nucem avellanam perforatam naturâ & quod in cavitate eſt, aciculâ ſtudioſè & ſubtiliter exime, cavitatem benè expurgatam ab excrementis, reple catoptro ſeu ſpeculo caudæ pavonis, cum tanto argenti vivi, quantum ipſius nucis cavitas capere poteſt, foramen nucis obturetur cerâ virgineâ: hæc nux incluſa ſerico & appenſa collo, valet adverſus omnia veneficia & incantationes, & conſtat experimento, melancholicos & fanaticos, cœlo terrâque jam ſe oppreſſum iri exiſtimantes, hac medicinâ appenſâ eſſe reſtitutos. Mirabilis certè naturæ occultè agentis vis. Quis enim credet, hæc ineſſe caudæ pavonis & argento vivo, avellanæ incluſis?

Goglen. F. de mirabil. natur. p. 17.

Plura de Mercurio, vide cent. 4. noſtr. memor. part. 90. & ſeqq. cent. 5. part. 86. & ſeqq. cent. 10. part. 62. & ſeqq.

LXXVI.

Τὴν χεῖρα καταφιλῆσαι *unde?*

Quod hodieque in conſuetudine poſitum eſt, ut in ſalutandis potentibus, aut in honore eis habendo, noſtram ipſi manum ori admovere ſoleamus, id quæſitum eſt ex me, num à veteribus quoque factitatum eſſet, an, ut alia pleraque, ita hoc quoque ineptè adulandi genus, ſervilia recentiorum aulicorum in-

genia

genia excogitaſſent. Reſpondi, eum morem, usque ab impiâ illâ & ridiculâ veterum, qui multos Deos celebrant, ſuperſtitione ductum ac propagatum videri. Solebant enim & illi, cùm aut fanum aliquod præterirent, aut lignum, lapidémve aliquem aſpicerent, in quo divinitatis aliquid eſſe opinarentur: (neque enim vilior illis temporibus ullius rei, quam Deorum, annona erat) manum ad os referre & tenui murmure illos ligneos aut lapideos Deos, ut ſibi faverent, precari. Ovidius:

Ecce laeu medio ſacrorum nigra favilla,
Ara vetus ſtabat tremulis circumdata cannis.
Reſtitit, & pavido, Faveas mihi, murmure dixit
Dux meus: & ſimili, Faveas mihi, murmure dixi.

Apulejus apologiâ 1.
Nam, ut audio percenſentibus iis, qui iſtam novere, nulli Deo ad hoc ævi, ſupplicavit; nullum templum frequentavit: ſi fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratiâ manum labris admovere.

Cæcilius: ſimulacro Serapidis denotato, ut vulgus ſuperſtitioſus ſolet, manum ori admovens, oſculum labiis preſſit.

Quo igitur geſtu illi Diis ſuis honorem exhibebant, eodem nos hodie, in potentibus ac fortunatis hominibus colendis utimur. (*a*)

In Sacris quoque literis, manum ori admovere, ſignum eſt ſibi ipſi ſilentium indicentis, quod ipſum, cum ſignificatione reverentiæ & obſervantiæ alicujus conjunctum eſt. Iobus ipſe de ſuâ priori inter ſuos populares dignitate & auctoritate ita loquitur: Videntes me juvenes abdebant ſe, Senes verò aſſurge-

Mmm 2 bant

bant & ſtabant. Principes cohibebant ſermones, & manum admovebant ori ſuo &c. *(b)* Et ex ejusdem Iobi cap. 31. v. 27. de Idololatris dicitur, quòd jam tum manu ori admota ſoliti ſint Idolis cultum exhibere, eademque phraſis repetitur cap. 39. v. 37. Unde patet, opinione vetuſtiorem eſſe hanc conſuetudinem. Inter Theologos enim doctiſſimi Hiſtoriam Iobi referunt ad ea tempora, quibus Idumeis florentibus Iſraëlitæ in Ægypto commorabantur. *(c)*

a) *Muret. var. lect. l. 10. c. 1.* b) *c. 29. v. 8. & 9.* c) *Nathan. Chytr. not. ad Joan. Caſæ Galateum. fol. 165. Th. Beza paraphr. in Iob. cap. 38.*

LXXVII.

Nigredo Æthiopum unde.

Multis perſuaſum eſt, Æthiopes propterea eſſe nigros, quia calidiſſimam regionem inhabitant. Sed obſtat 1. Quod filii Æthiopum etiam in frigidiſſimis regionibus naſcantur nigri, etiamſi calorem patriæ nunquam ſint experti. 2. Quod in calidiſſimis regionibus etiam ſint homines, non nigri, ſed vel Europæorum inſtar candidi, aut fuſci. 3. Quod Hiſpani in Æthiopia degentes non generent liberos alterius coloris, quam in Europa. Cauſa igitur, duplex eſſe videtur. 1. à regionis æſtu. 2. occultâ ſeminis proprietate, quâ fit, ut è nigris nigri, è candidis candidi generentur.

Gigas ſyſtem. Coſmograph. l. 2. c. 3. probl. 10.

Caeci cur caecos gignant, vide Heurn. l. 5. inſtit. c. 3. Valetudinarii valetudinarios, Deodat. l. 3. panth. hygiaſt. c. 26.

LXXVIII.

LXXVIII.

Æthiopes cur à febre continuâ, licet cognatâ ſuæ naturæ moriantur?

Cauſa eſt, quia ab externo calore, nativum calorem habent imbecillum: & præterea paucam humiditatem, quæ ſtatim à febre abſumitur. *(a)* Videmus etiam experientiâ, Anglos & Scotos magis à febre ardente periclitari, quàm nos: quia hic morbus minùs eſt eorum naturæ familiaris, quàm noſtræ. *(b)*

a) *Alex. Aphrod. probl. 79.* b) *Holler. in comment. aph. 34. l. 2. Hippocrat.*

LXXIX.

Gravia & levia tardiùs in principio, velociùs in fine moveantur, cur?

Experientia teſtatur, rem gravem ejusdem ponderis, ex alto loco delapſam, vehementiùs ferire, quàm ſi è loco non ita ſublimi decidat. Et quamvis varii variè hac de re ſenſerint: tamen ſtatuendum eſt, veram hujus rei cauſam eſſe imminutionem reſiſtentiæ medii: imminutæ autem reſiſtentiæ, motum antecedentem, qui auget præcedentis motus velocitatem. Motus enim, qui alium motũ ſequitur, velocior eſt eo, quem alius motus non præceſſit. Cur a. motus præcedens, ſequentis velocitatem augeat & medii reſiſtentiam imminuat, cauſa hæc eſt. Omne mobile velociter & facilè movetur per medium, quod in eandem partem movetur; minùs velociter, per medium quieſcens; tardè per medium, quod mobili reſiſtit, & in contrariam partem tendit, cujus rei navigatio documentum exhibet. Quare, cum corpus aliquod

grave incipit deorſum ferri, primò ipſi reſiſtit aër quieſcens; cujus tamen reſiſtentiam vincit corpus grave & proximam aëris partem deorsùm pellit: hæc prima aeris pars impulſa, pellit vicinam ſecundam ſibi aeris partem. Ad hanc igitur, ubi devenerit corpus grave, eamque in motu, ſibi non reſiſtentem, ſed obſecundantem & in eandem partem motam invenerit, velociùs moveri incipiet: velociùs ita motum corpus, tertiam aeris partem vehementiùs impellet & propulſabit: hæc etiam ante, à ſecunda parte aeris impulſa, velociùs movebitur, quàm ſecunda & fortiùs quartam deprimet. Tertiam itaque aeris partem, cum corpus grave attinget, poſtquam etiam velociùs motam deorſum, quàm ſecundam invenerit, in eâ etiam velociùs movebitur, atque ita quartam partem jam ante à tertiâ depulſam, fortiùs adhuc deprimet, & ad eam ubi pervenerit, in eo, ob minorem reſiſtentiam & motus ſimilitudinem, etiam velociùs movebitur. Atque hæc motus velocitas, ad finem usque eâdem de causâ continuè augebitur.

Sennert. epit. ſcient. natur. l. 2. c. 3.

LXXX.

Facilior ſcalarum deſcenſus, quàm aſcenſus.

Quoniam in deſcenſu corporis pondus deorſum verſus ſuapte vi fertur & quodammodo deſcendentem adjuvat: In aſcenſu verò laborat vis corporis pondus ſurſum verſus attollens. Sic enim & lapis faciliùs deorſum, quàm ſurſum fertur. Quod enim grave eſt, deorſum fertur.

Alex. Aphrod. probl. 63.

LXXXI.

LXXXI.

Ferinarum thermarum vires.

Ferinæ Thermæ (in Ducatu Wirtembergico) actu & potentiâ calefaciunt, temperatè tamen, cujus temperamenti ratione plurimùm commendantur. Præterea exſiccant, reſolvunt, atque ſuperfluitates abſumunt, laſſitudinem levant, humorum plethoram per halitus digerunt & evocant: dolores mitigant: dura emolliunt: humores ubicunque decubuerint, diffundunt: ſomnum conciliant: membra carne replent: obſtructiones aperiunt, abſtergunt & mundificant: flatus diſſolvunt: & tandem omnia membra confortant, propter levem quandã aſtrictionem, acquiſitam ab alumine, in his aquis ſubdominante. Quas proprietates & operationes acquirunt à mineris per quas fluunt: cujusmodi ſunt Sulphur, Alumen & Nitrum. Id quod tùm guſtu, tùm viſu comprehendi poteſt. Videntur enim in arenâ ſcaturiente, in quibusdam locis quaſi quædam ſcintillæ lucidæ, naturam aluminis aut nitri ſapientes. Demonſtrant hoc etiam lapides, per quos hæ aquæ currunt. Sulphureas porrò eſſe probat actualis caliditas: tùm etiam odor: quod manifeſtum fit ex linteis ibi infuſis & lotis. Dum enim exſiccata fuerint, aliqualem odorem ſulphureum retinent, ſicut benè conſideranti ad ſenſum patere poteſt. Non nego tamen, quin aliquid etiam ſalis accipiant. Præcipuè autem partibus extremis, manibus & pedib. affecti, ubi in has thermas ſe contulerint, & ritè priùs purgato corpore, decenter in iis lotioni incubuerint, egregiè adjuvari ſolent; utpote paralyſi comprehenſi, tremore, ſtupore,

convulſione, ſpaſmo particulari, quē vulgò Krampff/ vocant. Valent etiam in omnibus articulorum imbecillitatibus, podagrâ, chiragrâ, gonagrâ, dolore coxendicum ex materia frigida & humida vel flatulenta profectis, (ſi mala hæc hæreditaria non ſint) dum non ſolùm materiam in juncturis & articulis contentam, in iisque imbibitam reſolvunt, ſed etiam articulos confirmant & roborant, ne tàm promptè quaſcunque ſuperfluitates in ſe poſſint recipere. Maximè verò conferunt humidiori & frigidiori capiti & cerebro, ortisque ab eo nervis, dum frigidam & humidam eorum intemperiem ſiccant, calefaciunt, diſcutiunt, roburque membris majus adjungunt. Laſſos & defeſſos ex labore, vel morbis præcipuè ſenes, dici non poteſt, quantum recreent, adeò ut aliquis vix per biduum in illis ſedens membra leviſſima & agilima percipiat, ut non deſint, qui ſaltare & tripudiare geſtiant: & hac in parte nullum Balneum in univerſa Europa eis conferri poteſt; ſicut multoties per Dei gratiam, maximo cum fructu expertus fui, per 13. Annos, ex quibus his thermis jam præſum. Etſi verò morbis articularibus ſummoperè proſunt, obſervavi tamen, illos, qui fluxione & dolore adhuc in externa aliqua corporis parte afficiuntur, & pro hujus levatione has aquas petunt, adeò inde non levari, ut potius dolores creſcant & augeantur. Et licet, dum balneo inſident, benè habere videantur; quàm primùm tamen exierint, dolores redeunt, & quamvis ſint qui exiſtiment, longiore ipſarum uſu ſe dolores hos propulſaturos; nihil tamen efficiunt; imò oleum & operam perdunt, nummosque quos in hanc curam impendunt, inutiliter conſumunt: quod multi mi-

hi be-

hi benè monenti, credere nolentes, cum ipſorum dolore verum eſſe experti ſunt; hique præ aliis qui aliquando lue gallica contaminati fuerunt.

Gabelchov. obſ. cent. 4. & 6. ſchol. ad obſ. 83. L. Fuchſ. inſtit. med. l. 2. ſect. 5. c. 28

In ditione & Ducatu Wirtembergenſi, non longè à Chalbo oppido, Thermæ ſunt, quæ latinè Bildebadæ, Germanicè Wildbad/ hoc eſt, ferinæ balneæ & à Martianâ Sylvâ, (Sic autem Romani ſuperiorem Harcinii nemoris partem vocant) Germanis Schwartzwald Bad/ id eſt, nigræ ſylvæ Balnea nominantur. Harum miſtura ex copioſo ſulphure, & exiguo alumine conſtare fertur. Sunt tamen, qui æris, ſalis & nitri miſturam accedere priori cenſent, atque hi rectè judicant. Nam cum plurimùm balneæ hæ oculis proſint, ut æris aliquid habeant, neceſſe eſt. Unicè capitis vitiis frigidis, reſolutioni nimirum nervorum, convulſioni, ſtupori & ſimilibus auxiliantur. Inſtrumenta ſenſuum roborant, ea quæ claritati oculorum officiunt, repurgant, tinnitum aurium, jecoris & lienis obſtructiones tollunt, malo habitu corporis & ictero laborantibus, item anaſarcâ ſeu leucophlegmatiâ correptis, renum & veſicæ calculis, ventriculoque frigido occurrunt. Appetentiam denique excitant & propemodum omnia, quæ Badeniæ Marchionis præſtant, niſi quod viris magis, quàm mulieribus, quod non ita ferventes ſint, competant.

Joan. Guinter. Andernacus. dial. 1. de baln. & aquis medicatis.

Aquæ ferinæ, in Ducatu Wirtembergenſi, nominationem à Martianâ ſylvâ habent, unde etiam Waldbad potius, quam Wildbad dici debent, inter

aſperos montes, & terram incultam ſcaturientes, affluunt tanquam ex lacu rotundo, paulò magis, quàm temperatè calidæ, præſertim in mulierum balneo, ſulphure, ſale & alumine imbutæ: nonnulli æris & nitri participes eſſe affirmant. Hoc etiam aquæ iſtæ eximium, præ cæteris multis habent, quod magna in eis ſit diverſoriorum & rerum neceſſariarum commoditas, quæ omnis fortunæ & conditionis hominibus diſplicere non poteſt, nec quenquam conclavium caritas, aut hoſpitum avaritia, ab eis deterrere poteſt, ut quæ legibus & decretis Illuſtriſſimi Principis & Ducis Wirtembergenſis ſit coërcita. Ad eadem valent propemodum, ad quæ Badenſes, & potu & inſidendo utiles. Potæ quidem, jecoris & lienis obſtructiones, in aquâ inter cutem & morbo regio aperiunt: renum & veſicæ calculos expellunt: urinam movent: ventriculum & inteſtina confirmant: colicos dolores ſanant: appetentiam cibi movent. In Balneis etiam calculos præ cæteris ejiciunt, quod ſæpè vidimus, cùm in aliis, tùm in muliere quadam provectæ ætatis, quæ lapidem ovi columbini inſtar, inſidens aquæ, ad extremam usque veſicæ cervicem excernebat, cui ille adeo impactus erat, ut ſine auxilio chirurgi exire non poterat.

Eodem tempore etiam concionator quidam, pituitæ quandam materiam adeò viſcoſam & longam, ut inteſtinum quoddam videretur, per veſicæ canalem reddebat, antea miris doloribus excruciatus.

Ad hæc reſolutioni membrorum, ex colico morbo, potiſſimùm ortæ, convulſioni, ſtupori, ſimilibusquè vitiis auxiliantur.

In

Digitized by Google

In caput autem datæ, cerebrum purgant, ſenſuumque inſtrumenta corroborant: cerebri frigidos affectus ſanant: ſonitus intra aures diſcutiunt. Pueris, adoleſcentibus, juvenibus, calidioribus, gracilioribus, extenuatis, cholericis, mollibus, delicatisque naturis, & vitiis ex bile ac ſanguine fervente contractis officiunt, quamquam non ſint adeò calentes aut fervidæ, ut Badenſes: tamen imbecillis ſtomachus, ob ſulphuris copiam intumeſcere ſolet, & cibi appetentia amitti. Quæ ſi eveniant, maturè ab eis abſtinendum eſt. Cùm autem hæc quoque inter altiſſimos ſitæ montes undique circumdatos ſcaturiant, qui diu admodum nivibus hybernis rigent, aër vix in Majo deſinente fit temperatus, eoque in fine Maij, Junio, Julio, Auguſto & Septembri ſalubres eſſe videntur. &c.

Mart. Ruland. in Hydiatr. ſect. 3. Laurent. Fries de ferin. imp. Argent. A. 1519. litt. C. a. Deodat. l. 2. Panth. Hygiaſt. c. 7. p. 82. a.

Sylveſtres Ferinæ, non longè à Pforʒheim oppido, effluunt calidæ, infectæ ſulphure, ſale & alumine, vel ut aliis placet, ære & nitro. Salubres ſunt, tàm potu, quàm balneo: capitis humiditati & fluxionibus, paralyſi, membrorum reſolutioni, ſpaſmo & convulſioni, ſtupori, oblivioni, & nervorum reſolutioni ab humiditate, pectoris anguſtiæ, ſputo ſanguinis, oculorum lippitudini, calculis mirificè, tàm renum, quàm veſicæ, aurium tinnitui, obſtructionibus jecoris & lienis, ventriculo & inteſtinis craſſis & pituitoſis humoribus repletis, regio morbo, laſſitudini, faſtidio cibi, hydropiſi, urinæ retentioni, colicæ, podagræ, ſcabiei, externis corporis vitiis,

tiis, cerebri frigidis affectibus, ſenſuum inſtrumentis. &c.

Leonh. Thurnhäuſer/ zu Thurn/ *l. 6. c. 47* von Minerischen und Metalliſchen Waſſern.

Zwiſchen den beyden Waſſern / der Negold und der Entz/ auff dem Schwartzwald / liget das Wildbad/ ein ſonderlich herrlich gut Waſſer/ von mancherley Tugend der mineriſchen Kräfften vereinbaret / dieſes komt auß dem 5. grad der Erden/ und hält Kupffer/ Schwebel jedes *3. part.* Salpeter/ Alaun roche und queckſilber jedes *2. part.* Wildwaſſer *14. part.* die Menſur wiget 16. Lot. 3. quintel / maß 67. lot/ dieſes Waſſer iſt auß ſeinen inhaltenden kräfften/ an Wirckung ſehr gleich und ähnlich den Kräutern. 1. der edlen großen gaaben *millefolium*. 2. einem geſchlecht der Berwurtz/ welches *Dioſcor. Daucion* nennet. 3. dem *poligono aquatico &c.* einem geſchlecht deß Leuskraut/ von dem *Paracelſo* Batörkraut genannt/ einem gewächs bey *Dioſcor. Phyllon* und *folium* genannt. Heilet alle feuchtigkeit deß Haupts. *&c. reliqua ex Andernaco.*

LXXXII.

Cucumerum etymon: Acetarium ex Cucumeribus quanti habendum.

Cucumeres dicuntur à curvore, quaſi curvimeres. *(a)* Recens cucumis in tenues ſectus orbiculos, affuſo ſale & aceto, inter duas patinas jactatur, quod major viſcoſitatis pars abſcedat, qua per inclinationem abjectâ, de integro, novo aceto, & ſale, & oleo, piperisque momento infuſis, acetarii locum ſubit, (ſatius tamen & ſalubrius foret, ſi modo jam dicto paratum acetarium, & jam jam menſis apponendum, apertis fene-

neſtris foras projiceretur) quò tamen non niſi æſtivo tempore, ante alios cibos, ventriculoque ab humoribus defœcato, parcâ admodum manu utendum: immaturi autem & adhuc parvi, virentesque, cum aceto, ſale, nec non fœniculi teneris apicibus vere prorumpentibus condiuntur, uſui reponuntur, & hyemali tempore, cum aſſis carnibus apponuntur, ubi, olivarum & capparum inſtar, à delicatulis avidè expetuntur. Quocunque tamen modo cucumeres præparentur, valdè nocent, & ſenibus præſertim, quiqꝫ ventriculi & caloris nativi debilitate laborant. Prodeunt illi quidem juveni calidi & bilioſi temperamenti: cui ventriculus inſtar aquæ bullientis perpetuò fervet, hoc enim modò, bilis acrimonia retunditur: ſed tamen illis moderatè & cautè utendum eſt: propterea quod facilè corrumpantur, & febres putridas generent. *(b)* Sed ſuaviores ac dulciores redduntur, ſemine eorum lacte & mulſa temperato, ante ſationem. *(c)* Impudicis, Venerisque appetentioribus cucumerem edendum, Græcorum eſt proverbium, cucumerem enim Venereis cupiditatibus refragari, Diphlus auctor eſt. *(d)* Si febricitanti Infanti, qui adhuc lacte nutritur, paris longitudinis cucumeres dormienti adjunxeris, ac quaſi condormire feceris, ſtatim ſanabitur: nam calores omnes febriles in cucumeres tranſibunt. *(e)*

a) *Varro l. 4. de ling. lat. p. 27.* b) *Querc. diæt. polihiſt. l. 3. c. 3. Deodat. l. 1. panth. hygiaſt. c. 25. p. 271. b. Math. in ſpec. ſanitat. c. 2. p. 42. Horſt. de tuend. ſanit. literat. l. 1. c. 6. p. 43. Sennert. inſtit. med. l. 4. part. 1. c. 3. Cardan. de tuend. ſan. l. 2. c. 8. Panſa part. 2. de pror. vit. c. 30. th. 2. Galen. de cibis bon. & mal. ſucc. c. 8. l. 2. de alim. fac. c. 11. H.*

An-

Augen. epiſt. medic. tom. 3. l. 4. ep. 10. fol. mihi 111. Dioſc. l. 2. c. 163. Theophr. l. 1. de plant. c. 18. Plin. l. 19. c. 5. c) *Porta l. 2. phytogn. c. 6. Camer. in Matthiol. l. c. 6.* d) *Goglen. de pror. vit. c. 11. p. 302.* e) *Caſſius Dionyſ. Vticenſ. l. 12. agric. ex Quint. obſervat.*

LXXXIII.

Hortulana quædam de Cucumeribus.

Siccos & inaquoſos cucumeres ad hunc habebis modum. Ubi ſcrobiculum foderis, in quem illorum ſemina depoſiturus es, dimidium altitudinis ejus, paleis aut ſarmentis exple, ac ita planta, terrâ ſuper regeſtâ, absque ullâ rigatione.

Plenilunio maximè gliscunt in hortis Cucumeres, manifeſtumque incrementum capeſſunt: & more echinorum marinorum implentur, ut tradit Athenæus.

Cucumeres à mulis (ut pepones à felibus) maximè expetuntur: nam odorem illorum eminus ſentiunt. Quare munienda ſunt Cucumeria, ne erumpentes ea depopulentur ac proterant.

Cucumis quoties cælum tonat, veluti perterritus timore convertitur.

Aquas mirè diligunt Cucumeres & Cucurbitæ, nam ſi illa, in patens vaſculum eis propè ſubjiciatur, aut apponatur, à quinque vel 6. digitorum intervallo, ante poſterum diem adrepentes cognoſcentur deſcendiſſe, & in tantum ſeſe extendiſſe, defectis aquâ vaſis; reverſi decurvantur, usque adeò humore gaudent & ſiccitates oderunt. Secus de oleo ſentiendum, quòd tàm infenſè oderunt, ut ſi loco aquæ illis ſubjiciatur, aut apponatur, in contrariam par-

partem vergant: vel ſi minus poſſint, ſeſe intorqueant & recurvent.

Cucumerum & Cucurbitarum flores, ſi in effigiato fictili concluſeris, qualis erit effigies, talis erit utrorumque figura.

Ex Quintilior. Georg. & Graec. Geopon. Mirald. cent. 4. part. 36. Arcanor. l. 1. p. 12. l. 2. p. 57. & 82.

LXXXIV.

Saltus Viti quid.

Ad Maniam horrendus ille & admirandus, ſed rarus affectus referendus, in quo furore quodam inſano ſaliendi perciti, choreas ducere continuo appetunt: quem proin affectum Viti ſaltum, à ſancto cujus invocatione ſe ab eo liberari credunt vocant. Quem licet aliqui, ut eleemoſinam majorem extorqueant, vel ideo ſubordinati, ut vulgi falſam opinionem, hominum mentibus magis imprimant, ſimulant. Inveniuntur tamen aliqui utriusque ſexus homines, qui revera hoc malo detenti, appetitu adeo inordinato ad ſaltationem feruntur, ut nullo interpoſito ſpacio, ſine quiete, noctes diesque, non ſolùm per dies, ſed & ſeptimanas aliquot, cum aliis tripudiare geſtiant, atque interim vix dum defatigentur, ſed mirè recreentur & reficiantur, & niſi id faciant, ſummopere lædantur. Unde & cùm cibi coacti capiunt, aut ſomno oppreſſi, tantiſper à ſaltu ceſſare coguntur, à corporis tamen agitatione minimè abſtinent, ſtatimque rurſum quoslibet arripientes, ad ſaltum ſollicitant: idque tam diu, donec viribus tandem omninò proſtratis & attritis pedibus ad

ſe

ſe iterum redeuntes, ſummam imbecillitatem ſentiant: à qua ægrè rurſum refici & reſtaurari poſſunt.

Plater. l. 1. de læſ. funct. c. 3. p. 103.

LXXXV.

Hiſtoria Viti ſaltus, S. Veits Dantz / *mania ſpecies, in fœminâ quâdam.*

Cùm puer adhuc eſſem, hôc horrendo affectu quædam fœmina laborans, in tribus ſuburbii cinericii hîc Baſileæ, zum Kupff/ domum dictam, non procul à parentis ædibus à lictoribus ducebatur, cui Magiſtratus, viros aliquot robuſtos, qui alternatim, uno feſſo, altero ſuccedente, cum ea dies noctesque tripudiarent, conſtituit, quòd ferè menſis ſpacio, ſpectantibus multis, duravit, ſine ferè intermiſſione, etſi ſolearum pedum ejus cutis attrita eſſet. Et licet aliquando, ut cibum caperet, & ſomno correpta ſedere cogeretur, tamen geſtu, motuque corporis inquieto, interim nihilominus corpus veluti ſaltans agitabat: donec omnino viribus proſtratis, adeò, ut nec ſtare amplius poſſet, à ſaltu ceſſare coacta, in hoſpitale vecta eſt, ubi refecta, ſenſim denuò convaluit.

Plater. obſervat. l. 1. p. 85.

LXXXVI.

Saltus Viti unde?

Multi ſcriptores, id aliquando quoque accidiſſe teſtantur: vulgusque tanquam cognitum hoc malum quoque imprecari ſolet. *(a)* Atque Arabes aliqui ſaltuoſam membrorum diſpoſitionem vocarunt & con-

Digitized by Google

convulſionis ſpeciem eſſe voluerunt: cùm tamen nulla membrorum hîc fiat convulſio, ſed mens alienata in hanc inſaniam & perverſum appetitum feratur & impellatur: ut & in aliis melancholiæ & maniæ ſpeciebus aliarum rerum, quæ alio modo horrendæ quoque eſſe apparent, deſiderio tenentur. Si modo non à dæmone hîc ſaltus inordinatus quoque proficiſcatur, & pœnæ causâ hominibus, quòd ſaltando deliquerint, Deo concedente, accidat. *(b)*

a) *Cranz. in Chron. Saxon. l. 4. c. 3. Hartm. Schedel. in Chron. in 6. ætat. mundi, fol. 209. VVolf. centen. 18. lect. mem. & recondit. pag. 860. ex Antonin. Epiſcop. Florent. tit. 16. part. 2. c. 4. de choreis, per incantationem Sacrificii per 18. viros, & 15. mulieres continuis per totum annum in cœmiterio motis.* In der Fürſtl. Würtembergiſchen Reiß in Italien/ beſchreibet Heinrich Schickhardt Bawmeiſter/ faſt dergleichen affect/ von einem 24. jährigen ſtarcken jungen Geſellen/ welcher von Rom gebürtig/ und ohn alles auffhören immer fortdantzete/ ſetzet hinzu dieſes kurativ mittel: unſer etlichen meinung (ſpricht gedachter H. Schickhart) iſt geweſen/ wann dieſer Bub auff ein Galeen geſchmidt/ und mit deutſchen wol gezüchtigt würde/ es ſolte ihn dieſe Kranckheit bald verlaſſen. b) *Plater. de l. funct. p. 103.*

LXXXVII.

Puellæ ſaltatrices.

Narravit mihi D. Oslevius, (ſcribit P. Monavius, ad A. Dudithium) ex litteris tuis caſum planè mirabilem, de duabus puellis in viciniâ veſtrâ, quæ continuis ſaltationibus penè exanimentur. Credo id mali

eſſe, quod vulgò choreas S. Viti appellant. *(a)* Huc pertinet, quod J. Thomas Freigius, ſcribit: in inferiori, inquit, Germaniâ nulli ferè ab atrâ bile furioſi, ſed à ſanguine, quod genus furoris, vulgus morbum S. Viti appellat. *(b)* Si ad ullum morbi genus referendum eſt, non video, ubi alibi locum reperiat, quàm inter melancholicorum deliria, quæ mirificam varietatem obtinent. Verùm mentem hîc oblæſam eſſe omninò oportet. At veſtræ, ut audio, puellæ etiam inter triſtes illas ſaltationes orant, & ſobrias preces ad DEUM fundunt: ut inde neceſſariò colligam, cauſam hujus inſoliti ſymptomatis, non tàm præternaturalem, ſeu morboſam, ſed; ut ita appellem, ſupernaturalem, & aut divinam immediatè, aut diabolicam: atque illud eſt fortaſſe, quod τὸ θεῖον in morbis appellat Hippocrates, etſi in intimam hujus rei cognitionem non pervenerit. Averroës quoque, acutiſſimus philoſophus ipſe affirmat; in morbis, ut in aliis naturæ partibus ſæpè monſtroſitates (ita enim loquitur) accidere, ſed exactius quid de his pronunciare potero, ubi hiſtoriam facti integram, cum omnibus circumſtantiis cognovero. Neque enim adhuc ſcio, an per certa & definita intervalla hoc affectu corripiantur; item an morbus aliquis corporis manifeſtus ſimul conjunctus ſit? an diu malum iſtud duraverit? an ipſæ etiam infelices, ſaltationis cauſam aliquam aut ſaltem occaſionem norint: fieri enim poteſt, ut ex parentum fortè impreſſionibus huic infortunio ſubjectæ ſint: aut etiam propriâ aliquot & peculiari laſciviâ atque petulantiâ pœnam hanc, delicto conformem, attraxerint. Ubi igitur de morbi qualitate & conditione conſtiterit, de

de remediis deinceps iniri poterit ratio tantò meliùs. Naturalibus enim morbis, naturalia debentur remedia: & præternaturalibus præternaturalia, divinis divina. *(c)*

a. c) *Epiſt. à Scholtz. edit. 200. fol. m. 329.* b) *quæſt. phyſ. l. 24. de nat. popul. fol. 592.*

LXXXVIII.

Obſervatio ſaltationis Viti alia.

Memini me, præcedente verno tempore, cum mulieribus quibusdam locutum, quæ quotannis ſacellum S. Viti, quod eſt in Dreſelhauſſen/ in finibus Ulmenſium, non procul à Geislingen, propè Weiſſenſtein/ ditionis Rechbergenſis, viſitant, ibidemque ſaltu, cum perturbatione mentis eo uſque ſeſe, nocte dieque exercent, donec Ecſtaticorum inſtar corruant, quâ ratione ſibi reſtitutæ videntur, ut parum vel nihil ſentiant, per annum integrum, uſque ad Maij tempus ſubſequens, ubi membrorum inquietudine, eò uſque ſeſe torqueri referunt, ut viciſſim circa feſtum S. Viti, ad prædictum locum ſaltationis gratiâ ſeſe conferre cogantur, quemadmodum una ex ejusmodi mulieribus, per 20. & plures, altera per 32. annos ibidem quotannis ſaltaviſſe dicebatur. Abſque ſuperſtitione hoc, quicquid eſt, non eſt, utpote cum veriſimile videatur exacerbari verno tempore cauſas convulſivorum motuum in membris naturaliter, quas poſtea, cum ſingulari vehementiâ animi ſpe reſtitutionis, ſuſcepta ſaltatio fortaſſis ita diſſipat, ut recollectis viribus aliquandiu tales ægrotantes ab invaſione liberæ permaneant.

Digitized by Google

LXXXIX.

An ſaltatio S. Viti ſit convulſivus motus?

Quanquam non ignorem, ex Autoribus, quosdam in ſaltu S. Viti, nihil quicquam convulſivi concedere velle, contra alios ex Arabibus, quatenus mens iisdem alienata tantum videtur, cujus ratione perverſus ſaltandi conatus & appetitus oriatur: nihilominus, ſi fides adhibenda mulieribus illis, cum quibusdam hac de re, præcedenti verno tempore, ſum locutus, omninò ſtatuo, convulſivos hîc motus concurrere, præſertim cùm affirmârint, quod pluribus ſeptimanis, antequam ſacellum S. Viti accedant, tenſivos omnium artuum dolores, unâ cum laſſitudine ſpontaneâ, capitisque gravitate paterentur, in quo ſtatu permanent, eò usque, donec accedentes ad conſuetum ſaltationis locum, organum Muſicum, quod in eorum gratiam pulſatur, audiant, ubi mente magis, magisque perturbatæ (fortaſſis, concurrente ſimul imaginationis firmioris, ſpe ſanationis, impreſſione) ſaltare cogantur, *(a)* ut accidat ipſis ferè, quod iis, quos à Tarantulæ morſu læſos dicit Matthiolus. *(b)*

a) *Horſtium epiſt. med. ſect. 3. p. 374. & ſeqq.* b) *comm. in l. 2. Dioſcor. c. 57. Zuvinger. Phyſiol. p. 10. Bartolin. exerc. nobil. 1. problem. 4.*

Vide cent. noſtr. 4. part. 4.

XC.

Sternutantes ſalutantur cur?

Romæ aliquando peſtis inguinaria fuit: tàm ſæva,

va, ut homines in viâ, in menſâ, in ludis, in colloquiis ſubitò morerentur. Itaque cum quis ſternutabat, ſæpè cum ſternutatione ſpiritum exhalabat. Unde, cum aliquem ſternutantem quis audiebat, ſtatim accurrens, Deus te adjuvet, acclamabat. Et abhinc adhuc conſuetudo ſervatur, ut cum aliquem ſternutantem audimus, Deus te adjuvet, acclamemus.

Sigfried. Presb. Miſn. in compend. hiſt. Polid. Virg. l. 6. de rer. invent. c. 6. Heurn. l. 8. inſtit. c. 2.

XCI.

Sternutamentum cur ſacrum?

Sternutamentum, Græcis πταρμὸς, olim auguralis nota fuit, quod editum ſit ex capite, diviniſſima omnium partium. Cumque in eo throno ſublimis anima corporis gubernacula trahat, arcana etiam homini futura, ſternuendo ſubitò & inexpectatò, primitus patefacere creditum fuit. Unde apud Theocritum, *(a)* ex ſternutamento, proſpera vel ominoſa cenſentur: ubi ait, Semichidæ inſternuerunt amores.

& Catullus de Amore:

dextrâ ſternuit approbatione. *(b)*

& Penelope vaticinatur ex Telemachi ſternutamento, procerum res in ancipiti volvi; cum dicit: nonne vides, quod mihi ſternuit filius. *(c)* quare præſagum hoc ſignum fuit antiquis. Unde & illis ſolemne fuit, ut refert Ariſtoteles, *(d)* & Athenæus, deprecari votis, ne quid præter ſpē eveniat ſternuenti. Cur, inquit Plinius, *(e)* ſternutamentis ſalutamur? quod etiam Tiberium Cæſarem, triſtiſſimum hominum, in vehiculo exegiſſe tradunt. Et aliqui nomine

Digitized by Google

ne etiam conſalutare, religioſius putant, quod vanè ominoſum. Ergò ante tempora Gregorii Pontificis ſalutandi à ſternutamento mos inoleverat: nam aliquid futurum ſiniſtri vel fauſti inde augurabantur veteres. Fallebantur illi, nam cauſam in natura habet. Unde nobilis Imperator claſſis Athenienſium Timotheus, dimicaturus adverſus Corcyræos, gubernatori claſſis, qui claſſi jam proficiſcenti ſignum receptui cæperat dare, quòd ex remigibus ſternuentem quendam percepiſſet: quid? inquit, miraris: ex tot millibus unum perfrixiſſe? *(f)*

a) *In Idyllio, cui tit. Thalyſia.* b) *carm. 43.* c) *Homer. Odyſſ. libr. 17.* d) *l. 33. problem. 7. & 9. & l. 1. de hiſtor. anim. c. 11.* e) *l. 28. c. 2.* f) *Heurn. de morb. capitis, c. 29.*

XCII.

Clangor unde in Sternutatione?

Strepitus & clangor in ſternutatione naſcitur, quòd inſpiratus aër, per ſtrictas erumpens regiones, corpora collidat, hic ſecum excrementa rapit, quæ cerebrum per foramina ἠθμοειδῆ (cribri formam referentia) excludit. Excutere enim nititur cerebrum (id quod ſibi moleſtum eſt, quodque ejus expultricem irritat) per meatus ethmoides in nares. Nam ille aër qui ex thorace efflatur, foramina narium purgat, ſed per hos cribriformes meatus interdum ventriculi cerebri ſe purgant, hoc reflatu ſternutatorio.

XCIII.

Empirica in Sternutatione.

Empiria jubet, ut in aquam frigidam manus dimittant

tant ſternuentes. Præterea ut ex altera manu transferant annulum, in digitum impudicum. Quidam palmam alterâ manu perfricant.

Heurn. l. c.

Vide cent. 2. noſtr. memorab. part. 51. & ſeqq.

XCIV.

Acria cur excitent appetitum?

Acuta & acria excitant appetitum, quia ſuâ aciditate & acrimoniâ, non ſolùm extenuant humores lentos & diſſecant, verum etiam ſuâ acutie pungunt & ſtimulant os ventriculi, unde poſtmodum appetitus oritur.

Plutarch. 6. ſympoſ. 2.

XCV.

Prognoſtica & remedium ex Muſcis.

Muſcarum copia aërem putredinis germen traxiſſe indicio eſt. Refert Strabo, interdum in Cantabriâ, aliquos conſtitutos fuiſſe, qui muſcas captarẽt, & mẽſuræ ex copiâ, præmium illis fuiſſe redditum. (*a*) Plinius narrat, Elæos, Myagrum deum muſcarium invocare conſueviſſe, ipſarum copiâ peſtem afferente. (*b*) Miraldus refert, parvas muſcas æſtate circa veſperam glomeratim ludentes eſſe indiciũ futuræ ſerenitatis. (*c*) Si muſcæ vel pulices ſolito intenſius homines, ac jumenta vellicant, brevi venturas pluvias nunciant. (*d*)

Omnes affirmant Muſcas, abjectis capitibus, affricatas, præſtantiſſimum eſſe remedium, in hordeolo oculorum. (*e*)

 a) *Lib.*

a) *Lib.* 3. b) *Heurn. l.* 3. *M. M. c.* 17. c) *Franz. Hiſtor. anim. l.* 4. *c.* 11. d) *Ranzov. calend. perp. p.* 354. e) *Dom. Leo l.* 4. *Pract. ſect.* 1. *c.* 20.

XCVI.

Muſcam magis admirandam eſſe, quàm Solem.

Si fortè quis à me quærat, num etiam Muſcæ animam Solis luci præſtare cenſerem: reſponderem: ETIAM, nec me terreret muſca, quod parva eſt, ſed quod viva formaret. Quæritur enim: quid in illa membra tàm exigua vegetet? quid huc atque illuc, pro naturali appetitu, tantillum corpuſculum ducat? quid currentes pedes in numerum moveat? quid volantes pennulas moduletur & vibret? quod qualecunque eſt, benè conſiderantibus, in tàm parvo, tàm magnum eminet, ut cuivis fulgori, oculos perſtringenti, præferatur. Certè, quod nemo dubitat, quicquid intelligibile eſt, omni ſenſibili, & ob hoc huic etiam luci divinis legibus antecellit.

Auguſtin. lib. de duab. anim. 1. *c.* 4.

XCVII.

Muſca indocilis eſt; impudens; generoſa; callida; qui?

Nullum tàm indocile animal & tàm expers omnis diſciplinæ, atque Muſca. Licet enim quotidiè vivat inter homines, tamen ad nulla opera poteſt aſſuefieri, nihil etiam homini prodeſt, non patitur ſe contrectari, ſed diffidit, vel precioſiſſima ſtatim fugit, non confidit homini.

Dein-

Deinde, non minus habet impudentiæ, quia etiam Regum menſas adit, neque hoc ipſi ſufficit, ſed ſæpè cibis ſeſe ingerit, & licet depellatur, ſubinde tamen redit. Nullis parcit maximis & ferociſſimis animalibus, Equis, Leonibus, ſed ea exagitat, nec metuit mortem, unà cum cibo immerſa in os, tamen moleſtiam creat, pulſa, tamen redit, acutiusque pungit.

Generoſa à quibusdam per laudem dicitur, quòd nihil in tenebris faciat, ſed tùm quieſcat, multis hominibus hac in parte beatior, qui non niſi in noctis tenebris opera tenebrarum faciunt.

Callida tamen ſimul eſt, quia hoſtem araneam, quæ in omnibus angulis domorum ipſi retia pandit, diligenter obſervat & declinat.

Franzius. l. c.

Vide cent. noſtr. 5. memor. part. 85.

XCVIII.

Natura cur abhorreat à vacuo.

Res naturales inſitâ quâdam propenſione à vacuo penitus abhorrent. Ideo enim Aqua in fiſtula aſcendit, ſi extrahatur aër, ne ſcilicet, ſi nihil aëri extracto ſuccederet, vacuum daretur: ad quod declinandum, contra ſuum naturalem impetum aſcendit. Ideò cucurbitulæ ſanguinem & carnem attrahunt, quia aër, qui primò incenſus erat, & propterea rarior effectus, extincta flamma frigiditatem recipit, & denſitatem, ac proinde minorem locum, unde ſanè oriretur vacuum, ni caro & ſanguis contra ſuam naturam aſcenderent. Natura autem ideò abhorret vacuum, quia

res naturales amant mutuam cohæſionem, ad influxum dandum & recipiendum: quod ſane non fieret, ſi daretur vacuum, diſſolveretur enim rerum unio, impediretque ne corpora ſeſe mutuo perficiant, cum influxus nullus per vacuum dari poſſit. Unde eleganter à Philoſopho *(a)* dictum eſt, mundum iſtum elementalem continuari corporibus cæleſtibus, ut hinc omnis illius virtus gubernetur. *(b)*

a) *l. 1. Meteor. c. 2.* b) *Gilb. Iachæus, inſtit. phyſ. l. 4. c. 8.*

XCIX.

Inane verè eſſe inane vanumq́ commentum.

Inane in hac rerum univerſitate, vanum eſſe commentum, ſequentia confirmant.

1. Vacuum ſit ex divulſione & diſcontinuatione corporum. Natura fugit diſcontinuationem corporum. E. Minor probatur, nam omnis rerũ natura, quæ hoc mundo viſibili continetur, plena eſt corporibus, quæ quidem non ſunt unius generis. Alia enim ſunt ſubtiliſſima, tenuiſſima, leviſſima, rariſſima; alia contra ſunt craſſiſſima, denſiſſima, graviſſima. Itaque etiamſi ad ſenſum noſtrũ craſſum videantur loca eſſe vacua, revera tamen nihil eſt vacuum: remotis enim corporibus craſſioribus ſuccedunt ſubtiliores.

2. In ſpatio uniformi nihil poteſt moveri, cum nec ſurſum, nec deorſum, nec ad dextram, nec ad lævam moveatur. At vacuum eſt, ſpacium uniforme, quia omni corpore caret & undique ſibi eſt ſimile, diſſimilitudo autem eſt propter corporis partes. E. in vacuo nihil poteſt moveri.

3. Lo-

3. Locus eſt ſuperficies, non nuda & ſimplex, ſed continens, ſive æqualis rei locatæ, & ſic eſt in prædicamento relationis. Sin autem aliquis eſt inanis, nulli rei eſt æqualis, quod eſt impoſſibile.

4. Utres inflati, ſi vel maximè torquentur, & premuntur, non ſubſidunt, ſed diu reſiſtunt, quod fit, quia intus omnia plena ſunt aëre, quod indicio eſt, nullum eſſe vacuum.

5. Nullus motus naturalis, ſine cauſa gravi & neceſſaria mutatur. Gravia autem contra motum naturalem ſurſum interdum aſcendunt. E. non fruſtra, ſed ob id, ne committatur vacuum. Minor probatur ex aquæductibus. Sic enim Clepſydræ aëre plenæ aquam non hauriunt, vacuæ verò attrahunt: quemadmodum etiam Elevatoria noſtra aëre plena vinum non attrahunt, & idem attrahunt, cum aëre deſtituuntur, & ſubſequitur vinum.

Magir. phyſiol. l. 1. comment. in c. 9. p. 103.

C.

Aratrum.

Ore gero gladium, matriſque in pectore condo,
Ut mox quæ nunc ſunt mortua, viva colas.
Dux meus à tergo caudamq; trahens retrahensque
Haſtâ, non me, ut eam verberat, aſt alios.

Jul. Caſ. Scaliger.

Ænigma hoc ita Germanicè reddidi.

Mein Schwerdt im Maul die Mutter ſticht/
Daß von ihr komm das beſte Gericht/
Mein Führer folgt mir hinden nach/
Dem macht mein Schwantz viel Ungemach.
Den zeucht er auff/ den truckt er nieder/
Den ſchüttelt er/ krumb hin und wieder.

Sein

Sein Spieß mich gar nicht rühret an/
Stupfft darmit zween Cornuten an/
Daß ſie beyd dapffer gehn von ſtatt/
Dann er hievon ſein Nahrung hat.

Nat. Chytræus, in not. ad Caſam, de mor. bon. p. 178.

CENTVRIÆ XII.

Particula I.

Apologia, ſeu Podagræ laus.

PODAGRA.

NOn ſum ignara, Judices æquiſſimi, quàm ſit res difficilis, ac odii plena, opinionem ſemel conceptam, ac jam diu inveteratam, ex hominum delere mentibus, maximè inconditi & imperiti vulgi, quod non tàm prudentiâ, ad judicandum duci, quàm animi quodam impetu & furore rapi ſolet. Nec mirum, cum delectu careat, ſi etiam abſque diſcrimine ſententiam ferat. Quo pacto enim rectè judicari poſſet? ubi ſtoliditas prudentiam, temeritas rationem, conſilium animi ſuperavit impotentia. Proinde ſummoperè lætor, tempus mihi aliquando oblatum, ac facultatem conceſſam eſſe, ut tandem inimicorum maledictis reſpondere, & inſani vulgi objecta diluere valeam, ne ſemper malè audire cogar, & nunquam mihi liberè loqui permittatur. Quamvis non tàm mea, Judices, quàm veſtra intereſſe rear, ne quis accuſatus tantum, minimè verò auditus, ſeu convictus

victus pereat, quò non optimus quisque à peſſimis hominibus temerè inſimuletur, inſimulatus condemnetur, condemnatus ultimo afficiatur ſupplicio. Non injuriâ igitur, conſpectus hic veſter clementiæ ac manſuetudinis index vehementer me recreat, ac conſeſſus celeberrimus ita reficit, ut omnē timorem, omnemque ſuſpicionem, penitus ex animo rejeciſſe videar. Cur enim timerem? cum ea vos ſapientia, ea integritate & innocentia præditos ſciam, ut non solùm nil mali ſuſpicari, ſed cuncta ſperare debeam, quæ apud homines ſancta, juſta, pia & planè exiſtimatione veſtra digna habeantur. Verùm antequam de cauſa dicere incipio, vos Judices clementiſſimi, oro & obteſtor, ut attentè, & cum bona venia, verba mea ad finem uſque audiatis, & me, meum dicendi ordinem ſervare patiamini, ac interim, donec à me peroratum fuerit, ſententiam veſtram ſuſpenſam teneatis. Deinde, ſi quam contra me concepiſtis iracundiam, exuatis, odium ſeponatis, indignationem abjiciatis, potiusque rem ac cauſam ipſam, quàm adverſariorum dicta, aut perſonam meam conſideretis. Tum autem ne ægrè feratis, ſi opinionem aliquam ſiniſtram, ac temerè contra me confictam, ſermo convellat, ratio labefactet, veritas denique extorqueat, id ſi fiet, plus hodie apud vos veritatem & juſtitiam valituram ſpero, quàm nequitiam, invidiam, aut omnes omnium hominum criminationes & calumnias. Planè enim me oſtenſuram confido, tot ac tanta, quæ mihi objiciuntur mala, ut plurimùm, non tàm mea, quàm adverſariorum culpâ accidere. Inde ſi qua ſunt, non tàm gravia, ſed longè eſſe leviora, quam illi velint, aut cenſeant.

Demum

Demum me etiam multorum bonorum cauſam eſſe, ac maxima & innumera ſæpius afferre commoda. Nolite Judices, nolite perturbari, ſed quieti ut cæpiſtis, me quæſo audite. Niſi enim cuncta quæ promitto, & planè quidem oſtendero, in arbitrio veſtro poſitum erit, me etiam poſt cauſam auditam, condemnare, ac ita fiet, ut vosmetipſi, ab omni ſuſpicione liberi, & à culpa alieni eſſe videamini, nec ego, ſi cōvicta fuero, ullam pœnam recuſare auſim. Sin vero omnia, quæ polliceor, præſtitero, rogo, ut non tàm mihi favere, quàm officii veſtri memores eſſe velitis, quo ea, quæ fas & jura permittunt, ſententiis etiam conſequi poſſim æquiſſimis.

Cæterùm priusquam adverſariorum objecta diluere aggrediar, ante omnia mihi neceſſarium arbitror, ad populi rumorem & famæ malum reſpondere. Nam ſi bona (adverſarii inquiunt) & tàm multorum commodorum es cauſa, quare omnes tàm impensè te oderunt, exſecrantur ac deteſtantur. Nam etſi fama ſæpius, non tamen ſemper errare conſuevit, præcipuè cum inveteravit tam diu, ac paſſim & ubique increbuit. At ego egregios illos accuſatores meos viciſſim interrogavero, cur & pueri magiſtros ſuos, etiam ſapientiſſimos odere? cur improbi leges etiam optimas vituperent? ideo nempe, quia præceptores diſcipulos bonis imbuunt artibus, ac meliores reddunt. Leges verò malis impedimento ſunt, ne cuncta, quæ volunt ac cupiunt, patrare audeant. Verùm, non ideò magiſtri mali, quoniam à pueris mali habentur, nec leges iniquæ, quoniam à peſſimis hominibus vituperantur, ſed potiùs judicio pueri carent, ac quemadmodum febricitantes de potu, ita illi de inſti-

inſtitutione malè judicant. Flagitioſi verò, cum ſceleribus cunctis ſint inquinati, vellent rejectis legibus, omnia quæ luberent potius licere, quàm mala eorum facinora frenis quibusdam coerceri. Non igitur confeſtim malus erit, qui à multis, ſed qui juſtè & à bonis vituperatur hominibus, quemadmodum nec ille bonus, qui multorum, ſed proborum tollitur præconiis. Cum enim ſemper & ubique malorum ſuperet numerus, nemo bonus, illorum judicio bonus eſſet, cum neminem, niſi ſui ſimilem laudare conſueverint. At tantum abeſt, ut inertis vulgi judicium, præcipuè apud bonos, alicujus ſit momenti, ut quàm ſæpiſſimè, qui malè à malis audiunt, optimi cenſeantur viri; quemadmodum è converſo, peſſimi & frugis nullius homines, qui populari aurâ in cœlum usque feruntur. Unde & divinus ille Plato rectè cenſebat, quicquid vulgò placeret, vel ſolùm ideò ſuſpicione dignum eſſe, etiamſi virtutis ſpecimen quoddam præ ſe ferre videretur. Deſinant igitur adverſarii mei, & mihi quoque populi rumores objicere inſanos, ac potius ſibi ipſis incommoda, dolores, & diros, quos nonnunquã patiuntur cruciatus, acceptos referant. Ita enim vivunt, immò ita bibunt, ita luxu & delitiis cunctis diffluunt, ut etiàm me invitam, ſæpiùsque reluctantem, in ſuum contubernium pertrahant, ac feſtinare deſinant. Rarò enim, immò verò nunquam ſponte, ſed ſemper coacta, ad illos accedere ſoleo. Quod ſi peſtis, ut ipſi volunt, univerſi humani generis forem, non ſolùm quibusdam, ſed omnibus moleſta eſſem, nunc verò tantum abeſt, ut cunctis nocere valeam, ut etiam à multis quàm lubentiſſimè declinem. Non enim duris illis
&

& agreſtibus oblector hominibus, qui nunquàm quieſcunt, ſed aſſiduè corpus labore exercent, nunquàm vel rarò genio indulgent, famem tolerant, ac ſimplici ſatiantur cibo, ſitim aquæ potu ſedant, pejus cubant, & qui ita ſunt animati, ut voluptatibus cunctis renunciarint. At præclari illi accuſatores mei, dum die noctuque pergræcantur, ocio marcent, labores ut peſtem execrantur, voluptatibus cunctis, maximè veneres enervantur, cibos terrâ marique conquirunt precioſos, gulam aſſiduè condimentis omnifariis irritant, bibendi modum non neceſſitate, ſed libidine metiuntur, ac ſitim minimè vino extinguunt provinciali, ſed & exotico irritant, ſuper plumis volvuntur molliſſimis, ac non ſuperbè tantùm, verùm monſtroſè quoque veſtiuntur, & omnibus delitiis, quæ humana adinvenit nequitia, abutuntur, ita animum pariter & corpus enervent, mihique ſæpius, quamvis ſim delicatiſſima, ob luxus nimios nauſeam concitent, omnem tamen culpam in me unam conferre ſolent, penitus immemores, vitam ſuam corruptiſſimam, ac peſſimis vitiis contaminatam, tot malorum cauſam eſſe, cumque ipſi totâ errent vitâ, me tamen, ſi Diis placet, nunquam accuſare & traducere deſinunt, nihilo juſtius, quam ſi quis violenter ſeipſum in ignem, aut mare præcipitaret, ob idque flammas, ſeu undas incuſaret, tanquam periculi ſui cauſa eſſent præcipua, & non potiùs ipſemet, ſponte ſe perditum iret.

Sed cũ ita naturâ comparatũ videmus humana, ut unusquisque culpam propriam lubens in alium rejiciat, ut dum illum incuſat, ipſe innocens eſſe videatur, etiamſi ſolus totius mali cauſa exiſtat. Sanè non

Digitized by Goo

non hoc exigo, ut verbis meis ſolis fides adhibeatur, ipſos precor intueamini Judices, ipſorum inſpicite corpora, facies, cutim, ora, colorem, aſpectum, inceſſum, & niſi hæc omnia extremæ luxuriæ ſigna eſſe invenietis, nil moror, quin ultimum ſubeam diſcrimen. Non igitur ego tàm noxia, ſed ipſi ſunt, qui me deliciis ſuis ineſcarunt, ipſi ſunt, qui me invitam retinent, ipſi ſunt qui omnia pervertunt, ac inde totam in me culpam convertunt: adſum, abeſſe me volunt, abſum, vitiis ſuis revocant, in morbo ſanitatem, in ſanitate morbum quærunt, ſalutem propriam negligunt, ac illam à me non deſinunt repetere, ſibi ipſis malefaciunt, ac à me beneficentiam exigere juſtum putant, turpiter volunt vivere, inde mihi nequiter maledicere. Conſiderate igitur Judices, quid eos impetrare conveniat, quos vita propria arguit, quos corporis habitudo prodit, quos conſuetudo inveterata reprehendit. Non cogitant eos bibere, ac eſſe oportere, ut vivant, & non ideo vivere, ut edant & bibant. Non perpendunt tantum lucrones ac ventri deditos mihi infeſtos eſſe. Nemo enim, nemo inquam, tàm impensè me accuſat, niſi luxurioſi, nemo me crudelitatis arguit, niſi luxurioſi, nemo me inauditam eſſe damnandam clamitat, niſi luxurioſi. Hæc, cum ita ſe habeant, Judices, audent ne adverſarii mei contra hiſcere? audent ne in conſpectum veſtrum prodire? audent ne pœnam, quam mihi innocenti irrogare contendunt, deprecari? ſed ego illis infenſa & inimica ſum. Cupiunt igitur ita inimicam ulciſci, ut ipſi planè inimiciſſimi eſſe inveniantur? equidem ſi mihi tàm odioſæ, nullam concedendam eſſe putant veniam, cur totis viri-

Digitized by Google

bus contendunt, ut ad eos veniam. Cur non talem vivendi modum inſtituunt, ut nil mihi in eos nec liceat, nec lubeat. Etenim ſi effervefcentem ſuam aliquando frenarent libidinem, & non tàm procaciter omnibus abuterentur voluptatibus, forſitan & me quoque, aliquando mitiorem experirentur, ſin minus, tum ſaltem juſtam indignandi haberent occaſionem. Sed difficile eſt, eum eſſe abſtemium, qui nil niſi luxuriari novit, difficile eſt hominem frugi eſſe, qui in tota vita nil niſi epotare conſuevit. Ferant igitur, quod evitare nolunt, & ita valeant, ut vivere conſueverunt. Etenim ita exiſtimo, qui nil in vita habent jucundius, quàm ut vitam turpiſſimis vitiis inquinent, vitâ eos ac ſanitate penitus eſſe indignos. Nam vehementer errant, qui in tantis voluptatibus ſanitatem quærunt, quemadmodum ſapienter agunt, qui ſanitatis tempore, cupiditates coërcent, aſſiduéque de incolumitate cogitant. Porrò, cum me multis ineſcarunt modis & annis, ac vix tot deliciis obſequentem reddidére, indeq; repente ejicere & omnem culpam in me unam vertere conantur. Quid mirum? ſi & ego obnitar, vindictamque aliquando condignam ab eis exigam, & me durius quam vellent, ob acceptas ulciſcor injurias. Proinde multos enumerare poſſem, qui cum inviti & ultima coacti pauperie, in quam ob luxum inciderant nimium, à lautiori cibo & potu abſtinuiſſent, priſtinam receperint ſanitatem, quod minimè evenire potuiſſet, niſi ipſi potius, quàm ego in culpa fuiſſem. Atqui cum laboribus cedam, nec penitus ſobrietati relucter, planè liquet, an ego iniqua ſim, vel potius egregii accuſatores mei delinquant. Quæ verò ad perſonam meam attì-

attinent, adeò vilipendo, ut etiam inde gloriari ſoleam. Etenim qualiſcunque ſum, omnibus tamen æqualem me eſſe ſcio; Regibus, Pontificibus, Principibus, opulentis, tenuioribus, nobilibus & ignobilibus. Nulla enim apud me Perſonarum eſt electio, nullum diſcrimen, niſi quod apud molles & delicatos potiùs, quam ſobrios & abſtemios eſſe cogor, non ſolùm, quod ita me ſuis blanditiis ſollicitent, ſed quod vi & duris aliquando vinculis coërceant. Cæterùm, objiciet aliquis, non ſolùm nepotes à me infeſtari, ſed etiam temperantiſſimos quandoque homines, & qui mirum in modum à deliciis & luxu abſtinent, malè affici. Verum ſi id aliquando, raró tamen accidere ſolet, ac ideò, haud juſtè in exemplum trahi debet, aut poteſt. Atqui, nec tùm quidem ego potius: quam illorum parentes ſum accuſanda. Quid mirum enim? cum majores cujuſpiam valetudinarii exiſtant, ſi ſimiles quoque ſibi procreent liberos. Nihil enim convenientius, quam à ſimili generari ſimile. Quo pacto igitur, quod illis à natura ingeneratum eſt, aut parentum vitio evenit, juſtè mihi objici poterit? cum nec majorum ſtemata, nec opum ſplendores, mihi referantur accepti. Deſinant igitur mihi alienum vitium tanquam proprium imponere, & ſi majorum dignitate & divitiis gaudere juſtum putant, non indignentur, ſi etiam in morbis & ægritudinibus ſuccedant hæreditariis. Quòd ſi illi quoque modeſtè vivunt, & à ſuperfluis temperant deliciis, longè mitiùs cum eis ago, quam aut parentum merita, aut naturæ exigat perverſitas. Neque enim, utcunque de me ſentiunt homines, tàm improba ſum, ut pari pœna noxios juxta & in-

noxios affligam. Nec etiam tàm im̃anis & fera, ut nunquam acerbitatem remittam, quemadmodum multi alii facere ſolent morbi, qui perpetuo cruciatu miſeros affligere ſolent homines, velut mentagra, phtiriaſis, lepra & reliquæ id genus infirmitates innumeræ, quæ præterquam, quod omnem curam reſpuant, ad ultimam mortales perducunt deſperationem. Etenim ab aſſiduâ infeſtatione aliquando quieſco, & ſubditis meis ſæpius longa dolorum concedo intervalla. Non ſecus, ac quiſpiam Agricola, qui feſſos boves ſuo tempore ab aratro ſolvit, & optatâ quiete refocillat.

Porrò, quòd non tam noxia ſim, ut me quidam inſimulant, vel inde liquet, quòd raròquis moleſtè ferre conſuevit, cum primùm amicum aliquem à me correptum audiverit, ſed potius in riſum ſolvitur, accurrit, jocatur & fermè congratulari videtur. Quod profectò nunquam eveniret, ſi ego tàm noxia aut moleſta, ut ipſi prætendunt, exiſterem. Unusquiſque enim cum amicum ſuum morbo aliquo inſanabili corripi audit, haud ridere vel exultare, ſed flere, aut ſaltem dolere conſuevit. Quo pacto enim amicus eſſet, ſi ob amici calamitatem rideret? cum verò ridet, non me adeò malam & humani generis perniciem eſſe demonſtrat. Etenim ſæpius videres totum amicorum agmen, ad aliquem, à me correptum, advolare, non inſuavibus cavillis laceſſere & totas dies lætas ducere? quod nunquam, ſi ego, tantæ lætitiæ & jucunditatis conciliatrix abeſſem, evenire poſſet. Ex quibus planè conſtare arbitror, neminem tàm obtuſæ mentis eſſe, quin planè videat, adverſarios

rios meos, non tàm me injuſtè accuſare, quàm ſeipſos præcipuam mali ſui cauſam oſtendere, & ſi quæ in me culpa deprehenditur, longè eſſe leviorem, quàm illi arbitrentur, aut forſitan vellent.

Nunc verò ſi potero, edocere pergam, quæ commoda, qualiaque ſæpius affero hominibus bona. Vos tantum, Judices, oro, ut mihi, ſicut huc usque feciſtis, aures, atque animos benignè præbeatis.

Sanè haud nego, me pleriſque & admodum moleſtam eſſe. Verùm, ſi rectè conſiderare voluerint, invenient profectò, multa eis evenire bona, quibus penitus carerent, ni illa meo provenirent beneficio. Quotquot enim mei gratiâ honorantur? cui nemo aliàs è viâ cederet. Nam, quam primùm me homines alicui comitem eſſe cernunt, illi locum dant, ſecedunt, & ob me ſolam honore afficiunt, etiamſi longè, vel ætate, fortunâ, aut conditione præſtent, ſeu ſuperent. Multos curru ſublimes, aut equis phaleratis vehi, ſelláve geſtari cernitis, qui niſi meo uterentur beneficio, pedibus iter facere cogerentur.

Quibusdam, cunctis aliis ſtantibus, & inter Reges & Magnates ſedere licet, quin non deſunt Principes ipſi, qui id jubeant & hortentur, cum interim clientes pulvinaria & ſcabella ſeduli afferant, ac eos omni demereantur officio, & cuncta, quæ illis grata eſſe putant, ſubminiſtrent, cum alioqui & citra meum favorem, vix illos alloquio dignos ducerent.

Conſiderate Judices, num hæc ſint vilia, & non potius votis etiam expetenda?

Quin non ſolùm in conventibus, ſed & in conviviis, præ cæteris honorantur, nam ut plurimum in

ſuperiori accumbunt loco, & quamvis lautiſſima apponatur menſa, & quæ cibo & potu, ut tùm fieri ſolet, inſtructiſſima ſit; mei tamen causâ, ſemper aliquid accedit, aut cibus delicatior, aut vinum ſuavius. Quin imo cunctis aliis tacentibus, & præſenti contentis abundantiâ, ſolummodò meis conceſſum eſt, quicquid lubet poſtulare, immò illos hoſpites ultrò hortari, ac rogare ſolent, ut rejecto pudore, liberè poſtulent, quicquid appetant, id enim beneficii loco acceptare conſueverunt.

Sed dicet quiſpiam moroſior, non tàm honoris, quàm calamitatis gratiâ hæc accidere. Ego verò non tam conſiderandum arbitror, cur aliquid fiat, quàm quid boni inde eveniat, ac ſatis eſſe tibi ſoli permitti, quod aliàs nemini concedatur. Nam nec egenus quiſpiam, cur, aut unde accipiat, tanti facere ſolet, quanti, ut habeat, acceptisque jucundè frui poſſit. Quid dico de egenis, nonne Reges ipſos quotidie cernimus integra occupare regna, nec interim curare, ſi juſtè id fiat, aut injuſtè, dummodo illa poſſidere, & ſuæ poſſint ſubjicere cupiditati? Nec dubito, quin innumeros reperire ſit inopes, qui ſe feliciſſimos putarent, ſi tali calamitate frui & interim & labore & dura pauperie interquieſcere poſſent. Quid enim divitibus illis delicatius? quid ornatu eorum cultius? quid habitaculis elegantius? ad quorum ædes ſi acceſſeris, minimè ut aliorum hominum ſitu ſquallent, aut neglectæ jacent, ſed omnia rident, omnia fulgent, non ſecus ac in nundinis inſtitorum tabernæ, aut feſtis diebus deorum templa ſplendent, ita ut multos invenias, qui tanta abundantia ægrotare mallent, quàm in ultima illa paupertate rectè valere. Adde, quod

huc

huc defertur quicquid egregii, aut elegantis in urbe eſt, quod vel viſum oblectare, aut guſtum recreare, ſive auditum demulcere poteſt. Hîc egregia artificum conſpiciuntur opera, hûc fructuũ apportantur primitiæ, & ſi quid novi annua producit temperies. Hîc demum cernere eſt, quicquid inter homines varium & delectabile habetur. Nec deſunt etiam, qui aſſiduè rumores afferant novos, & identidem fabulis ſuaviſſimis aures eorum impleant, ita, ut & Imperatorum, Regum, gentium, ac cunctorum hominum, ſive pacis, ſive belli negocia, præclarè ibi expediantur, nec quempiam latere poſſit, quid apud Thraces, quid apud Seres, quid etiam apud ultimos geratur Indos. Hæc omnia proveniunt operâ & ſedulitate, etiamſi interim homines ignorent, quid in propriâ agatur domunculâ.

Porrò dum mortales negociis meis detineo, ſæpiùs à variis, graviſſimisque periculorum conſervo caſibus. Quam diu enim mihi ſunt obnoxii, nec mari ſe credunt furenti, non venando rabidis ſe objiciunt feris, non rixas ſuſcitant, non cædes committunt nefandas, non capiti ob tegularum caſum timere coguntur, ſed extra teli jactum poſiti aliorum pericula, ocioſi ipſi recenſere audiunt.

Quid quod pleroſque, à Rerum publicarum adminiſtratione, nec non à moleſtiſſimis tyrannorum & aulæ libero negociis, qui citra favorem meum, curis indeſinentibus & perpetuis ſubjacerent ærumnis. Atqui nec interim rei deſum domeſticæ, ſed ſtrenuè meos ad hanc augendam hortor & impello. Quod eò eſt facilius, quò minus ob deambulandi impediuntur

Digitized by Google

negocium. Non enim, quia pedes aliquando ſuum negant officium, ideo & illi à ſellulariis & queſtuariis arceantur artibus, ſed tanto ad eas ſunt aptiores, quanto ad ambulandum impotentiores. Igitur ſedendo longè majores aliquando conquirunt opes, quàm unquam currendo, aut etiam ſaltando cogere poſſent, quibus penitus carerent, ſi vagabundi, hincinde diſcurrere, & plenâ libertate poſſent frui.

Non ſunt hæc contemnenda, Judices, ſed longè majora audietis. Etenim dum corporis gero curam, minimè interim animum negligo, præcipuè verò ingenium excolo. Etenim nulli veſtrum dubium eſt, literarum, ac bonarum artium ſcientiam, longè honoribus & multis anteſtare divitiis. Atqui ego illos egregiè doceo, ac plurimos enumerare poſſem, qui meo beneficio, ad linguarum cognitionem & doctrinam pervenerunt ſummam. Dum enim non habent, quod agant, literis bonis non deſinunt incumbere, & ne tempus fruſtra labatur, quotidie eruditiores evadere contendunt.

Sed quid dico de linguis & literis, cùm etiam meos egregiè in diſciplinis liberalibus, & universâ circulari ſcientiâ inſtituere conſueverim: Potiſſimum verò lepidiſſima illa Muſica, cujus harmoniâ & concentu, identidem curas pellere, & aures modulaminibus oblectare valeant ſuaviſſimis.

Præterea & perbellè Rhetoriſſare doceo, nam me artis ejusce, non penitus ignaram eſſe, vel jam puto intellexiſtis. Quam primum enim invado quempiam, pariter & illi excuſationis materiam, etiam ex penitiſſimis Rhetorum locis ſubminiſtro, ita ut hic

hic talum intorſiſſe, ille pedem ad lapidem offendiſſe, alius ab alto cecidiſſe, aut aliud quid ridiculi prætendat, & inveniat, quô hominum oculos perſtringere & cauſam ſuam quàm vaferrimè defendere queat: idque non ſolùm Rhetorum more veriſimiliter, aut perſuaſivè, ſed & Dialecticorum conſuetudine, neceſſariò & verè, addito etiam juramento, ubi fides defecerit, aut ita negocium exigere videtur.

Sed ut obmittamus ſcientias humanas, nonne etiam cœleſtibus meos imbuere ſoleo? veluti Aſtrologiâ illâ, arte verè divinâ & antiquiſſimâ, cujus laudes, etiamſi vellem, minimè tamen poſſem explicare. Nam & propter excellentiam ſingularem deos inventores habere meruit, ac in tanto fuit olim honore, ut ſolum Regibus & prudentiſſimis cognita eſſet hominibus. Hanc ego præcipuè meis trado, ac ita eorum corporibus infundo, ut eam citra calculos & numerandi artem pernoſcant. Non quod Arithmeticam ignorent, quâ ut audiſtis, dum rei pecuniariæ ſtudent, vel præcipuè meo tenent beneficio, ſed ut res miraculo ſimilis videatur, & vis mea ſingularis & induſtria, ab omnibus cognoſci valeat. Non igitur ob motum cognoſcendum cæleſtem, tabulis quibusdam aut inſtrumentis indigent Aſtronomicis, ſed priusquam Phœbus Cynthiam, ad ſuum admiſit complexum, aut per diametrum claro implevit lumine, efficio, ut affectiones illorũ non tàm mente intelligere, quàm corpore & reipſâ ſentire queant. Nec ſolùm id in Luminariis ſplendidioribus, ſed etiam in Aſtris præſto errantibus, ita, ut nunquam eos, ſive frigidi Saturni, aut rabidi Martis, infauſtus latere poſſit aſpectus, ſive ſe invicem obliquè intueantur ſeu

horoſcopum ipſum, aut corporis gubernatricem Lunam, vi ſua infecerint. Nullus igitur Vates Solis aut Lunæ deliquium veriùs, quàm mei diſcernere, nullus tempeſtates, nives, grandines, aut imbres, certiùs prædicere poteſt, ita ut priusquam aëris mutatio aliqua accidat, illi antea, toto etiam triduo, ita eventurum, certiſſimè præſagiant.

Nonne hæc ingentia Judices? nonne admirationis plena?

Cæterùm, non minore præconio, & laude dignum, quòd inſignem medicandi artem, & quâ vix aliud præſtantius Dii hominibus conceſſere, meis etiam invitis inculcare ſoleo, ita, ut etiam aliquando Medicis ipſis exactius herbarum, florum, plantarum, ſeminum, radicum, arborum, foliorum, fructuum, lachrymarum, metallorum vim intelligant & pernoſcant, ut interim de animalium ſanguine, pelle, adipe, lacte, felle, oſſibus, nervis, lotio & egerie ſileam, quid frigidum, quid calidum, quid aridum, quid humidum, quid ſtipticũ, quid aperitivum, quid repulſivum, quid attractivum, quid reſolutivum, quid inſtaurativum, quid primæ, quid ſecundæ, quid tertiæ ſit virtutis egregiè informo, nec id intellectus cognitione ſolum, ſed etiam ad actum (ut vocant practicum) deduco, quemadmodum & meis, in cunctis reliquis tribuere ſoleo, ut non minus in rebus agendis, quam cognoſcendis & dijudicandis excellant. Nec mirum, cum & dono meo, cunctarum gentium hiſtorias, omnium Poëtarum Fabulas legant & cognoſcant, & quod præcipuè generoſi animi eſt indicium, cum omnes homines, ad quæſtum ſuum reſpiciunt, ſola ego hæc cuncta gratis & absque mercede do-

doceo. Hæc igitur cum ita ſe habeant, & mea, ut arbitror, Judices æquiſſimi, in accuſatores beneficia cognoſcitis, & quemadmodum mihi gratiam referre ſtudeant, videtis.

Verùm enimverò, quid jam diu parturiant, & contra hæc noſtra intendant objicere, perbellè novi, nempe hæc omnia, non tam beneficii, quam ſummæ calamitatis eſſe indicia, ac me potius humani generis luem & perniciem, quam fautricem, aut benefactricem eſſe; utpote, quæ formæ ſtatum immutem, ſanguinem exhauriam, colorem invertam, vires atteram, ſomnos adimam, lumina hebetem, alacritatem demam, lætitiam auferam, lepores, riſus, jocos pellam, manus, digitos, articulos, genua, talos, totum denique corpus incurvem, frangam, debilitem. Atqui dum talia mihi objicere contendunt, illis accidit, quod cunctis evenire ſolet, qui animi potius morbo, quàm ratione certa dijudicant, ignorant enim homines inepti & verè ignorant, plus ſe mihi accuſatione ſuâ laudis tribuere, quàm objicere turpitudinis, aut vitii. Etenim dum corpus debilito, animum ſano: dum carnem affligo, ſpiritum corroboro: dum terrenum expurgo, quod cœleſte eſt introduco: dum temporarium adimo, quod immortale eſt confero. Proinde nemo veſtrum, Judices æquiſſimi, tàm eſt inſulſus, qui ignoret, corpus animæ eſſe contagionem, quæ nunquam florere queat, ni illud prius defloreſcat. Semper enim craſſa hæc moles impedimento eſt, quò minus homines ad cœleſtia valeant eniti. Siquidem innumera nobis corpus impedimenta objicit, ac tanquam nebulas quaſdam offun-

fundit, quibus mentis hebetetur acies & obfuſcetur, quo minus verum cernere, aut ſequi valeat. Quantis enim ærumnis homines agitantur, ut ſolum mortali huic corpori, quæ ad vitæ uſum ſpectant, poſſint ſuppeditare? non dico de ſuperfluis, ſed etiam ſummè neceſſariis, tametſi pauciſſimis natura ſit contenta. Sequuntur animi ægritudines, nempe voluptates, opiniones, timores, conturbationes, cupiditates, amores, odia & reliqua id genus vitia, quæ raro aut nunquam animum quieſcere permittunt, ſed ſemper exagitant, non ſecus, ac ignis vis quædam violenta, quæ ſubinde aquam ferveſcentem ebullire cogit. Bella verò, ſeditiones, pugnas, injurias, cædes, rapinas, incendia, quid aliud concitat, quam corpus & immenſa ejus libido habendi, ac nunquam exſatiandi cupido? omnia enim pecuniæ gratiâ fieri cernimus, at illam corporis cauſa, & ejus uſui quærere cogimur, ac ita fit, dum corpori indulgemus, quàm longisſimè ab animo diſtrahimur. Sunt enim corporis ſenſus tanquam equi quadrigæ, ſine ulla ratione currentes, animus verò inſtar aurigæ, currentiũ frena retinet, ac ideo, quemadmodum Equi, absque rectore, præcipites ruunt, ita corpus, ſine ratione, & animi imperio, in ſuum fertur interitum. Unde ſapiens quisque, quàm longisſimè à corporis ſe cõmercio ſegregat, ut animum ad ſuperna tollere, & rectè juxta illum vivere posſit. Quantum enim ſe à corpore avertit, tantùm ſe ad animum convertit, à corporalibusque deſideriis abſtinet, voluptatibus dominatur cunctis, honores, fortunam, divitias, nobilitatem, famam & quicquid apud homines beatum ducitur, flocci pendit,

dit, ſpernit, contemnit. Non ignominiam, non paupertatem, non afflictionem, non mortem denique ipſam formidat, ac omnia, quæ corpori ſunt contraria deſiderat, at qui corporis obſequitur ſenſibus, præterquam, quod ei è virtutib. excidere neceſſe ſit, nunquam quod deſiderat conſequitur, nam falſis impeditus, quæ verè bona ſunt perſpicere nequit. Et quemadmodum corpus è terrâ ortum ſumpſit, ita animi origo de cœlo manat, ac is de mente divina eſt decerptus, ut non ineptè dictum ſit: Senſum à cœleſti demiſſum traximus arce. Et alibi: Animi imperio, corporis ſervitio magis utimur. Alterum nobis cum Diis, alterum commune eſt cum belluis. Nil igitur animo præſtantius, nil divinum magis, tantumq; corpori præſtat, quantum dominus ſervo, aut vivens mortuo, ac quemadmodum corpus nil niſi terrena curat, ita animus liber & rectus, nil niſi cœleſtia cogitat.

Videtis ergo, Judices optimi, quantò res ſit præſtantior, ac ſanctior, animus corpore? at nunc, ſi potero oſtendam, quàm egregia ſim mentis excultrix, ac quantum cœleſtem animum efferam, dum corporis vitia extinguo; quamvis nec corpori ipſi ſemper nocere, ſed plerumque etiam prodeſſe ſoleam. Nam & pinguedinem ſuperfluam, ac ſuperabundantem, attenuo & exſicco, humoresque ob intemperantiam redundantes conſumo, ac ni id facerem, ſæpius in molem immenſam ſurgeret, & ob nimiam obeſitatem haud parvum incurreret periculum. Deinde & vitam, ut Medicorum norunt pueri, prolongo: niſi enim noxiam ac furentem materiam illam ad membrorum articulos impellerem, abſque du-

dubio in cerebrum, cor, epar, aut ſtomachum impetum facerent, ac perquam facilè ſpiritum extinguerent vitalem.

Cæterùm omiſſis iis, quæ carnis ſunt, ad hominum deveniamus vitia, quæ ego, præ cunctis egregiè curare novi, ita ut nemini hac arte cedam, ſive ille ſit Philoſophus, ſive ſit Theologus. Non ſolùm enim impedimento ſum, ne mei præcipites in ſcelera ruant, ſed etiam mala, quæ jam diu inolevére, deleo, ac ſæpius penitus expello, obiterque, ne impune peccaſſe videantur, diligenter annitor, & ni hæc cuncta præſtarem, plerique nunquam à vitiis deſiſterent, ſed aſſiduè cumularent malum malo.

Sub initium igitur, parentem fermè omnium malorum, Superbiam & Ambitionem, domito, ac quàm nihil ſit humana arrogantia, viribus meis demonſtro, quàm evanidum formæ bonum, quàm facilè corporis pereat robur, quàm fluxi ſint honores, quàm opes labiles, quam generis nobilitas nihil, quàm inanis ſit omnis omnium mortalium gloria, ac ita efficio, ut homines ſe homines eſſe meminerint, nec Diis ſe cenſeant æquales.

Præterea dum illis humanas oſtendo ærumnas, invidentiam, æmulationem, obtrectationem, ac planè rerum alienarum curam impertinentem extinguo. Quo pacto enim curioſè de alienis cogitarent, qui nec quirent ſatagere in propriis? Omnem igitur malevolentiam adimo, ita, ut mei nec ullas calumnias, fraudes aut dolos nectere cogitent, non inimicitias, non diſcordias, non rixas concitent ullas; ſed ſatis ſuperque rebus ſuis negocioſi exiſtant. Nam quantum pertinet ad odium, invidiamque, efficio, ut

Digitized by Google

ut nec ipſi invidi eſſe poſſint, minus verò inviſi, ſed potius conſolatione & omni miſericordiâ digni videantur.

Non ſunt hæc levia Judices, ſed præſtantiora audietis. Tria ſunt, quæ potiſſimùm meis ſunt infeſta, licet ſemper accepta, mihi verò nunquam non utiliſſima, ingluvies, amor & incandeſcentia. Atqui ego non tàm ad commodum proprium, quam accuſatotorum meorum ſalutem reſpicere conſuevi. Illos enim identidem moneo, ut ab hoſtibus tàm infenſis diligenter cavere diſcant. Si verò mandata mea neglecta eſſe comperio, & me de illis, egregiè ob contemptum ulciſcor, & in futurum cautiores reddo, ne tàm facilè imperium meum contemnere audeant.

Quotieſcunque igitur vorando ſe nimium repleverint, aut merum ingurgitaverint ſuperfluè, continuò vindex ſum præſtò acerrima, & pœnas quas meruêre, exigo, & ne dehinc vires meas flocci faciant, adhortor. Quamvis non ſim tam agreſtis, ut vel cibum debitum ſubtraham, aut Bacchi liquorem penitus denegem, ſed meo beneficio, mei nonnunquam & delicatius veſci & ſuavius bibere conſueverunt, præcipuè, cum nymphis ſacra facere haud neglexerint.

Porrò ne liberè agreſti illi domino inſerviant, aut pulchræ Veneris moveantur blanditiis frequenter deterreo. Nam & eos ab impudicitiâ conſervo, ac nuptis pariter & puellis pacem impetro, ita, ut nunquam, aut rarò, mei ſtupra ſeu adulteria committere audeant. Sin ſecus, ita eos accipio, ut non minus

nus facti pæniteat, quàm ſubeat odium fæminei ſexûs univerſi. Et quid majus amiciſſimus quiſpiam conferre poſſet? quam hominem, à tot liberare incommodis; totque eximere periculis, quæ ſemper, & ubique, imberbem illum & matrem, planè tali prole dignam, ſequi conſueverunt.

Cæterùm quid de excandeſcentiâ dicam, furoris ac inſaniæ plenâ, quam nemo æquè ac ego emendare novit, adeò, ut etiam iræ, ac indignationis ſervos, libertate donare, contemptores verò, pro meritis, corripere ſoleam.

Talia ſunt, quæ mihi accuſatores mei objiciunt, talia in me reprehendunt, dum corpus in ſervitutem redigo, meliorem verò partem ſublevo, quàm Juſtè, neminem veſtrum, Judices, latere arbitror. Proinde quemadmodum carnem vitiis infectam expurgo, ita exorno animum, ac virtutibus cunctis decoro, nec illum jacere ſino, ſed aſſiduè in altum erigo. Equidem minimè vos, Judices, latere arbitror, magnam hominum partem ita animatam eſſe, ut ſi ſemper ſecunda uterentur fortuna, nunquam ditionem ſuam expenderent, nunquam ad ſuperna reſpicerent, ſed ſemper inferna illis eſſent curæ. Pecorum inſtar voluptatibus dediti, à virtutibus verò penitùs alieni, corporis ac ventris curam gerentes, ducem autem animum negligentes, adeò, ut tales, neque philoſophorum præcepta, nec ſaniorum adhortatio, non jus, fas, pietas, non leges humanæ, minus divinæ, à tantâ mentis cæcitate eruerent. At ego illis tanquam nitidiſſimum jubar exorior, & diſpulsâ caligine, ita tenebras illorum illumino, ut relictis terrenis, planè animum ad cœleſtia tollant, ac cogitent, quam vana

ſit

Digitized by Google

ſit omnis mundana gloria, quàm fragile & nullius momenti humanum corpuſculum, quàm ſpes, cura, ſollicitudo inanis, quis rerum exitus, quæ tandem bonos præmia, quæ malos ſupplicia maneant. Hæc dum meis redigo in mentem, ut Deũ verè, non ut hypocritæ ſolent, fictè adorent, largior, illum cognoſcant, illum invocent, illum venerentur, illũ demum, boni & mali dici eſſe factorem, & dominum ſciant ac intelligant. Et quid præſtantius, quid utilius, hominibus concedi poſſet? quam ut creatorem ſuum agnoſcere & illi dignas gratias agere quirent, non ſolum ob ſecunda, ſed etiam adverſa. Id enim vel præcipuè largior, ut mei dum affliguntur, non minus quam cum proſpere agunt, Deum laudent & extollant. Quoniam æquanimes eſſe & omnes dolores ac labores toleranter ferre didicerunt. Deum igitur piis lachrymis invocant, ac corde adorant humili. Quod ſi voti evadunt compotes, laudibus laudes accumulant; ſin minus, omnem adverſitatem fortiter ſuſtinent. Quoniam præſtantiſſimam virtutum patientiam meo conſecuti ſunt beneficio. Cujus laudes enumerare pergerem, niſi ſcirem, neminem pro meritis illam extollere poſſe. Proin ſi quispiam in manus meas incidit, qui reluctando, aut indignando ſuperbire, ſeu obniti audeat, ita illum demulceo, ut & gratiis humanior & ſervis ipſis humilior eſſe videatur. Quis enim viribus & potentiæ meæ im̃enſæ reſiſtere poſſet? atqui quanto obnitentibus ſum aſperior, tanto ſtabilior in ratione manentibus indulgeo, & ita fidem corroboro, pariterque ſpem firmiter in Deo ponere doceo.

Quo pacto enim non in Deo ſperarent? qui certo

certius cognoſcerent, nec bonos meritis, nec malos carituros ſuppliciis. Quandoquidem nullum exactius felicitatis eſt ſignum, quam hujus ſeculi calamitas. Poſſem hoc multis oſtendere argumentis, poſſem ſacris comprobare literis, niſi auribus veſtris parcendum, & ſexus ac conditionis meæ rationem habendum eſſe ſcirem. Proinde mei, diſciplinâ meâ eruditi, præ aliis charitatis opera exercere norunt. Non ſolùm in iis, quæ ad cultum ſpectant divinum, ſed etiam quæ ad ſubſidium humanum pertinent. Nam ærumnis edocti propriis, largiter neceſſitatibus ſubveniunt alienis, ſperantes hoc pacto, & ſaluti ſuæ melius conſulere, & neceſſitati alienæ ſuccurrere poſſe.

Et hæc ſunt, Judices æquiſſimi, malefacta illa nefanda, quæ perpetro, dum corpus humilio, animum verò in libertatem aſſero, ut purgari & ſuperna rectè valeat conſiderare. Nam ex ſceleratis pios facio, ex turpibus honeſtos, ex ſuperbis humiles, ex invidis amicos, ex maledicis beneficos, ex fraudulentis & doloſis officioſos, ex oſoribus humanos, ex intemperantibus modeſtos, ex petulantibus continentes, ex iratis manſuetos, ex aſperis clementes, ex vecordibus ſtrenuos numinis cultores, ex indignantibus patientes, ex avaris liberales, fidem, ſpem, charitatem infundo, humana contemnere & ſolum cœleſtia amplecti doceo, omnia recto modo deſinere, ac certâ ratione & conſilio regere, bona & mala diſcernere, hæc diligenda, illa verò fugienda. Deum colere, mandata ejus, fidem, veritatem ſervare, charitatem exercere, pietatem non negligere, honeſte ac benè vivere, alium non lædere, contra fas nil agere, innocentium miſereri, benè merentibus gratiam referre,

ma-

malum pro malo haud reddere, nullo precio, nullâ gratiâ, nullâ ſpe, à ſemitâ rectâ deflectere, ſed in omnibus ſolam juſtitiam præ oculis habere, intrepidum ac minimè meticuloſum eſſe, res humiles ſpernere, ac ſolùm excelſas & magnas expetere, ardua & difficilia quoq; honeſtatis gratiâ voluntariè tolerare, ſtabiliter in ratione permanere, contra ſtimulum non calcitrare, nullo dolore ab officio diſcedere, ſed ſẽper ad veram gloriã aſpirare, voluptates turpes non ſuſcipere, cupiditates temnere, calcare, conſiliis gubernare, non temerè in odiũ, iram, vindictam vé ruere, humanis caſibus compati, comitatẽ, manſuetudinẽ, clementiã habere, pudorem, honeſtatem, authoritatem, modũ deniq; in omnibus rebus ſervare, cunctaq; certo termino metiri, ſe ipſum cognoſcere, finem, qui omnem manet carnem aſſiduè præ oculis habere, ob rectè facta, præmia, ob vitia, certiſſima expectare ſupplicia, & quid plura? nihil denique, dum carnem affligo, ſoleo obmittere, quo animus melior reddatur, emendetur & originis ſuæ memor eſſe valeat.

Videtis nunc Judices, quantò melius ſit, corpus, quam animum ægrotare? ac nunquam rectius valere homines, quàm cum minimè valent. Cernitiſné, adverſarios meos ad veritatem cæcutire, non ſecus, ac oculos infirmos ad ſolis ſplendorem? intelligitiſné oportuniſſimis remediis me vitia ſanare? ac minimè reprehendendam, ſi id quod immedicabile eſt, duriùs aliquando curare videar, cum nec Medici ipſi crudeles cenſeantur, aut iniqui, ſi igne aut ferro utantur, quoties remedia cætera in caſſum fuerint adhibita, imò ſæpius etiam mercede ingenti conducantur, ut vel urendo, aut ſecando ſanitatem reſtituant homini-

minibus. Sanè ſi quis mihi objecerit, & alios quoque morbos cuncta quæ enumeravi præſtare, id non ſolùm nego, ſed etiam pernego. Nam, ut audiſtis, aut cito mortales opprimunt, aut ita affligunt, ut vix aliquando de animæ ſalute cogitare poſſint, cum ego penitus contraria facere ſoleam. Nam & rectè vires meas intendere, & cum uſus poſtulaverit oportunè remittere novi.

Proinde Judices, licet innumera adhuc eſſent recenſenda, finem tamen dicendi faciam, ſi prius magnorum hominum exemplo oſtendero, neque turpe meum exiſtere conſortium, neque miſerum, excelſi verò animi eſſe & adverſa æquanimiter perferre, diramque & ineluctabilem neceſſitatem in virtutis ſpeciem convertere. Et ut ſeculi hujus magnates prætereã, me Trojæ ille dominator Priamus, in aurea ſua tecta admiſit, me Peleus, me Bellerophontes, me Oedipus non excluſit, me Pliſthenes, me Proteſilaus, me ſapiens ille Uliſſes humanè ſuſcepit. Et quod forſitan mirum videri poſſit, nec Achilles ipſe, licet pedibus velox, meum effugere potuit imperium. Nugentur Græci ut velint, & ob amicam ereptam iratum fingant, ego tamen eum à prælio prohibebam, ego illi Briſeis eram, ego Danaum preces ſpernere cogebam. Nonne igitur prudens quisque, malle deberet cum tantis heroibus aſpera quæq; tolerare, quàm cum abjectis & vilis animi hominibus, voluptatibus inſanis & turpiſſimis deliciis enervari? potiusque animum virtutibus cunctis excolere, quam belluarum inſtar, corpori & ventri deſervire?

Cæterùm Judices optimi, cum me jam præſtitiſſe arbitrer, quod ſub initium ſum pollicita, nempe accuſa-

cuſatores meos potius malorum ſuorum cauſam eſſe quàm me miſeram. Dein longe eſſe minora, quæ mihi objiciuntur, quàm vulgus clamitet. Demum multa me & minimè vulgaria bona afferre, auribus veſtris amplius moleſta eſſe deſinam.

Nec vos, Rhetorum more, enumerationem aliquam expectabitis, nam & memoriæ veſtræ pariter & bonitati confido, nec affectus movere curabo, potius in innocentiâ mea, ac juſtitia veſtrâ, quàm in eloquentiâ ullâ ſpem omnem conſtituens. Hoc oro, ut ita decernere velitis, ne mihi miſeræ vulgi rumorem, plus quam culpam meam nocuiſſe ſentiam. Nam ſi etiam perſona ſim inviſa, cauſâ tamen non inferiorem me eſſe novi. Si digna ſum, quæ male audiam, at vos indigni, qui male judicetis, nec mea plus, quàm veſtra intereſſe reor, ut vel vos exiſtimationem veſtram conſervetis illæſam, aut ego vobis ſalutem meam acceptam referam. Nam ea de vobis hominum expectatio eſt, ut non minus fama veſtra, quàm caput meum periclitari videatur. Quapropter quanto magis damnatio injuſta vobis dedecori eſſet, tantò magis abſolutio æqua erit glorioſa, non ſolùm opinione meâ, ſed omnium mortalium, amicorum pariter & inimicorum. Proinde quemadmodũ nec perſonam meam mihi obeſſe, ita nec accuſatoribus ſuã prodeſſe decet, ſed potius res ipſa expendenda erit & ſola veritas prævalere eſt digna. Nam illi, dumodo voti compotes evadere poſſent, parvi ducerent, ſi fama veſtra, innocentia mea, fas, pietas, juſtitia demum ipſa periret. Quid enim, cum me ita crudeliter damnari petunt, aliud quam juſtitiam negli-

gligatis, rogant, ut perjuri videamini rogant, ut exiſtimationem veſtram vilipendatis, rogant, demum, ut leges ipſorum libidini ſubjiciantur, rogant. Atqui vos diligenter conſiderare oportet, quid tales impetrare conveniat, qui totius mali cauſa ſunt & origo, qui morũ improbitate, ſemetipſos in tantas præcipitant calamitates, qui tot vitiis obruti, ad alienam tamen famam depeculandam parati accedunt.

Cavete igitur & diligenter cavete, Judices conſcripti, ne intemperatiſſimorum hominum verbis callidiſſimis, circumſcripti videamini, ſed potius ſi ſapitis, quidnam officii veſtri, non illorum temeritatis ſit, conſiderabitis. Id ſi feceritis, ni fallor, me abjectam, me innocentem, me miſeram, communi veſtro calculo, unanimiter condemnabitis.

DIXI.

Bilibald. Pirckeymber. Cal. Octob. A. 1521. in. 4.

Hunc vicit Joan. Viſchardus, dictus Menzer, V. I. D. non ſolum copia, ſed & elegantia & ſalibus, quemadmodum Ovidium de Pulice. Im Podagramiſchen Troſtbüchlein. *Item* Flöhhatz / Weiber tratz / *ſub nomine ficto* Hulrich *Elloposcleron. 1591. & 1578.*

Panſa in append. conſil. antipodr. ſpecial. p. 174. & ſeqq.

II.

Podagra, cur à pedibus incipit?

Podagra, cur à pedibus potiſſimum incipere ſolet, cerebro & partibus ſuperioribus mineram excrementitiam maxima ex parte foventibus? an quia paucus initio, liquidiorque & ad motum promtior humor à partibus defluit, tranſitu quaſi inſenſili? an quoque expel-

expellens virtus robuſtior à principio exiſtens, ad partes longinquas humores illos tenuiores propellit, quales pedes ſunt, infimo nimirum loco, ad excrementa partium ſuperiorum ſuſcipienda opportuno, & effluxu carente ſiti? an etiam partibus ſuperioribus, non omnino cauſâ podagricâ liberis, à pedibus podagra eo ſuum capit exordium, quod hi imbecilliores utpote exangues, & à fonte caloris longiùs diſtantes, obque motus aſſiduos defatigati, cauſæ morbificæ minus reluctari queant, nec ulterius eandem protendere, infimo ſcilicet locati loco & humore ſuum obtinente locum?

III.

Podagrici dolores, cur à principio ſæviunt?

Dolores podagrici quare ab initio ſunt acerbiores? an quia à principio iſti dolores, ut plurimũ, oriuntur à calidioribus & tenuioribus humoribus, membranas ligamentorum, tendinum, oſſium, muſculorumque vellicantibus: qui poſtmodum temporum tractu vel arte, vel naturâ, vel utroque modo diſſoluti tranſpirant, craſſiore & frigidiore humore relicto?

Ruland. l. 1. probl. 266. & 85.

IV.

Podagrici, aquâ perfuſi, cur dolore defunguntur?

Quare podagrâ obſeſſi articuli, aquâ frigidâ perfuſi, à bilioſâ inprimis cauſâ nata, dolore defunguntur? an quia doloris cauſam removet repellendo? an quia ſuâ frigiditate ſenſum torpidum efficit. *(a)* Sed accedat neceſſe eſt robur partis laborantis. Aqua enim

Digitized by Google

enim valdè frigida copioſius affuſa humores adfluentes repellit ac contemperat, affluxos verò expellit, caloremque partis auget, per ἐπανάκλησιν cogendo ipſum, ut revocatus & auctus humores influxos, qui ſuâ copia tenſionem, aut qualitate dolorem excitarunt, extrudat ex articulis in carnem membranasque vicinas & in cutem: aut eosdem concoquat & reſolvat. Frigida portò dolorem ſolvit, & ναρκοῖ ſtupefacit. *(b)* Quia gelidum frigus ſpiritus fervidos, qui ſagittæ inſtar confertim incumbunt, attemperat, hebetatve, habitumque in priſtinum ſtatum reſtituit: vel ſenſum partis obtuſiorem reddit: quo ceſſante ceſſat & influxus: hoc ſublato verò tandem dolor ſolvitur, ideo dicit Hippocrates *(c)* mediocris ſtupor dolorem ſolvit. *(d)*

a) *Ruland. l. 2. probl. 325.* b) *Hippor. l. de humor.* c) *l. 5. aph. 25* d) *Viſcer. in explic. cit. aphor.*

V.

Arthritici, aquâ nivali, vel aliâ frigidâ, adjuti.

Duos Arthriticos novimus, quorum alter, ubi invadit dolor, pedem ſenſim immergit aquæ nivali, alter pedem ſtatim dimittit in aquam frigidiſſimam, atque ita uterque ſtupore dolorem levat. Sed ille (qui eſt ſatis carnoſo corpore) ſtuporem & frigus ab aquâ relictum, corrigit petroleo, quod calidum, ac deinde involvit partem lana ſordida. Poſterior verò adhibet ſolum chamæmelinum, & macilento eſt corpore. Quamobrem ſi quando in podagra & & arthritide, his refrigerantibus uti in animo fuerit, oportebit poſtea refovere partes calefacientibus, ut corrigatur ſtupor is & frigiditas. *(a)*

Ali-

Aliqui cum inceperunt Arthritide laborare; frequenter in aqua frigida nataverunt, & ſic evaſerunt morbum, roboratis partibus, & vaſis conſtrictis, & repulſis humoribus ad partes internas. *(b)*

Huſusmodi autem remediis cautè utendum eſt, Nam materiam craſſiorem, minusque ut diſcutiatur aptam reddunt, timendumque ne ad interiores, nobilioresque partes repellatur. *(c)*

Teſtatur Braſavolus, vidiſſe ſe nonnullos ab intenſiſſimis podagræ doloribus ſola aquæ frigidæ perfuſione aut immerſione ſubitò levatos, quibus tamen pedes adeò poſtea obſtupuerint, ut ferè immobiles effecti ſint. *(d)*

a) *Holler. in comm. aph. 25. l. 5. fol. mihi 504.* b) *Rondelet. de cur. morb. l 3. c. 81. fol. 613. Plater. de dol. p. 728.* c) *Majer. in Civit. corp. hum. c. 11. Trincavel. de cur. morb. l. 12. c. 1. Oſwv. Gabelckov. in medicam. Wirtembergiæ Principi, D. D. Udalrico, p. m. immerſionem membri arthritici, in aq. frigidam, pro curâ, adſcribit. Schenck. l. 5. obſ. 148. Ant. Schneberger, de fac. parabil. adv. dol. artic.* d) *Viſcerus l. c.*

VI.

Podagricus, pedes tritici acervo immergens, liberatur.

Sext. Pompejus, Prætorii viri pater, Hiſpaniæ citerioris princeps, cum horreis ſuis ventilandis præſideret, correptus dolore podagræ, merſit in triticum ſeſe ſuper genu: levatusque ſiccatis pedibus mirabilem in modum, hoc poſtea remedio uſus eſt. *(a)*

Digitized by Google

Non audita mihi ſit fas, ſed lecta referre,
Hoc quidam captus morbo per tempora meſſis
Vicino plantas frumenti preſſit acervo,
Evaſitque gravem caſu medicante dolorem. (*b*)

a) *Plin. l. 22. c. 25.* b) *Q. Seren. Sam.*

VII.

Podagræ remedium ex vulgo petitum laudatiſſimum.

Ab annis aliquot Generoſa quædam Domina, articulari morbo laboravit, ac ſæpius gravibus tormentis cruciabatur, nunc à manu, nunc à pede, nunc ab aliis quoque artubus impos. Huic non pauci ad avertendum morbum arte atque eruditione inſignes viri, multas præſidiorum centurias conſcripſerunt, ſed pervicax malum nullius induſtriæ ceſſit. Quin ad ſatietatem usque afflixiſſet, ſuâ magis ſponte, quam abactum diſparebat. Tandem è plebe muliercula, cum ſupplex illuſtrem Heroinam adiret, atque offendiſſet enervatam podagrâ; Heu, inquit, Gener. D. & meus maritus huic cruciatui plurimum obnoxius eſſe conſuevit. Sed habeo præſens paratumque remedium, quo protinus diſcutitur. Et quodnam, rogat Domina. Subjecit, quam primùm ingruit, ſi pes tentatur aut coxendix, continuò pedem demergo in aquam marinam ſubfervidam, cui melanthion & arthemiſia incoquuntur, & ſino demerſum ad dimidiam horam, & unico plerunque fotu reſtinguitur dolor. Qui tametſi perſiſtat, redeo ad thalaſſicum labrum. Si nec altero, nec tertio intinctu abſcedit, arthemiſiam elixo in Anglicana cereviſia, aut hac craſ-

craſſiore, quam oblæſo articulo calentem circumpono & à pauciſſimis horis perſanatur, nec me unquam fefellit periculum. Quid dicam, ſiquidem viſum eſt leviculum, & ab ingenti diſcrimine alienum, itidem tentavit illuſtris Domina, & propitium ſalutareque comperit, & ſi quando recurrit dolor, adminiculum hoc non poſt habet.

Jaſon Pratenſ. l. 2. de tuend. ſanit.

VIII.

Εὐπόριστα *quædam in Podagra.*

I.

Lac calidum.

Quidam podagræ ingentes dolores patiens, capram intra cubiculum ſuum apportari, ac ex ea lac ſupra membrum dolens & malè affectum emungere curabat, quo dolores diminui & meliuſculè habere evidenter ſentiebat, nec quidem injuria, nam lac ſic recens emulctum dolores demulcet & mitigat ac remittit. Remedium hoc Turcarum principibus commune & familiare ſatis, à te, qui lucrum & honores quæris, in precio habendum. *(a)*

II. Comes à Manciol. de podagrico dolore conqueſtus eſt, pro quo depulſando jubebatur pedi dolenti Lac calidum per horæ ſpacium ex alto infundi curare. Quod remedium etiam præcedente nocte, in ſomnio ſibi monſtratum fuiſſe æger aſſeverabat. *(b)*

III. Cornelio Aurigæ Delphenſi, ex calidâ cauſâ arthritide laboranti, poſt univerſalia remedia, ſola lactis pinguedine, ſeu cremâ oblinendo partes affectas, dolores intenſiſſimos, mirum in modum ſedavimus. *(c)*

a) *Amat.*

a) *Amat. Luſitan. cent. 6. cur. 41.* b) *Wttich. in conſil. Held. Padoan. p. 259.* c) *Foreſtus obſ. 3. l. 29. Plater. l. 2. prax. p. 730. Heurn. l. 2. M. c. 15.*

IX.

2.

Panis ex hordeo.

Conſtat eos qui panibus hordeaceis veſcuntur, morbo pedum non tentari. Experimenti via facilis, quibus res eſt cum podagra. Multos certè reperias in noſtris etiam regionibus & locis illis aſperis montoſisque ac ſylvis illis, quos Germani den Weſterwald und Odenwald vocant, ut & in noſtræ etiam ditionis & Comitatus Iſenburgici parte, quæ Avimontium appellari poteſt, Vogelsberg/ avenâ ſola, ocymoque plurimum victitantes, meliùs nutriri ſatiarique quam qui tritico abundant (præſertim ubi farina avenacea pollinario cribro exactè fuerit cribrata, furfuribusque purgata) imò non tantùm proſperiori uti eos valetudine, ſed diutius etiam vivere iis conſtat, qui vel in Alſatia, vel Italia tritici & vini habent copiam, quique Apitii more quotidie nova fercula excogitant. Quare prudenter gladiatores & athletæ veteres ab hordei tanquam optimi cibi ad nutriendum accommodatiſſimi uſu, ſe deterreri non ſunt paſſi, licet à plerisque contumelioſè hordearii appellarentur.

Goglen. E. de pror. vita. c. 7. p. 217.

X.

3.

Braſſica.

Sunt magni Medici, qui uſum Braſſicæ, ſingulariter

riter commendant & laborantibus podagra tunc, cum adeſt dolor, ſolam braſſicam edendam præſcribunt. Hoc quidem certum eſt, quò victus parcius alimentum præbet, eo ſalubriorem eſſe.

Crato Conſil. 224. fol. mihi 654.

XI.

4.

Radix Althea, cum axungia porci.

Radix altheæ trita cum axungia porci veteri podagram intra triduum ſolvit.

5.

Pulmones vivorum animalium.

Pulmones ex vivis animalibus exempti, ac unctis partibus ſuperpoſiti dum calent: ac iterum decoctis mergantur.

XII.

6.

Caro ſuilla ſalita, cum caſeo antiquo.

Accipe carnem ſuillam ſalitam pinguem, coque: & in decocto maceretur caſeus antiquus & ſubigatur in mortario, ac tophaceis locis admove, vel remiſce pinguedinem, quæ dimanat ex oſſe pernæ: nam illa dolorem illicò mitigat.

Heurn. l. 2. Meth. c. 15. folio mihi 243.

XIII.

7.

Spermatis ranarum Aqua.

Aqua ex ſpermate Ranarum (per cribrum aut trajectorium ex aquis excepto, atque ita per diem relicto, quo peregrina humiditas extillet) menſe majo deſtil-

deſtillata (paranda eſt ad exemplum ſtillatitiæ ranarum, lumbricorum & ſimilium) per madefacta lintea, impoſita, podagra afflictis pedibus, mirabiliter ſedat, mitigatque eorum cruciatus. *(a)* Qua virtute, narcoticâ ne *(b)* video alicubi talem ranis adſcribi. Conferre tamen poteſt etiam eâ, quâ figit Spiritus podagricos, & influxum ſiſtit, mitigatque acrimoniã; cumq; ex deſtillatione ſubtilis & penetrans evaſerit, etiam diſjicere poteſt cauſam materialem & diſſipare. In calida videtur etiam quid conferre frigus. Sed non contemnenda eſt vis cognata. Ita enim & ranæ virides proſunt, & paſtinaca marina & limaces. Dum hæc de Podagra dico, idem judicandum cenſeo de Gonagra, Chiragra & cæteris Arthriticis, ſed ſine labe τῶν καθόλȣ. Tandem in uſu ſpermatis hujus memineris cavendum, ne fæturam ranæ fædæ aquaticæ, pro fluviatilis arripias, præſertim ubi ratio oſtendit, non poſſe utrumq; indiſcretè capi. *(c)*

a) *Evonim. part. 2.* b) *Heurn. comment. in aph. 25. ſect. 5. l. 2. M. c. 15. Ego maximo ſucceſſu utor in Arthritide calidâ, fotu aqua ſeminis ranarum. Scripſit enim Hippocrates l. c.* νάκρη μετρίη ὀδύνης λυτική, *h. e. modicus ſtupor dolorem diſcutit, reſtitutione habitus & temperamenti, quorum mutatio in cauſa doloris erat. Confert etiam aqua nivalis, nam & illa modicum ſtuporem invehit.* c) *Libav. l. 2. Batrach. ſchol. ad c. 3.*

Plura de ranarum ſemine vide Cent. noſt. 4. part. 13.

XIV.

8.

Radix lappæ.

Retulit mihi Vaſtelius, quondam penſionarius Mechli-

Mechlinienſis, ſe, cum in lecto decumberet ex doloribus articulorum, ut nulla membra movere poſſet, bibiſſe decoctum cereviſiæ, in qua radix lappæ incocta erat: quô epotô, cùm nullis remediis à Medicis curari poſſet, plurimùm minxit lotium album inſtar lactis, & à doloribus curatus fuit.

9.

Lenticula aquæ. cum fl. chamomil. & hordeo.

Simon Chirurgus Leydanus, lenticulam aquæ & flores chamomillæ decoquebat in lacte, addendo parum hordei farinæ in fine ad modum cataplaſmatis, & apponebat ad ſedandum dolorem, cum maximo miraculo, in progreſſu verò addebat plus de farina hordei.

10.

Caules rubei, cum butyro.

Jacobus Splinterus in Hagha Comitis, qui regiis computis præerat, graviſſimos dolores articulares, podagricos & chiragricos, etiam genua ex arthritide tumentia ſæpiſſimè levabat caulibus rubeis apud ignem calfactis & locis affectis impoſitis, at butyro recenti aut Majali, caules primò oblinebat, deinde verò applicabat, & ſæpiùs renovabat.

11.

Sambucus cum ſale calcinatus, ol. lavendulæ & roſaceo.

Recipe ſtipites duos Sambuci, 10. vel 12. digitorum, à quibus extrahatur pulpa interior, ſeu medulla intùs latens, demùm impleantur rurſus craſſo ſale, & luto utrinque foramina ſigillentur, ne ſal excidat:

poſtea in tegulâ ignitâ ſæpiùs circumvolvendo comburantur, & fiat pulvis, cui addatur olei lavandulæ & roſacei, tantum quod ſufficiat, ut coëant in unguentum, quo loca arthritide affecta & doloroſa inungantur. Hoc remedio (poſt univerſalia adhibita) ſæpè à doloribus tũ chiragricis, tùm podagricis, quæſtor in Naeltwyckio pago, ac Joannes Albertus cereviſiarius in Equo albo, Delphis habitans, ſoluti ſunt.

12.

Ficus, cum ſemine ſinapi, pane albo & radice lepidii.

Lucas Medicus Delphenſis, utebatur in Arthritide, in omni cauſa, poſt remedia univerſalia, ſequenti Exemplo: Recipe ficus quantitatem, quam velis & contunde: adde ſem. ſinapi contuſi, & trituram panis albiſſimi coctam, & radicem lepidii, Germanicè Pfefferkraut / & axungiam porcinam, confice in modum emplaſtri: & locis dolentibus apponatur, eo, ut retulit nobis Theodorus Chirurgus, cum Ericius Medicus arthritide laboraret, ex incontinenti à doloribus arthriticis liberatus fuit. Utebatur eo in omnibus, ſed videtur magis convenire iis, qui à cauſa frigidâ afficiuntur.

Foreſt. l. l. 29. obſ. 7. 3. & 10.

XV.

13.

Panis συγκόμιςος cum lacte, vitellis ovorum & oleo anodyno.

Panis συγκόμιςος (quaſi confuſaneus *(a)* quoniam caſtratus non ſit, ſed ſimul omnia ferat, dictus) hoc

eſt,

eſt, ex farinâ, non ſecreto furfure factus, ablatâ cruſtâ maceratus, vel (ut vulgus Medicorum *(b)* facit) decoctus, in lacte vaccino, caprino, ovillo, vel mulieris, uſitatum eſt in dolore ſedando remedium, ad cujus libram 1. poſtquam coxerit, vitelli ovorum 2. vel 3. aliquando permiſcentur. Interdum & ol. roſaceum, vel chamomælinum, ad unc. 6. unà incoquitur. (*c*) Lac autem quò plus habet butyri, eò magis dolorem ſedat, quò plus ſeri, minùs. Coctum minùs refrigerat & magis acre eſt. *(d)*

a) *Dodon. in hiſt. frument. c. 3.* b. d) *Rondel. l. 3. de cur. morb. c. 81.* c) *Plater. de dol. p. 731. Heurn. l. 2. M. p. 243. Foreſt. l. 29. ſchol. ad obſ. 7.*

XVI.

Topica anti-podagrica.

1.

Lixivium benè ſalitum.

Scheurlinus, celebris olim Vberkingenſis Reipublicæ Medicus, lixivio ſale ſufficienter condito dolores podagricos diutiſſimè præſervavit, cui tepefacto pedes, jamjam inſtante paroxyſmo, protinus immiſit, idque nunquam ex toto renovavit, ſed quo diutius repoſitum fuit, eò utilius idipſum experiebatur.

2.

Bezoar cum melle roſaceo & aceto.

Alterum Generoſiſſimus Imperii Procancellarius, Dn. ab Vlm. Liber Baro in Erbach &c. commendabat, à Gallo quodam ſibi, inſtar arcani, revelatũ, nimirum pulv. lapidis Bezoartici orientalis, cum roſaceo melle & aceto calore levi miſcendum, & inſtar cataplaſma-

tis articulis dolentibus adhibendum eſſe, cujus beneficio dolor, unius noctis intervallo, protinus leniatur, ut die ſubſequenti membrum conſueta munia motus animalis viciſſim peragere queat. Hoc ipſo non tantùm Imperatorem Matthiam p. m. ſed ſe quoque non ſemel, inprimis gravioribus negotiis urgentibus, ſucceſſu felici, à vehementioribus inſultibus liberatum fuiſſe.

G. Horſtius obſerv. l. 3. part. 2. obſ. 5.

XVII.

Topicorum modò poſitorum improbatio.

Topica quod attinet, de iis ego non laboro. Perſto enim in eâ cum Piſone hæreſi (dummodo hæreſeos nomine opinio iſta digna ſit) præter meritum, in affectibus ex humorum transmiſſione natis, articulos culpari, quaſi ob laxitatem & cavitates humores aliundè dejectos promtè admittant. Fruſtra igitur de articulorum roboratione cura ſuſcipitur. Impediatur ſeri proventus; tollatur ejuſdem abundantia: Arthritis crede mihi, vel nunquam, vel rariſſimè, & mitiſſime ſaltem, recurret.

Lotioni ergò pedum, quâ Scheurlinus incipientes Podagricos ab ulteriori invaſione præſervaſſe dicitur, parùm tribuere poſſum: niſi in eâ forſan Podagrâ, quæ per congeſtionem generatur, quæ tamen, meo judicio eſt rariſſima, & forte duntaxat hæreditaria.

Cataplaſma è lapide Bezoar, cum melle roſaceo & aceto ſubacto paratum, nimis ſumptuoſum eſt. Poſſet procul dubio Cornu Cervi præparato, Terrâ aliquâ ſigillata, vel Bolo ſimilive abſorbente, eundem effe-

effectum multo minore ſumptu quis conſequi. Sed enim ſtultitiam patiuntur opes. Mihi farina ſiliginea ſufficit. Noſtratium quidam ſiliginem è cereviſia noſtrate, quæ triticea eſt (triticum verò anodynum eſt) ad crepaturam coctam, alii vinum, in quo Sal communis efferbuit, commendant. Quæ duo, tametſi domeſtica ſint & parvi precii, illo tamen precioſiſſimo, vix ſunt, quoad vires, ignobiliora. Sed ita ſæpe cum Magnatibus comparatum eſt, ut viliora contemnant. Tantum ſcilicet in Medicina poteſt, ægri vel confidentia, vel diffidentia.

Döring. ad D. Horſtium, l.c.

XVIII.

Limitatio & prudentia, in uſu topicorum, adhibenda.

Multi exiſtimant, in doloribus arthriticis, nihil eſſe uſurpandum, aut applicandum. Ferri poſſet hæc opinio, niſi id fiat à præſtantibus Medicis, ſed iis, qui neque tempus morbi, neque materiam conſiderant, verùm quia defluxu iſto partes admodum debilitantur, & morbus producitur, non eſt rejiciendum prudentis Medici conſilium. Nam omnino magna opus eſt in uſu cautione. Nam, quæ in principio dolorum & affluxus proſunt, non conveniunt ſtatui, multoq; minus declinationi aut fini. Igitur & propter intempeſtivum uſum & varietatem materiæ, ſæpe non juvat, quod juvit alios.

Initio adhibenda, quæ articulos roborant, & affluxum prohibent, ut Cornu Cervi coctum in aqua ver-

baſci, & applicatum foris. Item ſantali rubri, in aqua plantaginis, verbaſci, ad lentum ignem deſtillata, loco affecto applicati.

Poſtquam affluxit materia & tumeſcere locus incipit, ſume aquam deſtillatam verbaſci, adde myrrham, vel medullam panis albi triticei, cum lacte, luteo ovi & croco & impone. Coquatur item artemiſiæ pugillus unus & in expreſſione intinge panem, & parti affectæ adhibe: ſuccus item parietariæ cum lacte caprino miſtus impoſitus.

Dolorem in paroxyſmo lenit, in magna inflammatione emplaſtrum factum ex aq. roſarum & veronicæ, ex pauco alumine, camphora & fimo vaccæ nigræ loco affecto impoſitum.

Cùm intumeſcunt membra, coque roriſmarini herbam & radicem in aceto, & pedes ex eodem lava.

Cùm materia in articulis induruit, caſeum veterem ſume & uſtum lapidem molarum, miſce in decocto crurum ſuillorum.

Cùm deſierunt dolores & articuli ægrè moventur, ſume abſinthium, origanum, agrimoniam, & artemiſiam, coque in aquâ & vino, & fomenta pedes. Alii enim lixivio coquunt acri, & immittunt pedes, apparet plus poſſe, ſed non ad diuturnitatem.

Crato conſil. 247.

XIX.

Arthriticorum regimen.

Utcunque externa ſunt narcotica, aut paregorica, licet multa multi promittant eximia: & nonnihil rationis ſubſit, ſi medicina externè fluxum prohibeat, quod influxit conſumat, ſpiritum noxium figat, dolo-

dolorifica demulceat & diſſipet, membrumque tandem roboret, qualia fieri ſolent ex ferratis, ſtibiatis, mercuriatis, anodynis: labor tamen hic in orbem redit, niſi abſtinentia aſſit, gulaque præcidatur, & ſumma opitulatrix paupertas, ſudores, curasque & eſuriem imp[illegible]et, aut ſaltem repetantur vacuationes, hydrotica, & ſimilia remedia. Ego nolim ex me patrocinium eſſe Paracelſiſtarum ſtultitiæ. Methodum & commendo & uſurpo. Novi quantum aliqui balneatores & Empirici ſibi polliceantur ex ſcarificatu penè magico pedum & balneis: illitionibus item & pulveribus mercurialib. & ſimilibus. Sed ſcio, quàm parùm profecerint iſti, qui uſurparunt ſine methodo. Ne ergo fidem habeatis promiſſorib. iſtis vanis. Si imperium accipere poteſt luxus & temulentia, vacuantib. ad deſcriptionem Catholici Geſsneriani, vel Hippocrat. potionum & hujuſmodi prudenter adhibitis, non tantùm paroxyſmi demuiſionē, dolorisque ſolatium ex fomentis talibus promiſerim, ſed & morbi internecionem, maxime roboratis, quæ recipiunt fluxum, membris, & excrementitiæ materiæ proventu prohibito aut averſo. Certum remedium aliquibus fuit ex victu lauto ad tenuiſſimas menſas delapſus, ſive animo, ſive neceſſitate carcerum, amiſſionis bonorum &c. ſuadentibus, urgentibus, cogentibusque.

Libav. l. 4. ſingul. p. 248.

XX.

Podagricis quare vinum nocivum?

Vinum præter cœleſtem & ſolarem ſuam vim vegetabilem, admiſit miſtionem tartari acetoſi κατ' ἐξοχήν, unde

unde omnes omnium alimentorum impuritates nomen ſortitæ ſunt. In vino quippe ſalſilago mucilaginoſa tàm acetoſa eſt, ne quid ſupra. Idcirco vina jam à prælo recentia, turbida, muſtea, nec ſatis defæcata, aut, quæ intercepta non ſatis deferbuerunt, Τῶν ποδαγρικῶν αἴτια ἔμϐια ἐςὶ. Quanto verò magis ad doliorum latera adnaſcitur tartarus: tanto minorem putatur inferre noxam. Cuicuimodo tamen ſit, repletio ex vino, in humores ingerit ſubtiliſſimum & acutiſſimum ſal acidum, plus, minusve, cùm pro loci ratione, in quo vinum vegetatur; tùm pro gradibus vini: quò enim generoſius; eò acutiorem, ſubtiliorem tartarum ſulphureum continet. Taceo, quam crudum ſulfur & crudele tartaro accedat ex Φιλοκερδέων Oenopolarum pigmentis; dum vina ſulfure infucant; vini analogiam ſervant muſtacei ex pyris, pomis expreſſi liquores.

Raicus de Podagr. p. 14. Ruland. l. 1. probl. 1. an quod vinum παχύτερον humores ſeroſos crudes, ſuâ calidiate vinoſâ fundat & concitatos ad membra affecta deducat?

Vide Centur noſtram 4. part. 5. & 25. centur. 5. part. 25. centur. 8. part. 52.

XXI.

Iſchuria mirè curata.

Ante annos 3. Caſtellanum en la Chaux propè Lauſannam Marria nomine, octogenarium, cum doloribus ex retentione Urinæ, propter abceſſum in ductu urinario, afflictatum, curandum habui: qui ſpatio 4. aut 5. dierum, urinam reddere non potuit, niſi porrectis in altum brachiis & projectis in funem ad id aptatum manibus, atque ita reliquâ corporis mole

mole extenſâ, non ſecus ac ſi torturâ afficeretur. Tandem rupto abſceſſu, pus fœdiſſimum emanavit, dolores ac reliqua ſymptomata remiſſa ſunt, atque ſic priſtinam ſanitatem, Dei beneficio, recuperavit.

Fabric. cent. 1. obſerv. 79.

XXII.

Hiſpani cujusdam Medici artificium, in deturbando calculo.

Medico cuidam Hiſpano valdè frequens ex renum calculo gravis quidem dolor fuit. Quo quoties urgebatur, cucurbitulas admoveri ſecundum ureteris ductum imperabat ipſe ſibi, ducto primùm à parte doloris proximâ exordio, deinde iiſdem remotis, identidemque deorſum gradatim toties repoſitis, ut tandem longè diuturniorem trahendi moram ferret ipſe ad imum ventrem, in quo veſica jacet, quàm ubivis. In ſemetipſo ex illis mirificos perſentiebat fructus. Et in aliis periculum idem ipſe fecerat frequentiſſimum. Etenim ſummâ iſthac induſtria conatuque calculum ex uretere præcipitem, in cavum veſicæ exturbabat ſæpenumero. Votoque reſpondiſſe aliàs id ſanè nobis viſum etiam fuit. Cujus & periculum facere ſine periculo cuique licet.

Mauric. Cordaus Rhenus, comment. 5. in l. 1. Hippocr. de mulieb. c. 5.

XXIII.

Κρεοφαγίας *origo.*

Porphyrius refert cœpiſſe mortales primùm carnibus veſci ſub regno Pygmalionis, qui licet ſummis viribus hanc novam gulæ libidinem compeſcere nitere-

Digitized by Google

teretur, ac paſſim σαρκοφάγυς ceu nefarii ſceleris reos exquiſitiſſimis tormentis vexaret, tamen guſtatâ ſemel carnis ſuavitate, non potuiſſe homines, ullâ ſuppliciorum atrocitate intra primævæ frugalitatis limites contineri: ardente enim, ex animali imolato, hoſtiâ, aliquando contigiſſe ut carnes in terram deciderent: has autem manibus ſuſtuliſſe Sacrificum, digitosque uſtulatos per imprudentiam ori admoviſſe, tanquam inde remedium peteret. Guſtato deinde pinguedinis nidore, cupiditatem ejus accenſam, nec abſtinere potuiſſe; ſed etiam uxorem feciſſe participem. Quo intellecto Pygmalionem ipſi Sacrifico ejusque uxori mortis ſupplicium irrogaſſe, atque utrosque de ſaxo præcipites dediſſe. Alteri deinde Sacerdotium contuliſſe: hunc etiam ſpacio exigui temporis interpoſito, cum idem ſacrificium perageret, carnes ediſſe, eodemque ſupplicio multatum periiſſe. Sed gliſcentem edendæ carnis libidinem non potuiſſe ullâ legum ſeveritate refrænari. Sic immolandorum animalium ritus, eorundemque edendorum quoque conſuetudinem apud pleraſque gentes, contraque fructuum atque olerum, ac denique τῆς ἀπύρυ τροφῆς faſtidium, invexit.

L. 4. περὶ ἀποχῆς *ex Neanthe Cyziceno & Aſclepiade Cyprio.*

XXIV.

Herbis tantum veſcebantur primi homines, ex Ethnicorum ſcriptis.

In prima naſcentis origine mundi carnibus abſtinuiſſe mortales, Poëtarum aurei ſeculi felicitatem decantantium monumenta clamant.

At

At vetus illa ætas, cui fecimus aurea nomen
Fœtibus arboreis, & quas humus educat herbis
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.

quaſi tum fructus ſponte nati duntaxat

Et quæ deciderant patulâ Jovis arbore glandes, (a)

famis ſolatia præſtarent.

Lucretius:

Quæ Sol atque imbres dederant, quod terra crearat
Sponte ſua, ſatis id placabat Pectora donum,
Glandiferas inter curabant corpora quercus. (b)

Inter arboreos etenim fructus è glandibus primum fuiſſe mortalibus victum, credidit vetuſtas: Pelasgus enim, (teſte Pauſania, Volaterrano,) primus Arcades glandium uſum docuit: hinc βαλανοφάγοι q.d. glandivori, dicti fuerunt, à Pythiæ oraculo. Refert quin etiam Plutarchus, eos qui glandem guſtaſſent, ac comediſſent, præ voluptate choros circa quercum, aut fagum duxiſſe, eam vitæ datricem, matrem & ductricem appellitantes. (c)

Glans alat & priſco more bibantur aqua.
Glans aluit veteres. (d)

Hinc, Fagus & Eſculus arbores glandiferæ ideò vocatæ creduntur, quod harum fructibus olim homines vixerunt, cibumque ſumſerunt, eſcamque habuerunt: nam Eſculus (quercus (e) parva) latinis ab eſca vel eſu dicitur, quod fructus ejus dulcis ſit, ac ceu caſtanea edulis, cùm cæterarum quercuum fructus, ſuibus tantùm ſapiat. φηγὸς ἀπὸ τῦ φαγεῖν (f) comedere Græcis dicitur. Nam ſerò tandem, & non niſi ferreum genus, ut loquuntur Poëtæ, hanc in victu continentiam violavit: quaſi abſque eſu carnium ſcelerati eſſe non potuiſſent homines. (g) Hippocrates

quoq; exiſtimat, in cibis ſuffeciſſe primis hominibus, τὰ ἐκ γῆς φυόμενα, quæ ex terra naſcuntur. *(h)* Dicæarchus etiam refert, priſcos mortalium & Deorum ævo propinquos, nullum animal occidiſſe, ſed fructibus ac pomis victitaſſe, quæ ſponte ſua tellus ferebat, vitamque egiſſe beatam, quæ merito poſſit aurea dici, ſi cum iſta in ferri rigorem depravatâ comparetur. *(i)* Hunc Dicæarchi locum haud dubiè reſpexit Varro: neceſſe eſt, inquit, humanæ vitæ à ſummâ memoriâ gradatim deſcendiſſe ad hanc ætatem, & ſummum gradum fuiſſe naturalem cum viverent homines ex iis, quæ inviolata ultrò ferebat terrâ. *(k)* Suffragatur his Plato: à carnibus (inquit) majores noſtri abſtinuerunt, tanquam pium non eſſet illas edere &c. *(l)*

a) *Ovid. l. 15. & 1. Metamorph.* b) *Deodat. l. 1. panth. hyg. c. 29. & 31. Chytr. in notis ad Galateum de mor. p. 167.* d) *Tibull. l. 2. eleg. 3. Juvenal. ſat. 6.* e) *Plin. l. 16. c. 6.* f) *Iſidor. l. 17. orig. c. 7. Bauhin. pinac. theat. botan. l. 11 ſect. 4. p. 419. Latini glandis nomine omnem fructum complexi ſunt, ut Jabolinus ait, exemplo Græci ſermonis τῆς δρυὸς, apud quos omnes arborum ſpecies ἀκρόδρυα appellantur, ut παρὰ τῆς δρυὸς, fiat dictio ἀκρόδρυα, quo verbo Cajus omnem fructum ſignificari dixit.* g) *Caſtellan.* κρεωφάγ. *l. 1. c. 1.* h) *de medic. priſc.* i) *in lib. antiquit.* k) *l. 11. c. 1. de re ruſt.* l) *l. 6. de leg. Polid. Virg. de Invent. rer. l. 3. c. 5. l. 6. c. 6.*

XXV.

An carnium eſus ante diluvium fuerit inuſitatus? N.

Difficilis hæc & in utramq; partem anceps eſt quæſtio:

ſtio: obſequentes tamen rationes adſeverare malim, fuiſſe ante diluvium quoque carnium eſum homini permiſſum. Primò, certum eſt, Patres ante diluvium ſacrificaſſe Deo bruta animalia: quod ex Abelis hiſtoria conſtat. Geneſ. 4. v. 4. Veriſimile itaque ipſos, quemadmodum in ſacrificiis uſitatum erat, de carnibus quoque ſacrificiorum ediſſe, iis ſcilicet animalium partibus, quæ non accendebantur igni. Præterea, quorſum opus fuiſſet, Abelem paſtorem eſſe ovium, niſi in eſu quoque iis uti licuiſſet? quorſum ſubjecta homini omnia terræ animantia, volatilia cœli, & piſces maris, niſi ad victum & alios uſus neceſſarios? Pſalm. 8. v. 8. 1. ad Corinth. 15. v. 27. Hebr. 2. v. 8. Adhæc, patet hoc ipſum ex 7. cap. Geneſ. v. 2. Jubetur illic Noa in arcam admittere, de immundis quidem par unum, de mundis verò 7. paria. Jam verò nullum eſt, non alia ratione quædam animalia dicta fuiſſe munda, quædam immunda, quàm quâ Levit. c. 11. diſcernuntur, quia nimirum quibusdam uti in ſacrificiis & eſu quotidiano licuit, quibusdam verò non.

At fortaſſe Noa diſcrimen illud mundorũ & imundorum ſcivit ex ritu ſacrificiorum & non ex eſu? R. animalia noñulla ap. Moſen ratione ſolius eſus munda eſſe, quæ aliàs in ſacrificiis offerre fas non erat: quẽadmodũ cervo veſci quidem licuit, & hactenus pronunciabatur mundus, in ſacrificiis tamen nullus ejus erat uſus. Quoniam igitur hanc diſtinctionem, immundorum & mundorum, ſive ratione ſacrificii & eſus ſimul, ſive ratione eſus tantum conſideratorum, Patriarcha Noë ſic cognitam habuit, ut cum Dominus ei, de 7. paribus mundorum in arcam recipiendis

dis præciperet, non opus demum habuerit edocere Noam & filios ejus, quænam munda eſſent, quæ ſecus: planè videtur hinc conſequi, non omnem eſum carnium ante diluvium, vel illicitum vel etiam inuſitatum fuiſſe: tametſi rarior is fuerit, uſitatior verò poſt diluvium, poſteaquam herbę, omniaq; terrâ naſcentia corrupta & primo illo ſuo efficace ſapore ſunt orbata.

D. Hunnius comment. in cap. 3. & 9. Geneſ. Joach. Cluten. in faſcic. Jur. Canon. part. 9.

XXVI.

An aſſæ Carnes elixis ſint humidiores? ſalubriores? & qui?

Carnes aſſæ naturâ ac internâ humiditate prævalent, quòd cruſta ab igne internum humorem arctè continent: elixæ verò carnis humiditas aliena major eſt, quòd ſit in aqua cocta. *(a)* Quare elixæ magis humectant, ſed aſſæ humiditatem ſubſtantificam magis augent. *(b)* Hodiè autem multis modis carnes apparantur. Veteres aſſare tantùm noverant. Et Homerus, dum Phæacum, Procorum, aliorumque lauta convivia deſcribit, aſſas tantùm, nec aliter conditas carnes menſis appoſitas fuiſſe memorat. *(c)* Hanc unam coquendi rationem Heroicis temporibus uſurpatam notat Servius: Heroicis (inquit) temporibus carne non veſcebantur elixa. *(d)* Id etiam Plato, ceu priſcæ frugalitatis exemplum adducit: Homerus, (inquit) in exercitu ad Heroum convivia non piſces adducit, quamvis in ipſo maris Helleſponti littore eſſent, neque elixas carnes, ſed tantùm aſſas. *(e)* Hanc parandi rationem priſcis & Heroibus familiarem reddit ipſa facilitas: minimùm enim operoſa eſt: ſolo

igne

igne peragitur, nec veru deeſſe poteſt, ubi igni ſtruendo materia ſuppetit. Quocirca addit etiam Plato: quæ maximè militibus parabilia ſint. (*f*) Aſſa autem ſecundum externa ſicciora ſunt, quam ſecundum interna, elixa è contra. (*g*) Et ratio eſt, quod elixa non multum proprii humoris retineant, ſed imbuantur alieno, qui in ſuperficie magis conſiſtit. Aſſis autem plerumque vi ignis cruſta obducitur, qua humor intrò coactus exſpirare prohibetur: unde fit, ut in proprio humido coquantur, eorumque partes interiores optimo ſucco refertæ ſint, atque ideo laudabiliores habeantur. (*h*) Petrus Hiſpanus hanc reſponſionem impugnat & veluti frivolam rejicit. Cùm enim ſiccitas ignis humiditati, tàm accidentali & externæ, quàm ſubſtantificæ & internæ perinde adverſetur, utramque pariter abſumet. (*i*) Sed reſpondetur, quòd licet ignis ſiccitas non minus uni humiditati, quam alteri opponatur, tamen diverſus agendi modus efficit, ut in aſſis humiditas remaneat, in elixis autem diſſipetur. Ignis enim extrinſecus agens in ea, quæ aſſantur, cruſtam inducit, quæ humidum internum cohibet, nec exhalare ſinit. At contrà, in elixis, caloris vis per aquam intro ſubiens illud foràs prolicit. Sed quorſum tot ambages? ego enim parum intereſſe puto, in eodem genere carnis, aſsáne an elixa comedatur. Aut certè, ſi aliquod diſcrimen iſta coctionis diverſitas faciat, illud eſt exiguum, nec tanti, ut impedimento eſſe poſſit, quò minus electio ſani hominis appetitui ac guſtui relinquatur. Tamen ſi quis in re levis momenti hunc ſibi ſcrupulum quoque exemptum cupiat, iis potiùs aſſentiendum puto, qui aſſa ſicciora elixis eſſe affirmant. Elixis enim

Digitized by Google

enim eſt effectus caliditatis humidæ; aſſatio caliditatis ſiccæ. In effectibus autem perpetuò quædam cauſæ vis atque ſimilitudo remanet: ergò à ſicco calore ſiccitas, ab humido humiditas carnibus impreſſa remanebunt. Adde quod elixando nunquam tanta poſſit fieri aduſtio, quantam efficere valet aſſatio, quæ ad incinerationem quoque progreditur. Hinc etiam carnes eas, quæ ſiccioris ſunt temperamenti, ut bubulas, vulgo elixamus, ut nonnihil humeſcant: ſubſtantifica enim earum ſubſtantia per aſſationem (*k*) conſumitur. Humidas autem ut agninas & porcellorum aſſamus, ut redundans humor vi ſiccæ coctionis abſumatur. (*l*) Hippocrates omnem harum coctionum vim tribus decretis breviter explicat.

1. Ad alvi ſeceſſum perelixæ quidem accommodatæ: aſſæ verò pigriores.

2. Quæ verò moderatam elixationem & aſſationem habent, eæ & ad robur & ad alvi ſeceſſionem ſeſe moderatè habent.

3. Crudiores autem ad robur accommodatæ, ad ſeceſſum verò minimè. (*m*)

a) *Heurn. l. 7. inſtit. c. 3.* b) *Plater. de dol. p. 221.* c) *Athen. l. 1.* d) *comm. in l. 1. Virgil. Æn.* e. f) *lib. 4. de Republ.* g) *Ariſtot. l. 4. de met. c. 4.* h. l) *P. Caſtellan. de eſ. carn. l. 1. c. 7.* i) *In comm. ad diat. Iſaaci F. Solom. Regis Arabiæ.* k) *Deodat. panth. hygiaſt. l. 1. c. 32.*

XXVII.

Carnes cur contundantur, antequam aſſentur?

Carnes ſolent contundi & laxiores reddi, vel etiam elixari, antequam aſſentur, ut nimirum calor eò facilius

ciliuſ poſſit penetrare ad interiora, & abſumere humorem ſuperfluum.

Keckerm. curſ. philoſ. diſp. 9. probl. 12.

XXVIII.

In carnibus aſſis, caro oſſi propinquior, melior & tenerior reliquâ, cur?

Quî fieri poteſt, in aſſis carnibus, ut caro oſſi proxima, pinguior ſit, melior & tenerior reliquâ? id fit per accidens, quia dum calor ignis agit in carnem, eò cogitur tota humiditas & ſubſtantia carnis, ibi denique conſervatur & coquitur magis calore proprio, quàm propinquo.

Holler. in comment. aph. 45. ſect. 6. Hippocr.

XXIX.

Plumbum eliquationem piſcium & Carnium, cur impediat?

Plumbi aliquot fragmentis in ollam injectis, ajunt elixationem piſcium & carnium valdè impediri. Nimirum plumbi frigiditas & gravitas vim caloris in humido cohibet, ne in partes interiores ſubjecti elixandi ſatis efficaciter agere poſſit.

Kecker. l. c. probl. 9.

XXX.

Vt Carnes celeriter coquantur.

Cochlearia ex ficulneo ligno hoc habent peculiare, quod carnes ad celerem coctionem adigunt, ſi elixationi earum ſæpiùs admoveantur, vel cum illis unà elixentur. Quod vitri fragmento, multi etiam aſſeribunt

bunt de Experientia. Sed ajunt, vitrum illud debere eſſe conflatum ex cinere fæni vel filicis.

Mizald. Cent. 1. memor. aph. 76.

XXXI.

Porcelli roſtrum dum aſſatur, cur calet, aſſati cur friget?

Quare porcelli roſtrum, dum aſſatur calidum eſt: poſteaquam peraſſatum eſt, minus calidum eſt, cætero corpore magis calido? an quia naturâ ſuapte non diu ſervat calorem roſtrum? ex rara enim admodum cartilagine eſt. Quamobrem, quamdiu ex ventre per os exit calor ad oris & capitis extrema, roſtellum calet. Exit autem calor ille, dum aſſatur excoquendo humidum, ubi ceſſavit vaporis ille commeatus: id quod ſanè fit aſſatione peracta: non amplius caleſcit roſtrum, ſed porrò facilè rotatione ipſa ventilatur.

Scaliger de ſubtil. exerc. 101. 8. Ruland. l. 2. probl. 322.

XXXII.

Caro Cervina peculiare ἀντιπύρετον.

Febrium morbos non ſentit Cervus, quin & medetur huic timori. Quasdam nos principes fœminas ſcimus, omnibus diebus matutinis carnem eam deguſtare ſolitas, & longo ævo caruiſſe febribus, quod ita demùm exiſtimant ratum, ſi vulnere uno interiret.

Plin. l. 8. c. 32. Solin. c. 22.

XXXIII

Suilla & Cervina caro, clavo æneo affixæ, putredinis immunes, cur?

De nullo metallorum ſalubrior ſpirat aura, quam de

de ære ex chalcitide conflato, qui viridi ærugine quoque ſcatet: de quo clavus, ſuillæ aut cervorum carnibus infixus, eas à putredine illibatas, ſuâ ſtiptica exiccandi potentiâ diu conſervat: quod metallorum quoque foſſores, qui in ſcaptenſulis, Græcis χαλκορυχίοις dictis, chalcitidem cum ærugine ſcrutantur, fatentur.

Langius l. 2. epiſt. 36.

XXXIV.

Num ſylveſtrium animalium carnes, cicuratorum carnibus præſtent?

Sylvaticorum animalium proprietates.

Ambæ quidem ſuas habent dotes, nec ſuis itidem carent vitiis. Sylvaticorum animalium carnes 4. inſignes habent proprietates, nam 1. ob aëris, quem continenter recentem hauriunt, calorem, & temperamenti ſiccitatem, ſanguinem levem & ſubtilem generant; 2. ob aquarum & pabulorum paupertatē & penuriam, parùm & edunt & bibunt, inde macreſcunt & ſuperfluis humoribus deſtituuntur: 3. ob alimenti ſiccitatem, carnis contrahunt duritiem & ſiccitatem. 4. denique ob continuum motum, rarefit corpus, plurimumque de ſubſtantifico humore amittit, inde carnes duræ, ſiccæ, exſuccæ, pauci alimenti, duræ, tardæque tùm digeſtionis, tùm penetrationis redduntur, quæ tamen ſi probè in ventriculo elaborentur, laudabile præbent alimentum, à pravis humoribus defæcatum, quod & citò aſſimilatur & ſeriùs diſſolvitur.

Hinc Hippocrates:

Animalia in calidis locis degentia, ſolidiora & ſic-

Digitized by Google

ciora ſunt, ad aſſimilandum velociora, ad digerendum verò & penetrandum tardiora, quorum carnes cùm ſiccæ & exſuccæ ſint, ſiccum quoque & minus laudabile generant alimentum.

Galenus quoque ſylvatica domeſticis minus ſapida minusque alimentoſa eſſe dixit, capreolis exceptis, qui ſylveſtres licet ſint, cæteris tamen ſunt ſapidiores, & laudabilioris alimenti, quorum ſanguis motu ſubtiliatur, corpus rareſit & apertis poris, gravis humorum odor exhalat.

XXXV.

Cicuratorum animalium proprietates.

Domeſtica verò animalia ſunt ſapidiſſima & ſylvaticis plenius nutriunt, Capreolis exceptis, minus tamen & caloris & plus humiditatis ſubſtantificæ obtinent; unde etiam laudabiliora; nam 1. propter aëris, quem hauriunt defectum, & humiditatis abundantiam, illorum minuitur calor, augetur humiditas, inde caro craſſa, viſcoſa: nec ita naturæ obediens, ob nimiam quietem clauduntur pori, 2. non diſſolutâ craſſiore humiditate, inde carnes molleſcunt, facilè attenuantur, venasque penetrant; ob alimenti copiam pingueſcunt, inde 3. ſuperfluæ humiditatis incrementum: 4. ob alimenti demum humiditatem, molleſcunt carnes &c.

XXXVI.

Propoſitæ quæſtionis deciſio.

Quibus omnibus ad rationis incudem revocatis, convincitur, domeſticorum animalium carnes eſſe quidem ſapidiores, majoris nutrimenti & celerioris per totum corpus diſtributionis, at viſcedinis & lentoris

toris redundantiâ ſuperfluos gignere ſuccos, eſſe duræ digeſtionis, tardioris aſſimilationis, facilioris corruptionis, & per conſequens, parum nutrire ex accidenti, & ſylvaticorum multum: hæc verò naturaliter parùm, illa multum. Domeſtica enim animalia licet naturaliter multum nutriant, cùm tamen citò à membris diſſolvatur alimentum, ſemper fit exhauſtus & novi alimenti appetentia, ſicque parùm nutricatûs accedit: Sylveſtrium verò carnes licet naturaliter parum nutriant, cum tamen duræ ſint digeſtionis & tardioris diſſolutionis, diu ſubſiſtunt, inde non ita citò membra ſuo pabulo defraudantur.

Ergo Sylveſtrium carnes ad membrorum robur, domeſticorum ad valetudinem in longum tempus protrahendam plurimum faciunt.

Horum autem quædam in humidis & udoſis locis degunt, & talia multùm nutriunt, facile in ventriculo & hepate digeruntur, citoque diſſolvuntur: quædam verò in ſylvoſis & montanis locis vivunt, & contrario modo ſeſe habent: quædam denique in domibus nutriuntur ſaginanturque, & hæc craſſiores, viſcoſioresque carnes habent, atque ob ciborum abundantiam, craſſitiem & corruptionem, durioris & tardioris ſunt digeſtionis, at probè in ventriculo ſubacta, multum & nutriunt & roborant.

Deodat. l. 1. panth. hygiaſt. c. 32.

XXXVII.

Braſſica capitata & Caro porcina, num adeò cibi ſint noxii, ut vulgus hominum putat?

Braſſicam & carnem porcinam, in noſtris regionibus, præ cæteris alimentis, noxia eſſe cenſet vulgus, & præcipuè Chirurgi vulneratis prohibere ſolent. Quæ quidem nocere ſolere, uti alia omnia ſalubria alioquin alimenta, quando immoderatè ſumuntur, quod, cùm hæc ſuavia ſint, frequenter accidit, facilè concedo: idque præſertim, ſi braſſica condita, aciditatem illam in compoſito Gumpiſt dicto, acquirens, calidiores naturâ, ad illius nimiam ingeſtionem invitans, immoderatius ſumatur. Et Caro Porcina, ſalita ſuffumigataque diu aſſervata, pinguiore illius parte rancorem contrahente, facile ob id in ventriculo corrumpitur; carneque ipſius ſalsâ, ſitim præternaturalem parit, & exiccata indurataque ægrè concoquitur. Verùm, ſi recentia hæc ſint, moderateque ſumantur, ſuccum laudatum gignere, & citò concoqui, nec obeſſe, certum eſt. Braſſica enim & præſertim, quæ foliis conſtat tenuioribus, albicantibus, denſeque complicatis, ſicuti capitata, (quam tamen præ omnibus damnant) bene cocta, teneritatem acquirens eximiam, quòd facilè à ventriculo noſtro coquatur, ſatis oſtendit. Suavis alimentarius illius ſapor, eam quoque euchymam eſſe, manifeſtè declarat, cum nihil in illâ nitroſi, aut quod alienum ſaporem redoleat, deprehendatur. Sed & condita uti dictum, braſſica, cum prius antequam condiatur, jam

jam cocta ſit & ſæpè iterum coquatur, licet acidula ſit, nocere quoq; adeò ut putant, minimè poteſt, cùm præter quàm, quod digeritur ſine labore, appetitum ſua aciditate excitet, & ſitim caloremque internum mitiget. Quod Porcinam quoque carnem attinet, quam porcellorum juniorum caro ſuavis ſit, tenera, guſtus ipſe indicat, & quam ſuccum idoneum, & corporis noſtri ſubſtantiæ alendæ ſimilem generet, Galenus ſatis laudare non poteſt. Quam naturam, licet porci ſint facti adultiores, minime deponunt, licet vetuſtate durior caro facta difficilius coquatur, facilius tamen quam taurorum ejusdem ætatis, quam tamen longe ſalubriorem eſſe putant, in ventriculo elaboratur, cujus rei argumentum eſt, quòd etiam porcorum adultorum caro aſſata, tenera & eſui apta fiat, taurorum verò minimè: quæ ut edi poſſit elixatione opus habet, cum per aſſationem adeò fiat tenax ut ne maſticari, longe minus facilè in ventriculo digeri poſſit. Quod pinguedinem verò porcinæ carnis attinet, cum ſolidior ſit quam diu illa recens manet, nec rancida fit, aut alio modo ſitum contrahit, ſive cum carne edatur, aut ſeparatim, carni uti fieri ſolet infixa infarctaque, non facile quoque corrumpitur, ſed uti butyrum aliaq; ſimilia rebus ſuavitatem adferens & mollitiem, ut citius concoquatur, efficit. Quæ omnia de rectè præparatis & moderatè ſumptis dicta eſſe volo.

Plater. quaſt. parad. hyg. 79.

De ſuilla carnis praſtantia, viribus & temperamento vide Caſtellan. de eſ. carn. l. 2. c. 5.

Horſt. l. 1. de tuend. ſan. litter. p. 55. Panſa de prer. vita part. 2. pract. c. 11.

De Braſſicæ viribus controv. vide centur. noſtr. 5. part. 80.

XXXVIII.

Carnis ſuillæ cum humanâ affinitas mira.

Caro porcina omnium eſculentorum, quæ nota ſunt, valentiſſimè nutrit, ſi modo concocta fuerit (nihil enim nutrit, niſi naturæ viribus concoctum,) adeoque magnam habet cum humanâ ſimilitudinem, ut non modo noſtro ævo in Galliâ, ſed & Galeni tempore, Romæ, ſcelerati quidam Pandochei & Caupones, carnem humanam cum âromatibus in paſtillis coctam pro ſuilla magni vendiderint, nec comeſtores alteram ab alterâ ſapore, odore, aut colore diſcernere poterant, donec humanus digitus per negligentiam, cum ſuâ ungue coctus & repertus, atrox mox coqui facinus prodidit, qui & meritas ſupplicio in furcâ pependit pœnas.

Gal. l. 3. de alim. facult. c. 1. l. 10. de ſimpl. med. fac. cap. 2. Arnold. de vill. nova in com. Schol. Salern. c. 7. Deodat. l. 1. panth. hyg. c. 33.

XXXIX.

Farciminum ſanguineorum noxa.

Non conticendum, Hippocratem negare ſanguinem eſſe calidum, contra omnium opinionem, quia in animali mortuo calorem non retineat, calidum verò evadere, quòd calorem à corde tanquam fonte & foco caloris mutuetur, ſpirituumque beneficio, qui calorem communione quadam ſanguini impertiunt. Graviſſimi Autoris, gravis ſententia & vera (quâ quidem omnis ſanguis cibo abdicandus venit,

præ-

præcipuè verò ex quo farcimina concinnantur) probatur. Conſtat, ſanguinem extra ſua vaſa effuſum atque emiſſum coagulari & putreſcere, quod indubitatum eſt: ſi igitur aliena tantum & non propriâ etiam caliditate calet, ut Hippocrates vult, extra verò vaſa emiſſus, ſtatim putreſcit, quid quæſo aliud eſt, ex quo hodiè farcimina conflantur, quam quoddam cadaver, ſanguisque putridus, ſpiritu & calore deſtitutus? is verò in alimoniam corporis noſtri magna cum aviditate expetitur, animalis magis famis ſedandæ, quàm naturalis gratiâ, quâ quodlibet membrum, ſibi amicum & familiare ad ſe trahit alimentum, inimicum verò averſatur, verùm, quâ ſalubritate, iis judicandum relinquo, qui ſanguineis iſtis farciminibus ſolis, ventrem probè expleverunt. Quid alimoniæ ſit in his, nitidiores ventres nondum experiri potuerunt.

Goglen. F. de proreg. vit. p. 565. Matth. ſpec. ſanitat. c. 2. p. 92. Querc. diæt. polib. l. 3. c. 6. Cupedia ſunt potius, aut vini ſtimulus, quam utilis & ſaluber cibus: idcircò quò parcior illorum fuerit uſus, eò minus quoq; ſanitati metuendum.

XL.

Sus, hominis ſordidi nota.

Scipio Bargaglius (*a*) commemorat quendam, ſuo tempore fuiſſe admodum ſenem pecunioſum, ac multa pretioſa ſupellectile ac prædiis locupletem, ita tamen avarum ſimul & ſordidum in univerſos, ut nihil quicquam beneficii aut liberalitatis ab ipſo ulli eſſet expectandum, ex illorum nimirum exiſtens numero, ſecundum Poëtam:

Qui nummos, aurumq́ue recondit, neſcius uti
Compoſitis, metuens veluti contingere ſacrum.

Huncigitur Euclionem, quidam ipſius familiaris ſaginato Sui comparare ſolitus eſt, è quo niſi occiſo, nihil commodi aut emolumenti capi poteſt.

(*Nec ſus, ni mactes, poterit prodeſſe: nec ulli*
Dum vivit, prodeſt, quicquid avarus (*b*) *habet*)

cum ex Chryſippi ſententia ſus præter eſcam nihi habeat, & Cato dixerit, animam ei pro ſale datam, ne carnes putreſcerent. (*c*) Qualem ſecundum Horatium:

Non uxor ſalvum vult: non filius: omnes
Vicini oderunt, noti, pueri atq́ue puellæ.
Miraris cum tu argento poſt omnia ponas,
Si nemo præſtet, quem non merearis amorem (*d*)

a) *In Ital. ſymbol. quas propriè vocant Impreſſas vulgò.* b) *I. Camerar. centur. 2. embl. ex animal. quadr. embl. 49.* c) *Cicero libr. 2. de nat. Deor.* d) *libr. 1. ſermon. 1.*

XLI.

Pinguia veneno adverſantur.

Pinguedo quò oleoſior & humidior, eò ſalubrior, quò craſſior & ſiccior, eò inſalubrior, præſertim largius ſi ſumatur: illa enim igneam, aëreamque naturam participat, intraque corpus ſumpta, corpus ab occurſu malorum vaporum venenatorumque præſervat immune, permeare enim illos non ſinit in intimos cordis meatus, præſertim verò hoc præſtat jus capi pingue, huic enim pinguedo ſupernatans inducit pelliculam, quæ noxiis halitibus, unà cum cibo, vel

potu

Digitized by Google

potu in ventrem exceptis, fortiter reſiſtit, quod craſſior & ſiccior præſtare nequit. Probè igitur faciunt Weſtphaliæ populi, dum cereviſiam tepidè cum butyro, vel oleo affuſo jejuno ſtomacho bibunt, ſic enim eo die à veneno ſe reddunt ſalvos. Quin & cutis oleo imbuta venena reſpuit, adeo ſi quis cutem admotis cauteriis erodente medicamento exulcerare pergat, illamque oleo perungat, fruſtrabitur, operamque luſerit, non enim adhæreſcunt, quæ applicantur, nec penetrant.

XLII.

Pinguia bibulorum præſidium.

Pinguia, vini vel Zythi liberaliùs hauſti vapores reprimunt, eorumque evaporationem in cerebrum prohibent, quod iis, qui facilè ex vini potu inebriantur, capiteque poſtea vexantur, obſervandum præcipitur: & hoc ita ſe habere, vel inde patet, quod oleũ vino, aut aquis odoratis affuſum exhalare eorum odores non ſinit, humori enim ſubjecto pelliculam inducit, per quam ſubditus humor evaporare non poteſt: ſiquidem aërem arcet, omnesque halitus excludit, quæ putredinem inferre poſſint, ſic Raphanus cum oleo comeſtus, eructationes ventriculi, quas aliàs ſolet, ciere non poteſt.

Goglen. F. de vit. prorog. p. 561. Lemn. de occ. natur. mirac. c. 52.

XLIII.

Caro Gallinacea, quomodo coctu facilis fiat.

Ficus vaporem calidum & acutum ac inciſivum ſpirat, qui carnem gallinæ in ea ſuſpenſam maturat.

& coctu facilem reddit. Eodem quoque modo afficitur, ſi ablatis pennis in tritici acervo reconditur, vel eo obruitur.

Plutarch. de ſympoſ. l. 6. c. ult. Plin. l. 21. c. 15. & 23. c. 5.

XLIV.

Avium carnes ut tenereſcant.

Avium carnes (tùm domeſticarum, tùm ſylvaticarum) 3. vel 4. diebus frigido aëri exponantur, vel frigidiſſimæ aquæ aliquandiu immergantur, aut per noctem frigida terra obruantur, ſic enim tenereſcunt, & facilè tàm in ventriculo, quàm ad focum coquuntur.

XLV.

Ferinaſcere quid?

Aves poſt occiſionem non eousq; ſerventur, quoad fœtoris initia, ceu incipientis putredinis exordia olfactu percipiantur, ut paſſim noſtris Nobilibus in more poſitum eſt, qui talibus vix veſcuntur, niſi talis fœtor ſe prius naribus prodat, ferinæ ſcilicet carnis odore deluſi, da heiſt es: es Wildbrätelet. (a) quod Aulici dicunt ferinaſcere, cùm ſit putredinis leproſæ cadaveroſæque mephitis, præſertim in cadaveribus piſcium & aliorum animalium, pauco ſale & fumo delibutis, interdum fœdatis carie, plenis vermium & ſepulchrali fœtore moleſtis.

a) *Deodat. l. 1. panth. hygiaſt. c. 36. p. 358.* b *359.* b *366.* b *367.* a. b) *Libav. l. 7. de bitum. c. 16. oper. l. 3. ſingul.*

XLVI.

Aves an in bilem pronæ?

Aves aſſas in bilem, ſi nimis torreantur, converti Gale-

Galenus teſtatur, quod tamen ego lardi cauſâ potiùs evenire puto.

Plater. de dolor. p. 221.

XLVII.

Num ſimplex cibus vitæ producendæ magis arrideat, quàm varius?

Vulgare quidem eſt, multisque plauſibile dictum: delectat interdum varietas. In omni autem voluptatum genere 1. omnium, an cum honeſtate ſint conjunctæ, inquirendum 2. an valetudini conducant, necne? Apud Magnates quidem ob ſingularem varietatem, in multiplicandis ferculis, extolluntur Coqui, ſed tamen iſta eduliorũ varietas, omninò cruditatis & cacochymiæ cauſa exiſtit.

Qui enim ſimplicem cibum ſumit, facilè, quo ſucco corpus ejus, vel juvetur, vel gravetur, uſu docẽte multiplici cognoſcit. Qui verò multiplici cibo alitur, diverſas patitur qualitates ex diverſitate ſuccorum, nec concordant humores ex materiæ varietate naſcentes, nec efficiunt liquidum purumq; ſanguinem, in quem jecoris miniſterio vertuntur & in venas cum tumultu tranſeunt. Hinc morborum ſcaturigo, qui ex repugnantium ſibi humorum diſcordiâ naſcuntur. Deinde, quia non omnium, quæ eſui apta ſunt, una natura eſt, non omnia ſimul coquuntur, ſed alia celeriùs, tardiùs alia: & ita fit, ut digeſtionum ſequentium ordo turbetur. Sufficit igitur naturæ, menſis ſingulis, unicum tantummodò ferculum: ſi verò duo, vel tria, ut moris eſt delibanda placent, curandum, ne ſint diverſi temperamenti ad evitandam ſeditionem. Non enim natura, ex æquo ſimul, ſi diverſæ

ipſis

ipſis inhæreant qualitates, ſatisfacere poteſt. Nam ex diverſis ac diſcordantibus cibis diſſimilis procreatur chylus (qui chylus aliàs ex cibo, quantumvis ſimplici, elaboratus, diverſas partes fovet, ut ex ſuccorum inde promanantium diverſitate conſtat) unde diverſus emergit ſanguis, ac diverſa ſolidarum partium ſubſtantia. Diverſa verò & heterogenea non conveniunt, ex qua lucta ſequitur deſtructio: gaudet enim natura temperatis: ergò & cibus ſimplex maximè erit accomodatus.

Quantæ enim turbæ excitabuntur, ſi fercula ferculis, acetaria acetariis, fructus fructibus, cruda coctis, cocta crudis, aſſata elixatis, elixata aſſis, recentia vetuſtis, acida dulcibus, mollia duris ſuperaddantur.

Tantas ſtrues, inquit Plautus, concinnant patinarias, ſtandum eſt in lecto, ſi quid de ſummo petas; tantas certè ſæpius, ut bajulo, qui apportet ſit opus: ex multiplici carnium genere extruunt, ac congerunt.

Sed non ſatis eſt, piſces, carnes, frixas, elixatas, aſſatas & aceto maceratas, fumoque induratas aggregaſſe, & appoſuiſſe varia farcimina: piſtoris opera inſuper accedat neceſſe eſt, & aliquot placentæ aggregandæ, apportandæ, devorandæ.

XLVIII.

Num expediant menſæ ſecundæ?

Quoniam ita mos inolevit, ut in magnificis, ac ſumptuoſis quoque conviviis, ſecunda quoque fercula & bellaria apponantur: ſi viro politico conviviorum acceſſus non omninò ſunt præterfugiendi, ſua-

ſuaſor ſum, ut de menſis ſecundis illæ potius prælibentur, quæ coctionem promovent, humiditates in ſtomacho abſumunt, & vapores æſtuantes deprimunt, ut ſunt panes Norici aromatiſati, dyacidonion lucidum, confectio aniſi, fœniculi, coriandri.

Notandum tamen & hoc, nonnulla honoris gratia apponi, quivis hoſpitum contrectabit ea, quæ ſuæ naturæ magis arrident, ac familiariora videntur: non enim omnes iisdem gaudent: juvant nonnullos carnes leporinæ, alios bubulæ, cæteros ſuillæ. Eadem ratio in cæteris eduliis habenda.

Panſa part. theor. gen. 1. de pror. vit. c. 32. Deodat l. 2. panth. hyg. c. 9.

XLIX

Ciborum varietas, tàm animo, quàm corpori nocet.

—— nam variæ res
Ut noceant homini, credas, memor illius eſcæ,
Quæ ſimplex olim tibi ſederit, at ſimul aſſis
Miſcueris elixa, ſimul conchylia turdis,
Dulcia ſe in bilem vertent, ſtomachoque tumultum
Lenta feret pituita. Vides ut pallidus omnis
Cœnâ deſurgit dubiâ? quin corpus onuſtum
Heſternis vitiis animum quoque prægravat unà.
Atque affigit humo divinæ particulam auræ.
Horat. l. 2. ſatyr. 2.

L.

Guloſorum vanitas, & caſtigatio acerrima.

Lucanus:

——— O prodiga rerum

Luxu-

Luxuries, nunquam parvo contenta paratu,
Et quæſitorum terra, pelagoque ciborum
Ambitioſa fames & lautæ gloria menſæ. (*a*)

Statius:

Ah miſeri quos noſſe juvat, quid Phaſidis ales,
Diſtet ab hybernâ Rhodopes grue, quis magis anſer
Exta ferat? cur Thuſcus aper generoſior Umbro,
Lubrica, quâ recubent conchylia mollius algâ? (*b*)

a) *l. 4. de bell. civil.* b) *l. 4. ſylv.*

LI.

Frixa ſuavia, ſed inſalubria cur?

Frixa ſuavia ſunt, ſed minùs ſalubria; ſuavia quidem propter humidum pingue, quo fit frictio; inſalubria autem; quia quod frigitur, humidum internum ſuperfluum, non ita convenienter emittit; quin potius plus adhuc externi redundantis humidi attrahit & imbibit.

LII.

Cur ſuper charta papyracea ova frixa, charta maneat illæſa.

Charta papyracea oleo imbuta, integra manet, cum ſuper eam Ova friguntur; quia nimirum Oleum ſuâ humiditate impedit, ne charta poſſit exſiccari; &, per conſequens, nec amburi, accedit & ovorum albumen, quod ſuâ frigiditate vim ignis retundit.

Keckerman. curſ. philoſ. diſp. 9. problem. 14. & 8.

LIII.

Quomodo Piſces charta frigantur.

E ſimplici charta frixorium vas efformato, ubi oleum

oleum & piſces imponantur, pòſt ardentibus prunis ſine flammâ ſuperpones, & citiùs & commodiùs expedies.

LIV.

Vt pullus excoquatur ſine igne.

Ut, dum iter abſolvimus, pulli excoquantur, Chalybis fruſtulum igni imponatur, tùm in deplumatum & exinanitum pullum injiciatur, & optimè pannis tegatur, ne calor evaneſcat, & ſi tetro odore inficietur, pro cibo tamen bonus erit.

Baptiſta Porta mag. natur. l. 14. c. 10.

LV.

Ova non percoqui.

Eſt hoc in arcanis ſapientum, non quidem Chymicum, ſed tamen inter manus Chymicorum natum, nimirum Ova aquâ percoqui non poſſe, ſi in fundo lebetis, antequã caleſiat, ſit arena vel cinis. Quando joculari moleſtia ſtimulare coquum placuerit, iſthâc uteris calliditate.

Libav. l. 3. epiſt. chym. 37.

LVI.

Quomodo ova diu à corruptela ſervari poſſint?

Cum Ova non ſemper à quovis poſſunt comparari, & ſæpenumero cogitandum nobis ſit, de præſidio futuræ indigentiæ, quò diutiùs à putredinis & corruptionis noxâ vindicentur, furfuribus æſtate, paleis hyeme ſepelienda ſunt, ita ut ſecundum longitudinem reponantur, & ſic obruta aſſerventur.

Alii

Alii aqua abluta ova, ſale tenui intingunt, & ſic conſervant.

Quidam ad 3. vel 4. horas, in muriam tepidam mergunt, deinde extracta in furfures aut paleas deponunt.

Panſa part. 2. de prer. vit. gen. cap. 11. ex Leontio, apud Conſtantin. Cæſar. l. 14. de agric. c. 17.

LVII.

An Ovum ſit plenum, vel vacuum, dignoſcere.

Ovum plenum aut nonplenum cognoſces ex immiſſu in aquam, defectuoſum enim innatabit, plenum deorſum demergetur.

Idem Leont. l. c.

LVIII.

Ova cur merguntur Aquis?

Ova cur merguntur aquis, priusquam genitus pullus ſit, pullo verò excluſo ſuperfluitant? an quia ibi graviora, pleniſſima, calore partem humoris levioris, incraſſatis cæteris terreſtrioribus in vapores, per teſtam ovi poris undique pertuſam exſpirabiles, digerente; hic leviora, maxima ſui parte vacua, ideoque ſupernatantia?

Ruland. l. 2. probl. 250.

LIX.

Ovorum quæ optima?

Ova recentia veteribus plurimùm præſtant, quippe optima ſunt recentiſſima, vetuſtiſſima autem peſſima. Quæ verò in horum medio ſunt, proportione receſ-

receſſus ab extremis, bonitate aut pravitate inter ſe differunt. (*a*) Parvula etiam, oblonga & candida reliquis ſucci probitate excellere creduntur, id quod vulgatis etiam hiſce verſiculis comprobatur:

Regula Presbyteri jubet hoc pro lege teneri,
quòd bona ſint ova, candida, longa, nova. (*a*)

Quin ab Horatio quoque hoc obſervatum eſſe, etiam Plinius meminit: Quæ oblonga ſunt, inquit, ova (*b*) gratioris ſaporis eſſe putat Hor. Flaccus:

Longa quibus facies ovis erit, illa memento
Ut ſucci melioris & ut magis alba rotundis
Ponere —— (*c*)

Candida præſtantiora dixit, atque ejus rei, vel inde certiſſimum indicium colligas, quòd Anatum & Anſerum ova plus aqueæ naturæ poſſideant, pallidioraque, & ob id cibo minus idonea ſint. (*d*)

a. d) *Arnold. de villa nova in com. Schol. Salern. c. 1.* b) *l. 10. nat. hiſtor. cap. 52.* c) *l. 2. ſerm. ſat. 4.*

LX.

Quare ab aſſumpto ovo ſorbili, hauſtus vini conveniat?

Schola Salernitana præcipit, (*a*) ut poſt cujusque recentis & mollis ovi ſorbitionem, optimi vini hauſtulus fiat, ut ſcilicet hoc quaſi vehiculo faciliùs per totam corporis compagem diſtribuatur, avidiùsque à membris attrahatur hoc alimentum, tantopere naturæ noſtræ amicum. (*b*)

a) *Cap. 8.* b) *Deodat. l. 1. panth. hygiaſt. c. 39.*

Digitized by Google

LXI.

Ova ſuffocata quomodo parentur?

Πνικτὰ à veteribus celebrata ova reperio, (*a*) quæ ſic parantur. Ova franguntur, & putaminibus ſuis educta in ollam conjiciuntur, quibus parùm vini, aceti pauciſſimum, butyri pars quarta, tantundem quoque ſacchari, ſi libet, & ſalis, quod ſatis eſt, additur, omniaque miſcentur, & vas operculo clauditur, atque in cacabum, vel aliud vas aqua calida plenum imponitur, & ſic in duplici vaſe ad mediocrem conſiſtentiam coquuntur. Hæc ſorbilibus & tremulis nonnulli præferunt. (*b*)

a) *Gogl. F. de pror. vit. p. 584.* b) *Sennert. inſtit. l. 3. part. 1, c. 3.*

LXII.

Ova an febricitantibus conveniant?

Ova nonnulli in febribus putridis prohibent, (*a*) ſcribitque Herc. Saxonia, piaculum eſſe Venetiis, ova febricitantibus præbere. Verùm id fit ſine ratione. Facilis enim coctionis ſunt, & bonum dant alimentum, modò ſint recentia & rectè cocta. Et licet antiqui in febribus paulò acutioribus plerumque ptiſana aut ejus ſucco contenti fuerint, usque ad criſin: tamen noſtri homines tenui illi victui minùs aſſueti, ova vel illorum vitellos facilè tolerant, nec ea febri quidquam obeſſe poſſunt, neque etiam naturam à coctione avocant, ſi in minori copiâ & non alieno tempore exhibeantur. (*b*)

a) *Panſa part. 2. gen. l. c. c. 11. Gogl. l. c. Ova ſorbilia & ῥυφητὰ vix parantur calida, in ventre verò calidiore*

diore impurioreque juſto diutius retenta facilimè alterantur, inque nocentiſſimam vertuntur bilem, quare in his deglutiendis cautio obſervanda eſt, facilimè enim febrem accendunt, quod ipſe voluptatis magis, quàm utilitatis gratiâ aliquando bina ſic abſorbens expertus ſum. Plater. de feb. fol. mihi 158. b) *Sennert. l. 2. de febr. c. 9.*

Heurn. l. 2. M. c. 5. Vanum eſt, quod vulgus ait, ova valde calefacere: vidi cùm in Italia eſſem, doctiſſimos Medicos ea aſſiduò præſcribentes æſtate media, in temperamentis calidis naturâ & à febribus, nec nocuiſſe. Et Gal. lib. de euch. enumerat ova inter cibos ſymmetros: & 1. ad Glauc. concedit ova, in tertiana exquiſita, quæ ex ardentiſſimo naſcitur ſucco. vide eundem l. de febr. c. 14.

LXIII.

Ova quidam faſtidiunt.

Mulieri Illuſtri Urbis noſtræ ex aſſumptione ovorum recentium ſorbilium alvum continuò ſolvi, ac ſi medicamentum abſorpſiſſet, novimus.

Ac mirandum magis, Illuſtris Comitis cujusdam puerum, cui ſi ova comedenda propinabantur, ſtatim ac deglutiſſet, labia tumeſcebant, & facies purpureis, nigrisque maculis conſpergebatur, osque ſpuma circumdabatur, ac ſi venenum deguſtaſſet.

Don. Marcell. l. 6. hiſt. med. mir. c. 3.

Heurn. de febr. c. 14. Ovum ſorbile alvo ſæpè negotium facit. Novi qui ex duobus vitellis juri mixtis in fluxum alvi trahebantur. Rogandi ergò ægri, num ova ament.

Digitized by Google

LXIV.

Cur Ovum, duobus extremis verticibus, quibus oblonga, atque anguſtiore ſui parte (ut polus Arcticus & Antarcticus) ſubnixum fulcitur, digitis aut complicatis palmis comminui, frangique nequeat, quamlibet premas.

Ovo crudo tàm ſolidam infractamque eſſe firmitudinem, quâ parte in longum, ac geminos vertices ſe porrigit, ut ne à robuſtiſſimo quidem viro comminui poſſit, ſi cui explorare libeat, non vanum aut commentitium experietur: niſi enim in obliquum nonnihil inflectas, atque in latus inclines, non cedet prementis articulis, nec colliſum duriſſimo objecto frangetur: ſiquidem ita renititur teſtacea illa firmitas, ut rumpi, aut ſoluta compage diſſilire nequeat, etiamſi quis compreſſis manibus omne robur, omnesque vires adhibeat: lateribus enim ſtipatum, undique ſe fulcit, nec intorquetur, aut inflexum lenteſcit. Sic ſudes, ligna, trabes, ferramenta erectè, ac ſublimè conſtituta, immenſa pondera ſuſtinent, nec incurveſcunt aut inflectuntur. Cum autem hujus rei non ſint ignaræ villicæ mulieres, quæ nundinarum diebus urbes frequentant, ac merces alimentarias oppidanis adferunt, ova in caniſtris non ſemper prona, aut in alvum depreſſa, in quam ferè ſpontè decumbunt, ſed erecta ac reſupina conſtituunt, ita ut anguſtior pars, quæ utrinque turbinata eſt, ſublimis exiſtat eminentior, quod eâ ratione ab iis perficitur, quo minus collidantur ac pondus impoſitum perferant, quibus etiam partibus ovum ſalſugine aut

aqua

aqua aluminoſâ immerſum fluitat, quemadmodum etiam ſuccinum, vulgò Ambra.

Lemn. de occult. nat. mir. l. 4. c. 14. & l. 2. cap. 6. vide Plura de ovis cent. 4. p. 56. cent. 5. part. 4. & 5.

LXV.

Ruſticorum obſonium.

Obſervandum, robuſtis, ruſticis & mercenariis, cunctisque qui quamlibet actionem fortem ac vehementem obeunt, cibum exhibendum eſſe craſſum ac durum, cùm facultas ipſis concoctoria inſideat fortis. Quo nomine tenuis ſubſtantiæ cibus, ut caro pullorum, caponum, vitulorum, agnorum, ut & olera nonnulla, ptiſanæque cremor ipſis denegatur: fumata potius, ſalita, ſiccata, panesque antiqui competent. Ova enim tremula, Piſces ſaxatiles & cæteri cibi ſubtiliores corrumpuntur & aduruntur potius, quàm concoquuntur, citiùsq; quam par eſt, conficiuntur. Quid enim vaccis muſcata prodeſt? *(a)* Ruſticis quoque plurimum obſunt Phaſianorum *(b)* & perdicum carnes, teſte Iſidoro, nam in eorum ventriculo, craſſi ſucci alimentis conſueto, facilè corrumpuntur, in bilem abeunt, phreneticosque illis affectus excitant, ut meritò à principibus cautum ſit, ne quis ruſticanorum Perdicum aucupio incumbat, & huic venationi vacando, & domos, & agros, totamque familiam dilapidet. *(c)* Nuperrimè audivi, quosdam ruſticos ad convivium congregatos, carnibus cochlearum non ſatiari potuiſſe, & pro ſolidiore cibo ipſas quoque teſtas ad explendum deſiderium devoraſſe, nam ruſticis ſolidiſſima aptiſſima. Ova itaque majore ex parte civibus vendent, pane atro contenti vivant, à

pullis gallinarum, columbarum &c. abſtinebunt & in eorum vicem ſubrogabunt caſeum, piſa, lentes, olera, carnes bubulas & vaccinas vetuſtiſſimas: cœpa & allium ſit ipſis loco condimenti ac Theriacæ. *(d)*

a. d) *Panſa l. 2 pract. gen. de pror. vit. c. 11.* b) *Caſtellan. l. 4. de eſ. carn. c. 10.* c) *Deodat. l. 1. panth. hyg. c. 37.*

LXVI.

Contactûs magnetici & incorporei vis mira.

Virtutem in naturæ remotioris operationibus non eſſe, niſi à contactu illo propinquiori, ſi contendas, quicquid eſt tuarum, ſive è Stoa, ſive è Peripato argutiolarum, non paribus ſophiſmatum ſtrophis & involucris diluam; ſed ſcommate vel è ſtabulis, vel triviis petito.

Ventris onus nimis vicinum excrevit quiſpiam, vel in contumeliam depoſuit alicui, ut offendatur ejus graveolentia? animo vindictæ cupido, tàm incivilis ultor depoſiti prunas candentes, cum vino aduſto & pipere, excremento injiciat recenti, & exagitabit nebulonem iſtum adeò, ut aliquot dies ægrè illi ſit, & pudendis illis partibus inſidere nequeat.

Quin & conſimili Magnetico quodam Magico-phyſico artificio, tantus alicui alvi fluxus, abſque ullo pharmaco, ſive intrinſecus exhibito, ſive foris admoto, ſolâ Magnetis naturæ ſpiritualis ac inviſibilis ſympathici illius virtute, atque efficaciâ, concitari poteſt, ut inde, niſi ſiſteretur (quod non niſi ab illo fit, qui fluxum illum occulto modo concitavit) in præſentiſſimum vitæ periculum adducatur.

At nihil ibi contactus eſt corporei, ſed Magnetica eſt

eſt pura puta vis quædam & efficacia: cujus ſpiritualis contactus exempla è Naturæ profundis ſexcenta licet haurire, cui otium eſt illis immorari. Nos enim non moramur corporeũm illum contactum, quem rus merum novit, & mare ipſum ſentit.

I. Erneſt. Burggrav. in. Achil. panopl. rediv. p. 82.

LXVII.

Ne fomes fumiget.

Cui fomitis fumus moleſtus eſt, dum advigilare cuſtodiæ urbium & caſtrorum cogitur, aceto permaceratum reſiccatumque carbonem curet, & flammam alet ſine fumo.

LXVIII.

Carbo ad vigilias caſtrenſes aptus.

Ad vigilias caſtrenſes valdè aptus is eſt Carbo, qui fit ex junci medullâ, abjecto cortice, quæ medulla coquenda eſt in vino ſolutionis halo-nitri, & ſicca reddenda. Si ei admoveris ſulphuratam candelam ignitam aut prunam, è veſtigio inſtar naphtæ flammam rapit, defenditque per totam noctem.

Libav. l. 3. epiſt. chym. 31.

LXIX.

Gigantes & Pygmæi, cur plerumque tardioris ingenii?

Gigantes & Pygmæi plerique aut ſtupidiores aut ſtolidiores: quia nobiliſſimæ formæ humanæ in talibus corporibus conveniens materiæ proportio ad operandum tributa non eſt.

Keckerm. curſ. phil. diſp. 2. probl. 2.

Digitized by Google

LXX.

Colchotaris vis in ſiſtendo ſanguine memorabilis.

Illuſtriſſimus Auranciæ Princeps Guilielmus Naſſovius, Antverpiæ à latrone læſus in collo, ita ut jugularis vena magna illa maximam copiam ſanguinis funderet, per plurimos dico dies, cum cottidie plurimas libras ſanguinis emitteret, ſalvis viribus evaſit. Non enim potuit ſiſti illa fluxio, tandem quidam ſtrepto ex digeſtivo, ut ajunt, illito, ac involuto colcothare, quod vulneri intrudebatur id perfecit; voco Colcothar, vitriolum uſtum.

Ego ſanè invictos hæmorroidum fluxus, illicò compeſcui, aſperſo colchotaris pulvere.

Heurn. in expl. aph. 3. l. 1. Hippocr. De morbis narium c. 10.

Vide cent. noſtr. 8. part. 91.

LXXI.

Bella marina qui præſtent terreſtribus.

Bella marina præſtant terreſtribus, tùm quod minori apparatu gerantur armorum & equorum, tùm quod diſciplina in iis ſanctior & minor occaſio petulantiæ militaris, deprædationum item & vaſtationum.

Keckerm. curſ. phil. diſp. 1. coroll. 2. polit.

LXXII.

Aqua & olea fragrantia, qui occludi debeant, ne vis eorum pereat?

Valdè caſtiganda eſt temeritas Pharmacopolarum, qui fragrantiſſimas Aquas & Olea, admodum ruditer

ter obſtruunt, vel levi cerâ impulsâ, vel cono papyraceo, vel complicatâ chartâ, aſtrictâque, vel veſicâ, vel tegumento alio ſimplici, ſicut pyxides ſolent vulgo claudi. Neceſſe eſt ita multùm perire virtutis, & Medicos emptoresque decipi. Occluſio etenim hæc non prohibet perſpirationem, niſi accedat gluten.

Libav. l. 1. epiſt. chym. 24.

LXXIII.

Floris Aphricani venenoſitas.

Apud Belgas, Germanos & alibi, in hortis colitur & ſingulis annis ſeritur flos Aphricanus. In Aphricâ pleriſque locis ſponte provenit, unde primùm in has regiones invectus: quando videlicet D. Carolus V. Rom. Imperator, (1535.) apud Tunetum celebri potitus eſſet victoriâ: ex quo illi & Aphricano & Tunetenſi cognomen. Germani Indianiſch Blumen und Negelein. Brabanti Flandrique vulgò Thunis Blumen/ vocant. Venenoſâ & refrigerandi potentiâ florem Aphricanum donatum eſſe, odor ingratus caput aggravans, cicutæ ſimilis, qualis in Lycoperſii ſucco, oſtendit: deinde & experimentis nonnullis conſtat. Memini etenim in puero, qui flores mandere inceperat, labia & os inflata me vidiſſe: ſicuti crebrò iis accidit, qui cicutæ fiſtulis ludentes, aut modulantes, intra labia eas aliquandiu continuerunt. Feli etiam flores cum calycibus, recenti caſeo permiſtos, olim dedimus: quæ mox valdè inflata, & non multò poſt mortua fuit. Mures quoque, qui ſemen arroſerant, mortui feruntur reperti. Quæ omnia venenoſam & deleteriam hujus herbæ facultatem oſtendunt,

Sſſ 5

dunt; & non audiendos eſſe eos, qui hanc Tanaceti vel Artemiſiæ ſpeciem, aut innoxiam ſtirpem fore autumant.

Dodon. de flor. coronar. c. 18.

Vide Bauhin. in pin. theatr. botan. l. 4 ſect. 1.

LXXIV.

Febre ardentiſſimâ laborans, & vinum avidiſſimè expetens, quâ ratione à Medico deceptus fuerit.

Quidam febre ardentiſſima laborans, aquam & omnia extinguendo ardori idonea remedia, averſabatur, vinum verò avidiſſimè appetebat. Huic Medicus, teſtaceum vaſculum recens è fornace extractum, arreptum, vino multô imbuit. Deinde effuſo vino aquâ implevit: & mox domunculam, in qua æger decumbebat, multis aulæis obumbrare jubet, ne lux dolum indicaret: & ægro vaſculum, velut mero refertum, bibendum porrigit. Æger autem priusquam id in manus ſumeret, vini odore ſtatim allabente, nihil curioſius de exhibito ſcrutabatur; ſed odori credens & tenebris deceptus & cupiditate inductus, quod datum erat, multa cum promptitudine exhauſit, & exatiatus, & ſtatim æſtum excuſſit & imminens periculum effugit.

Chryſoſtom. in dial. de præſt. Epiſcop.

LXXV.

Potus jucundus, pro iis, quibus vino uti non licet.

Recipe liquirit. raſ. & inciſ. unc. ſemis. coq. in men-

menſur. unâ aq. fontan. adde Cinam. drach. duas, coriand. præpr. drach. ſem. ſem. aniſ. parùm, ſtent in canth. ad refriger. col. & bibatur.

D. Phil. Imſer.

LXXVI.

Vina deceptiva.

I.

Qui in febribus à vini potu arceri omninò nolunt, tale vinum deceptivum illis parari poterit. Recipe aquæ fontanæ libr. quinque, aceti vini albi libr. ſemis, panis Zucari pulv. uncias tres. Miſceantur fortiter, & videbitur vinum album Gallicum, & q. viride; non ſit multùm acetoſum, nec parùm.

LXXVII.

II.

D. Conradus Steck, quondam Aulæ Wirtembergicæ Medicus, & Anteceſſor meus, vinum deceptivum ſequenti modo parat. Recipe aquæ fontanæ lib. 10. aceti vini albi, ſacch. albi ana uncias quatuor, bulliant per quartam horæ partem, & fiat Juleb longum, de quo æger aſſumat pro vice, uncias ſex.

LXXVIII.

Febricitantibus, collutionem oris ex vino generoſo, concedendam non eſſe.

Multi patientes, febre laborantes, tanto vini etiam optimi deſiderio tenentur, ut Medicis, vini uſum, ex

ex toto prohibentibus, ubi febrem augeri percipiunt, enixè ab his petant, ut collutionem ſaltem oris ex vino generoſo ſibi concedere velint. Nec rarò obſequentes Medicos inveniunt, qui haud difficulter hanc illis concedunt, & ægris nihil mali accidere poſſe putant. Qui tamen turpiter decipiuntur, cum tunica interna ventriculi, gulæ, linguæ, palati & omnium partium una & eadem ſit, unde corpus proximum & univerſum habitum calefacere poſſunt. Magis ergo probantur frigida, quæ in ore retenta, ventriculum quoque refrigerare poſſunt.

LXXIX.

Hutzlenbrüe/ *quid & cui uſui.*

In magno æſtu febrili & ſiti, nonnulli utuntur brodio ſeu jure decoctorum pyrorum aridorum, Hutzlenbrüe/ & bene juvantur.

Ita Bononiæ, & aliis quibusdam in locis per æſtatem totâ die, in foro, hujusmodi brodium venale habent, vil Aengſter voll in einem Külwaſſer.

W. *Gabelchover. cent. 6. curat. & obſ. medic. annotat. ad obſ. 87.*

LXXX.

Vinum an febricitantibus conveniat?

An in Febribus Vinum convèniat, controverſia eſt, ad quam ſimpliciter reſponderi non poteſt, cum ſit magna & febrium & vini differentia: nec omne vinum omnib. febribus, nec aliquod omnibus, aut nullum nullis, ſed aliquod aliquibus ſolummodò convenit. Febres enim & humores, à quibus febres procreantur, alii aliis ſunt calidiores; nunc cocti, nunc crudi, vires nunc debiles, nunc fortes. Vinum aliud

aliud eſt potens, aliud tenue, aliud mediocre. Vinum, quò potentius eſt, eò magis nutrit, & ſpiritus celeriter reficit: ſed calefacit febrem & ſitim auget, caput petit: quod genus vini propterea nulli febri competit. Auſtera quoq; vina putridis febribus non competunt, cum adſtrictionem febres putridæ non ferant. *Sennert. l. 2. de febr. c. 9.*

LXXXI.

Quale vinum, & quando febricitantibus conveniat.

Vinum oligophorum convenit album, non auſterum, nec fulvum. Tamen illud ſemper perpendendum, Galenum ſcripſiſſe *(a)* omne vinum calidum eſſe: quare illud non propinabis, ſi mentis movendæ ſit metus, vel cephalalgiæ, aut phlegmones principis partis, vel ardentis febris, & ſi ſalſa deſtillatio juncta ſit febri: hæc enim à vino incrementa ducerent. Verùm ſi nil tale adfuerit, & febris ſit remiſſior, vinum dabis; ſed non ſuſque deque quocunque tempore, ſed dum ſigna pepaſmi manifeſtò apparent, ex ſententia Galeni. Quare non illico, dum ſigna pepaſmi apparent, ruemus in vinum: nam vinum datur eâ lege, ut quæ jam triumphata ſunt, à naturæ vi excludantur: quæ, ſi excludi non poterunt, à vino ob cruditatem, geminabitur infarctus. Diſtingues etiam, num ſit intercalaris febris vel perennis. In continuâ febre, ubi crudor adeſt, vel etiam pepaſmus, ſi maxima adſit materiæ copiâ, à vino abſtinebis. Si ſit exigua materiæ copia, coctaque ſi ſit, da vinum aquoſum, ſi febris non ſit vehemens. (*b*)

a) *Simpl. l. 8.* b) *Heurn. de febr. c. 14.*

LXXXII.

LXXXII.

Quibus febricitantibus conveniat vinum.

Natura non ſuſtinet repentinas mutationes. (*a*) Ergo vinum bibere aſſuetis, licet febre corripiantur, non ſubitò vini uſus prohibendus. (*b*) Vinum conceſſi aliquando D. Cornelio Zuzio, Præſidi Hollandiæ, qui plus vini ſemper bibebat, quàm cereviſiæ; à quo vino, cum per aliquot dies abſtineret etiam in febre exquiſitâ tertianâ intermittente ex conſilio Nievenii, cui, cum vinum diebus quietis admiſiſſem, citius à febre liberatus eſt, & vires meliùs recuperavit, habenda eſt enim ratio conſuetudinis. (*c*)

a) *Hippocr. de cibo & potu.* b) *Deodat. l. 2. panth. hygiaſt. p. 149.* b. c) *Foreſt. l. 3. obſerv. 9. Cent. noſtr. 10. memor part. 23. & ſeq.*

De uſu vini in febribus, vide Sylvat. controv. 12. Avicen. l. 1. fen. 3. doctr. 3. c. 8. Fen. l. 4. tract. 1. c. 12. 18. 24. 30. & 37. Tract. 2. c. 38. 55. 57. & 64.

LXXXIII.

Quare vini dulcis potatores non fiunt ebrii?

Quia vinum dulce, eſt inodorum, odor autem omnis caput tentat & gravat: & quia eſt lene, ac lentum, itaque foramina obſarcit & interſepit: imò tale vinum, ſuper alia vina potatum ebrietatem prohibet, deprimens ipſa ne evaporent. Et cum ſit medium & temperatum, in calido & frigido, eſt naturæ amicum & ante integram concoctionem avidè & velociter attrahitur ab hepate, & à membris, unde parvam moram du-

Digitized by Google

ducens in ventriculo, malè ad cerebrum evaporare poteſt.

LXXXIV.

Quare Muſtum rarò ſolet inebriare?

Vinum muſtùm rarò inebriare ſolet ob 5. cauſas: 1. quia in minori aſſumitur quantitate, celerem enim affert ſaturitatem. 2. quia craſſum exiſtens parùm penetrat. 3. quia dulce eſt. 4. quia, cùm ſit grave, non fluctuat, ſed deſcendit velociter ad inteſtina. 5. quia frigidius & humidius vino veteri.

Ariſtotel. ſect. 3. probl. 12. & 13. Dom. Leon. pract. l. 1. ſect. 1. c. 20.

LXXXV.

Ebrietas varia.

Ebrietas eſt varia pro ejus naturâ qui bibit, & pro vini conditione, in facultate, colore, conſiſtentiâ & ſapore. Si quis enim cute perſpirabili, utatur tenui vino, quod non aſperando eſt nervis moleſtum, is non facilè ebrius fiet; aut ſi fiat, facile evaneſcet ebrietas. Si verò quis non perſpirabili cute, ut mulier, ſe liberalius vino invitat, ut non facilè ebria fiat, diutiſſimè tamen durat illa ebrietas: cerebrum enim in his frigidum & humidum unà cum ventriculo, hinc inopia caloris nativi, unde non facilè diſſipantur vapores è vino elati.

Heurn. comment. in aphor. 5. ſect. 5.

LXXXVI.

Oleum amigdalarum non craſſeſcit.

Oleum amigdalarum torcularis expreſſione extra-ctum,

ctum, in officinis aſſervatum, per ingentiſſima frigora non craſſeſcit, nedum congelaſcit: ſecus verò accidit aliis oleis, ex olivarum oleo paratis, quæ omnia craſſeſcunt & coëunt,: nam Olei olivarum calidum in craſſioribus partibus fundatum, olei verò amigdalini in tenuioribus: ſic & ob id acetum ex puro vino & meraco paratum, nec congelari, nec craſſeſcere, ob eandem cauſam obſervamus. Quòd ſi quis id occultæ cuidam proprietati aſcribere maluerit, non renuemus, cùm à Cteſia ſcriptis mandatum ſit, radicem quandam apud Indos haberi, quæ aquæ, aut vino, exigua portione impoſita illa condenſet, ut manu teneri, ac ceu cera tractari poſſint.

Donat. Marcell. libr. 1. de med. hiſtor. mirab. capit. 4.

Lemn. l. 2. de nat. occ. mir. c. 34. Oleum ex lini & ſeſami ſemine expreſſum, nunquam, præter cæterorum oleorum naturam, frigore indureſcit, propter mollitiem atq; inſitam caliditatem.

LXXXVII.

Plumbum liquefactum, & oleum fervidum, urentiſſima.

Non eſt in rerum natura plumbo liquido, aut oleo fervido quid urentius, adeo ut ſi cochlear ſtanneum aut plumbeum, oleo ferventi, aut plumbo liquefacto, immergas, confeſtim liqueſcat ac diſſolvatur, quod in ferventiſſimâ aquâ nunquam effeceris. Oleum enim & pinguia quæque ferventiſſima fiunt, caloremque maximum concipiunt, ſic ut plumbum citiſſimè fluxile fiat, ac liqueſcat, pinguedinis admixtu, cùm

cùm aqua prohibeat, quò minus calor in plumbum penetret, eoque fit, ut Anguillæ in craticulâ toſtæ vehementer digitos adurant, ſi incircumſpectè verſare pergas: adhæret enim pingue digitis, ac cutem exulcerat, ardoreque veſicas ac bullas excitat.

Lemn. l. c. Fabric. c. 1. de combuſt.

Plumbum liquatum, ut manu tractatum, non urat, vide cent. noſtr. 10. part. 94.

LXXXVIII.

Cur, cum puella fortè in ſuum amatorem incidit, rubore ſuffundatur, etiamſi aliàs maximè palleat?

Caſta aliqua puella, & verecunda, cùm forte fortuna incidit in ſuum amatorem, rubore ſuffunditur: fit, ut adoleſcens aliquis, à natura probus, in aliquo delinquat, aut ei in mentem veniat, ſe trahi in criminis alicujus ſuſpicionem, etiam falſò, indeque frons genæque ejus inficiantur, ſeu ſuffundantur rubore, etiamſi aliàs maximè palleant. Unde frons ſedes verecundiæ & honoris, à veteribus (ut Ariſtotele) conſtituta eſt. Jucunda eſt cognitio cauſæ phyſicæ. Cur igitur cum pudet aliquem, vel facti, vel viſi, vel auditi, genæ tingantur, hujus ſymptomatis cauſam ſtatuimus eſſe, quia pudefacto ſanguis de corde in omnes fermè corporis partes diffunditur, ita ut ſuperficiem occupet. Sed tamen præcipuè inficitur facies. Primùm enim frons vicina eſt imaginatrici virtuti, quæ cum ſenſu communi in anteriore parte cerebri veluti prora capitis collocata eſt. Ejus virtutis vi, triſtia vel læta, decentia vel minus decentia, ad judi-

cium, & velut tribunal rationis graviſſimum ſubitò deferuntur. Ab ea ſimul atque dijudicantur, erubeſcit homo in viciná, eâque habili parte, fronte potiſſimum (unde perfrictæ frontis dicimus eſſe eos, qui pudorem omnem abjecerunt & veluti (*a*) exuerunt.) Etſi enim in pudore & verecundia primùm repente ad interiora confugit calor, tamen mox ſeſe foras diffundit affatim: non ſecus atque calor iis revocatur, qui frigida ſe laverunt, ut ita calor ſecum certare videatur (hæc lucta exiſtit ex timore quodam, qui eſt pudoris initium) & tamen vincat ſanguine cum ipſo excitato. Hinc ergo fit, ut in pudore genæ repentè rubeſcant. Deinde rubore inficitur frons, quia homo ſcit frontem, qui animi εἰκών eſt, unam omnium partium corporis maximè eſſe apertam, & aliorum oculis objectam. Aliquando fit, ut præ verecundia vix audeamus hiſcere, & pudor ſilentii pater dicitur. (*b*) quid ita? id eſt, ab animi perturbatione, & metu reprehenſionis. (*c*)

a) *Eraſm. chil. 1. cent. 8. adag. 47.* b) *Scalig. exerc. 99. de ſubtil.* c) *Gogl. P. diſquiſ. Philoſop. 15.*

LXXXIX.

Cur in eruto Romæ Tulliæ, F. Ciceronis cadavere, omnes cranii capilli fuerint incolumes?

Tempore Pontificis Sixti, ante annos 1000. & plus eo, erutum Romæ eſt Tulliæ Filiæ Ciceronis cadaver, in cujus cranio omnes capilli fuerunt incolumes. Integritatis hujus quæ cauſa? veriſimile eſt, cùm caput Tulliæ eſſet inunctum balſamo & refertum aro-

aromatis,ſemper fuiſſe ſuppeditatam ei materiam generationis pilorum.

Magir. anthropol. tract. 2. c. 21. p. 117. & 119.

XC.

Ἑλμινϑάγογον *ex avellanarum oleo.*

De oleo lignorum exſiccatorum de Avellanis, per deſcenſum parato, da mane cum mica panis, unam vel duas guttas pueris, ſenibus verò 3. vel 4. imediatè vermes interficit & educit per ſeceſſũ: eſt enim fortè evacuativum, ideoq; non datur nimis pro vice, quia valde ſolvit. Si vis experiri veritatem, tunc accipe quodcunque genus vermium, imò & pediculos, & impone ad modicam quantitatem iſtius olei, & in momento temporis moriuntur, ex quâ proprietate hoc fiat, neſcio, ſed verum eſt.

Stocker. in Empirica l. 1. c. 40.

XCI.

Lumbricorum facilis & blanda expugnatio.

Experimento comprobatum habeo, puerorum lumbricos, uvarum paſſarum eſu expugnari, ſi jejunis, nullo alio admixto edulio illas exhibeas. Ut enim amarulenta quæque, ita dulcia affluenter hauſta vermibus inimica. Diſtendi enim illos contingit ac diſrumpi ſuavioris edulii copiâ. Sic etiam hominum ventriculus turgeſcit, ac tormina concipit, dulcibus affatim ingeſtis.

Lemn. l. 1. de occ. nat. mir. c. 21.

Digitized by Google

XCII.

Remedium mirabile ad vermes.

Stanni puri unciam in puro catino liqua, extingue decocto cornu cervi, vel liquore ſtillatitio Hyperici, vel centaur. minoris, aut portulacæ; extinctionem ter, quatérve repete. Hujus colaturæ da hauſtulum bis, aut ter in die, Robuſtioribus 3. vel 4. Jovis uncias liqua, & ubi convenit, etiam Cereviſiâ, aut vino utere. Delicatulis ſatis eſt aqua chalybeata, vel etiam ſimplex fontana, pro materia extinctionis.

Deodat. l. 3. panth. fol. 93. & 163. ex Libavio.

XCIII.

Euporiſta ad vermes puerorum.

Megacoſmi lumbrici loti, exſiccati, pulveriſati, & exhibiti, omnis generis Microcoſmi vermes occultâ quâdam proprietate expellunt: Microcoſmi vermes non item: ſed loti, ſiccati & exhibiti, lumbricos potius in corpore generant, quo medicamento paſſim Agyrtæ utuntur, incautosque decipiunt.

(*a*) Farina ex putrida abiete necat vermes.

Oleum olivarum cum limonum ſucco hauſtum, ad excludendos infantium vermes, pro ſingulari remedio habetur. (*b*) Adoleſcenti 18. annorum, cum vermibus afficeretur, ſummâ cum laude exhibui cochlear unũ ſucci granatorum & cochlear dimidium olei olivarum ſimul commixta: eo quidem (dictu mirum) quinque ſedes habuit, multosq; vermes ſimul dejecit.

No-

Digitized by Google

Nobilis quidam Gallus, D. de Chamou, hoc arcano utebatur, dicebatque Reginam Galliæ ſolitam eſſe hoc remedio uti in pueris ſuis.

Lucas Chinus Medicus Bononienſis, amicus noſter familiaris, millies per ſe expertum jurejurando mihi affirmabat, uſum ſolius ſucci herbæ Graligæ dictæ.

Oleum Nucum commendatur à Grado, quod & Matronæ Mediolanenſes, ex conſuetudine, ſemel in hebdomade, infantibus dant pueris, cum pane aſſato & modico vini. (*c*)

Recipe Mercurii crudi ſcrupulum unum, propinetur per ſe, vel cum aquâ portulacæ unciis quatuor fortiter agitetur in phiala vitrea, poſtea aqua ſeparetur & propinetur. (*d*)

a) *Lumbricus appellat lumbricum, vide Cent. noſtr. 9. part. 23. centur. 8. part. 100.* b) *Deodat. l. 3. panth. c. 24. l. 2. c. 1.* c) *Foreſt. l. 21. obſerv. 28. & 32.* d) *Phil. Müller. myſt. med. fol. 165. centur. noſtr. 5. part. 89. Pharmac. Spagirica p. 20.*

XCIV.

Vermis Umbilicalis definitio, ortus.

Vermis Umbilicalis (Germanis Beigswurm / Geiß oder (*a*) Herzwurm) eſt animalculum vermiforme, toto genere præter naturam, in Vena Umbilicali pueri nuper nati, aut non longe poſt, ex nimiâ ſanguinis, pituitoſi præſertim, copiâ, obſtetricis inprimis incuriâ & negligentiâ eò protruſi & corrupti, virtute tincturæ & principii cujusdam ſeminalis, & adjuvante calore partium earum duplici, putredinali

& τῶν τῷ ϛοιχείῳ ἄϛρων ἀναλόγῳ productum, & poſt ejus incrementum, mirè infantulum, ad longam interdum ætatem, variis ſymptomatibus, inprimis verò ſanguificationem & totius nutritionem impediens. (*b*)

a) *Oſſ. Gabelchover. in medic.* Würtemberg. *part. 2. fol. mihi 138. Balth.* Schnurr / in der Schatzkammer Menſchlicher Geſundheit. *fol. 136.* b) *Matth. Müller. Collegii Medicorum, Illuſtris Academ. Tubingenſis. Senior. Vir praxi Medicâ Clariſſ condiſcipulus olim meus, in dictâ Academiâ per multos annos, Amicus meus certus. diſput. de Verme Umbil. An. 1625. M. ſept. habitâ, theor. 11.*

XCV.

Hiſtoria Vermis Vmbilicalis.

Puella ſemeſtris affectu, quem den Geitzwurm vocant, laborabat, valdè inquieta erat, cum febriculâ quadam inordinatâ, cum autem pharmaca parùm proficerent, Mater ejus Nobilis fœmina, ſuſpicata quod erat, Umbilico filiolæ impoſuit unum è piſciculis, quos fundulos, noſtri Grundlen vocant, vivum, faſciiſque alligavit quotidie ſemel & per horas 24. ita relinquebat, vermis autem depaſcebatur piſciculum ſemper relictis oſſiculis, ac mox ſubducebat ſe iterum in Venam Umbilicalem, ceu habitationem propriam. Accidit autem poſt 8. vel 10. dies, ut faſciæ prædictæ laxatæ, nonnihil deorſum delatæ, ab Umbilico recedentes piſciculum ſecum traherent, hinc vermis prædam inſecutus, ex Umbilico totus excidit, unde regreſſum in vas Umbilicale invenire non pa-

Digitized by Google

potuit, & ſic extra corpus per ventrem infantis extenſus, mortuusque repertus fuit, ſemipedali magnitudine, figurâ terete latiuſcula, pelliculâ non tenui ac levi, qualis lumbricorum eſſe ſolet, ſed duriuſculâ ſeu ſubcruſtacea, colore pallido ex luteo albicante. Hinc αὐτόπτης didici famam illam, vel Geißwurm/ quam ſuperſtitioſam & anile figmentum antea credideram, non vanam, ſed veram eſſe, licet Medicis Practicis vermium hoc genus ſit ignotum: non ſecus atque alterum die Miteſſer genannt.

I. Georg. Brengger, in epiſt. ad Hœchſtett. in append. part. 2. rar. obſerv. litt. K K. 2a. Sennert. l. 3. Pract. p. 984. b.

XCVI.

Iudicium de verme Vmbilicali, controverſum.

Hiſtoria de Verme, quem Geißwurm vocât, communicata grata eſt, fido videnti, fabulam hactenus putavi. Fundulum ex una parte vidi conſumptum, adſcripſi calori abdominis, non vermi, ignarus unde illuc pervenire poſſit, & cur rodat piſces, non carnes hominis, ibi generari vix mihi poſſum imaginari. Riſi ſæpè mulierculārum medicamentum, quod ex pulvere ſabinæ & vitro pulveriſato ac melle, excepto in formam Electuarii conficiunt, & in putamine juglandis umbilico ſuperponunt, ac ſi glires interficere cogitarent.

Doctiſſimus Collega D. Lucas Byler, referebat ſe in conſilium vocatum fuiſſe, ad puellam quandam 7. annorum, quæ & conſumpta, & dolores patiebatur circa Umbilicum. Quam mulierculæ à lumbrico, cui nominationem indigitant, & vulgò vocant den

Geiſzwurm rodi exiſtimabant, ea propter fundulos tribus vicibus applicuerunt., quos à lumbrico conſumptos putabant. Cum verò rem penitiùs conſideraret, putrefactos potiùs (ob fœtorem ingratum) vidit, quàm à lumbrico voratos, tertio die puellæ defunctæ cadaver ipſo præſente fuiſſe apertum, ſectâ cute peritonæum, eo in loco, quo dolores patiebatur vivens, à ſero acri & bilioſo, eroſum fuiſſe conſpectum, qui à lumbrico excitari putabantur.

Hœchſtett. l. c. K. K. 8 b. & ſchol. ad caſ. 6. decad. 6.

XCVII.

Vmbilici vermis cura.

In Umbilico vermem latentem, applicatione farinæ lupinorum in aceto coctæ, produximus & extraximus, ſine læſione, aliam curam requirente.

Plater. de vitiis p. 986.

XCVIII.

Chryſopæi ſalarium.

Novi quendam, qui ex quovis metallo ſe Aurum efficere poſſe jactitabat, cujus artificii admirandum ſpecimen & me, & multis aliis, tàm Illuſtribus, quàm aliis aſtantibus perſonis, proferebat. Hic, non multo tempore præterlapſo, à quodam Illuſtriſſimo Principe, (ut ex ferri certo pondere definitum auri pondus produceret, quod ſe effecturum, confidentia ſæpè probati artificii perſuaſus, promiſerat) conductus quaſi, magnificè & ſplendidè ſuſtentabatur. Operatione autem ad manus ſumtâ, aleæ infelici jactu, res operato fine deſtituebatur: nam dum aurum ſe co-

ſturum firmiter credebat, funem in tigillo, loco auri invenit, cujus ſoliditate vitam tandem finivit.

O præſtigia diaboli & faſcinationes, nomina mille habentis, mille nocendi artes! quapropter ineffabili varietate humanum genus & ſine ullo labore ludere valet.

Gothfr. Smoll. man. rer. admirab. c. 12.

XCIX.

Bufo indicibilis & inexplicabilis malignitatis.

Quendam ex pharmacopolis caſtrenſibus, cum ſummo mane ſtrophiolum caligis more Hiſpanico concameratis extracturus, eſſet, ingentis horrendæque magnitudinis Bufonem, qui iisdem ſe per noctem occuluerat, protraxiſſe vidi & inhorrui: monens ut confeſtim affrictu terræ ſiccæ & purioris manum ſedulò detergeret: quod cùm feciſſet, nil deinde mali ſenſit.

Secus evenit militi haſtato Suevico, viro aliàs magnanimo: qui cum paulò plus adbibiſſet, ad tentorium rediens, cum inter eundum in bufonem incidiſſet, pro ranâ eundem ob ebrietatem agnoſcens, & comilitonibus, ut putarat riſum moturus, captum ſuſtulit: qui cum preſſus, ut ſolent, lotio manum defœdaſſet, ille verò rem, ut arbitrabatur, nullius momenti neglexiſſet, manu fœdè inflammatâ & febre ſymptomatica coingruente, miſerè tandem contabuit.

Simili ferè infortunio Capitanei Bockles ſcriba caſtrenſis occubuiſſet: niſi ſui obſervantior, non nimis diu malum radices agere paſſus fuiſſet. Ex improviſo enim poſt aurem ſiniſtram carbunculo erumpente,

poſtquam mediâ nocte ſe à rana (quod putabat) excitatum confirmaſſet, Chirurgo quid agendum eſſet auctor eram. Quod enim venenum præſentiſſimum hominem coinquinâſſet, vel hinc conſtabat, quod prorſus intolerando fœtore carnes, uſque ad intimum cranium lues depaſceretur.

Tobias Cober. obſerv. caſtrenſ. decad. 3. ſchol. ad obſerv. 4.

Vide Centur. noſtr. 9. partic. 28. & ſeq.

C.

Teſtudo.

Eſt dorſum tumidum, ventris planiſſima ſedes;
Summa ſibi dentes cauda reflexa tenet.
Inteſtina foris ſunt, è quibus edere vocem
Quod nequit, ipſa ſibi muta miniſtra facit.

Jul. Caſ. Scaliger.

Hoc eſt Teſtudo, quam ita Germanicè feci loquentem.

Mein Bauch mir ſtehet hinderwertz/
In meinem Leib iſt gar kein Hertz/
Kein Leber/ Lung/ kein Miltz/ noch Mag/
Das G'därm ich auff dem Rucken trag.
Der iſt ſo glatt/ ſo platt und eben/
Ein ſchöne Roſe drauff thut ſchweben.
Sampt einem Steg gar öd und ſchmal
Sind ungerühret ohne ſchal.
Der krumm Schwantz ſteht mir oben auß/
Da guckt ſo mancher Zahn herauß/
Ob ich wol ſtumm bin/ gar und gantz
Doch ſchlag'n d'ſtummen auff mir ein Tantz.

Natan Chytr. in not. ad Caſam de moribus, fol. 179.

CENTVRIÆ XIII.

Particula I.

Suffocati in aqua ferè, quâ ratione revocandi.

SI ex ſubmerſione in aquam, quis ſuffocationis periculum incurrat, & extinctæ animæ ſpeciem præbeat, is aquâ ereptus protinus moveri debet, & capite deorſum inclinato, ac pedibus elevatis, ſurſumque converſis, ac penna oleo intincta, vel digito ori immiſſo, vomitus provocandus, quò eo modo aqua commodius effluat *(a)* & forinſecus, manuum impoſitione ventriculi actio adjuvanda: vel exhibeatur decoctum hordei, ficuum, glycyrrizæ, adjecto butyro & ſaccharo, vel decoctum florum chamæmeli cum cereviſia. Poſtea verò vinum meracius vel mulſa exhibenda, & etiam aliquę aquæ vitæ. Simul æger in calido conclavi (præſertim hyberno tempore) ſervandus, & ſuffumigia inſtituenda, ut moſchi (modo non ſint puellæ malis uterinis obnoxiæ) ligni aloës & ſimilium. *(b)* Reaſſumtis viribus, Hali Abbas ſuadet, *(c)* ut per aliquod dies decoctum ciceris cum lacte exhibeatur, quod remedium, quid præſtare valeat, fateor me ignorare, niſi ea ratione id conſulat, ut, ſi aqua in corpore remanſerit, ciceris facultate diureticâ per renes excernatur, & viæ cōmunes magis, quàm par ſit, à medicamentis exſiccatæ, à lacte leniantur ac humectentur, & ſimul ſit remedium & cibus. *(d)*

a) *An*

a) *An malè: nam in illo corporis poſitu inverſo & præternaturali, imi ventris viſcera nonnulla diaphragma valdè comprimunt, & reſpirationem impediunt, atque ut æger citiſſimè ſuffocetur, efficiunt. Taceo, quod magna copia, (ne libra) aquæ, corpora illa non ſubintret, ut ipſe in ejusmodi ſuffocationibus ſæpius deprehendi, ſed hi maximè ob aërem interceptum extinguantur. Idcircò, cum magis Medicum, de actione vitali revocanda, quàm aquâ evacuandâ, ſollicitum eſſe oporteat, protinus tales ægros, in locum calidum deportari, linteisq; calidis probè foveri jubent, naribus eorum adhibeat odorata, quæ ſpiritus inſtaurent, cerebrumq; ac cor reficiant, pulegiũ vel rutam, aceto ſimplici vel lil. convallium madefacta, Balſ. apoplect. rutæ, majoran. ſuccini, cinamom. lavendulæ: cordi epithema applicet e.g. Rec. aq. roſarũ fragrantiß. Vnc. unã ſemis, aq. meliſſæ uncias duas ſemis, aq. roſmarini Vnciam unam vini malvatici unciam unam ſemis, ſucci citri unciam unam, pulv. garyophyllorum ſcrupulum unum, theriacæ drachmam unam, camphoræ, croci ana ſcrupulum ſemis, miſce pro epithemate cordis: teſtes foveri curet vino calido, in quo Cinamonum, garyophylli, nux moſchata, meliſſa, ebullierint. (cum enim magnum cum corde conſenſum habeant, cordialia medicamenta in virium defectu, vel aliis cordis affectibus, iisdem adhibita plurimùm proſunt) demumque ori infundat, aq. Cinamomi, vitæ, apoplecticam, carfunculi, vinum malvaticum & ſimilia; detque operam ut ſpiritus iterum revocari & facultas vitalis excitari poſſint. Vulgus ex Guidone piper in aceto decoquit, decoctumque addito pauco melle ægris utiliſſimè infundit. Tandem ſi ægri ad ſe redierint, decocto florum chamameli ſudor provocetur: ſæpius enim hoc à Foreſto. l. 15. obſerv. 26. & ſchol. in ejusmodi malo probatum. G. Nymar.*

Nymar. *de apopl. cap. 44. fol. 293 254. 356. Idem, de vita fœtus in utero, fol. 50. Plater. l. 1. prax. fol. 428* b) *Sennert. l. 2. Pract. part. & cap. 3. p. 354. b. Godronch. opuſc. de iis, qui aquis ſubmerguntur Bened. Veron. de cur. morb. l. 7. c. 3. & l. 10. c. 9. Chriſtoph. à Vega de arte Med. l. 3. ſect. 5. c. 8. Oribaſ. l. 8 ſynopſ. c. 57. Aetius ſerm. 8. c. 9.* c) *lib. 7. Pract. c. 4.* d) *Codronchus l. c.*

II.

In Rhenum projectæ fœminæ, & pro mortuis habitæ, reviviſcentes, cur?

EXEMPLUM *I.*

Fœmina quædam, neci adjudicata, è ponte Rheni, pedibus manibusque arctè vinctis, in flumen, ut illic ſubmergeretur, à carnifice dejecta eſt. Per quartam autem horæ ferè partem, aquæ immerſa, adeò ut non conſpiceretur, ad terminum usque conſtitutum, extra urbis mœnia, ubi eas rurſum, more antiquo, mortuas vel vivas extrahere ſolent, in flumine devecta, illicque à Veſpillonibus extracta, rurſum reſpirare & ad ſe redire cœpit. Quam poſtea inviſens frigore penè enectam, malvatico, confectionibusque refectam, ſanam reddidi, quæ poſtmodum cuidam nupſit, liberosque procreavit, adhucque elapſis annis jam ab eo tempore XLVI. circiter eſt ſuperſtes. Hujus autem cauſam diligentiùs indagans & de ſingulis inquirens, hanc tandem eſſe deprehendi: quòd nimirum ob terrorem mortis cum Rhenum inſpiceret & caſum, cum à ponte dejiceretur, animo defecerit, accedente, quod deliquium illud juvit, quod ſupra funem, qui illi alligatus cum veſica fuerat, cadens, faciem

ciem illiſerit, ſicuti ex vibice poſtea apparuit, ex qua concuſſione graviorem ſyncopen paſſa eſt, quod tamdiu duravit, quamdiu in flumine merſa, ad locum, ubi è flumine extracta fuit, delata eſt, ubi ad ſe rediens, exiſtimabat ſe, modò à ponte decidiſſe, ſicuti ex ore illius audivi. Quod autem in ſyncope, cordis motu tunc ceſſante, reſpiratione etiam, donec cordis motus redeat, carere, vita adhuc durante poſſint, alibi demonſtravimus, illudque ſæpius ſyncope vehementi & hyſtericis accidentibus accidere vidimus, ut per horæ ſæpè ſpacium, nec pulſus, nec reſpirationis aliqua vel minima indicia, apparuerint, & tamen poſtea ad ſe redierint.

III.

II.

A. 1591. ruſtica eodem ſupplicio affecta, & in Rhenum projecta, viva evaſit, idque, ſicut ipſe obſervavi, quod cùm eſſet ſupparo, ex panno lineo nigro cincta, & reſtibus transverſim cincta, ut aëre ſub veſte retento, quæ madefacta poris occluſis, eum facilè retinere potuit, telâ in aquæ ſuperficie, veſicarum aërem continentium inſtar, fluctuante, ita corpus ſuſtentârit atque elevârit, quo minus in aquam demergeretur, ſed incolumis terminum ſupradictum, à rapido flumine recta navigarit, atque viva ad portum deducta fuerit.

IV.

III. IV.

A. 1600. idem contigit, ut eandem ob cauſam, quædam, quia pedibus, quibus appenſæ tunc erant veſi-

Digitized by Google

veſicæ, ſurſum niteretur, caputque elevaret, in Rhenum, de ponte dejecta, evaſerit.

A. 1608. quædam in Rhenum quoque, ut ſubmergeretur projecta, ſtrictè à lictore ligata, nihilominus tamen & illa, ad metam uſque extra urbem, à ponte admodum diſtantem cum perveniſſet, viva extracta, & poſtea libera dimiſſa fuit.

Plater. obſervat. l. 1. fol. 170.

V.

V.

Dicitur adhuc in vivis eſſe unus, qui aliquo tempore tanquam ſuffocatus, ex undisque extractus pro mortuo habitus eſt, ſed concalefactus revixit.

Libav. de cruentat. cadav. p. 108. & 189. Illyric. de vita & morte, l. 3. c. 19.

De furibus reviviſcentibus vide centur. 7. memorab. part. 38. & ſeqq. Winckler contra Nyman. de vita fœtus p. 65.

VI.

An aquæ immerſi ſuffocentur?

Eos qui aquis immerſi moriuntur, non quòd aquam affatim & nimiùm bibant, uti vulgò creditur, ſed quia ſuffocantur extingui, ſic probatur. Quòd aqua, non niſi per deglutitionem, ventriculum noſtrum ſubire poſſit, deglutitio autem cùm motus ſit ex arbitrio noſtro pendens, cohiberi, ne fiat æquè in aqua, atque extra eam, nec ad eam, tunc impelli poſſit, etſi fortè aliquid deglutiatur in hac neceſſitate & agitatione, tamen parùm illud eſſe quit, quod patientem tàm citò interimere minimè valeret, ſicuti in ſuffoca-

ſocatorum in aquis ventriculis obſervatum à me aliquoties fuit, in quibus paululum aquæ fuit inventum, eamque aquam, quæ inverſo corpore ab illis, qui ex aquis attrahuntur, deſtillat, à veſtibus potiùs defluere certum eſt. Quamobrē quòd aëris per reſpiſpirationem ab aqua intercedente, attractio impedita ſit; & cum aër attrahi deberet, aqua illius loco in aſperam arteriam illabatur, cauſa ſuffocationis illius, illaque mortis exiſtit.

Plater. centur. quæſt. par. & ead. quæſt. 55.

VII.

Suffocatorum aquis emerſio ſeptendialis, novendialisvé.

Aqua ſuffocati non confeſtim emergunt, ſiquidem cum corpus undique oppleri contingat, atque aquarum pondere degravari, ſurſum eniti nequit, quandoquidem nihil aëris in ſe continet, omnisque ſpiritus per aquæ gurgitem excuſſus eſt, atque evanuit. Intra ſeptimi verò diei, aut noni ſpacium corpus diffluit, ſolvitur ac tabeſcit, multumque aëris pulmo concipit. Atque hinc eſt, quod noſtrates plebei dictitare ſolent, nono die rupto felle emerſurum, non quod folliculus fellis diſrumpatur, ſed quod ex eo, reliquiſque conceptaculis uvidis, & aquæ madore flaccidis humores effluant: quo fit, ut corpus attenuatâ carne fluidum efficiatur, & pulmo ſpongiæ inſtar fiſtuloſus concepto copioſo aëre, cadaver ſubducit, auræque reſtituit. Quod ſi mortuo, ſpirandi folles (pulmones) eximantur, quod Piratas quosdam factitaſſe audio, (a) fundo inhæret, nec unquam ſurſum nititur,

titur, quòd ſpiritûs, aëriſque adminiculo, deſtituatur. (*b*)

a) *Nos ideò potius id factum putamus à Piratis, ut citò mergantur corpora, quo interim ſit fuga locus. Si addidiſſet, nunquam poſtea tales emerſiſſe, fidelius eſſet argumentum. Libav. l. 2. ſingul. fol. 192.* b) *Lemnius de occult. nat. mirac. l. 2. c. 6.*

VIII.

An ſuffocati ſint vivi vel mortui, quomodo cognoſcatur.

Quoniam ſuffocati interdum ſunt mortui, noñunquam vivi, ut ſtatus hi oppoſiti dignoſcantur, Medici Galenum ſequentes ferè omnes 1. ſpeculum nitidum ac lucidum, ori ægrotantis adhibent, quod ſi inficiatur, ægrum adhuc vivere, ſin minus, mortuum eſſe colligunt.

2. Vel ſumunt poculum aut etiam vitrum aqua plenum, idque thoraci imponunt: ſi aqua in eo movetur, vitam adhuc ſupereſſe, ſi vero immobilis permaneat & nullo modo agitetur, hominem extinctum eſſe concludunt.

3. Alii etiam pennam mollem, goſſipium aut lanam carminatam, aut 4. candelam accenſam, ægrotantis ori naribusque applicant, & ex motu eorum, an vivat adhuc, nec ne, explorant(*a*) Sed diligens exploratio motus etiam obſcuri arteriarum certius exhibet ſignum, de reliqua in corpore adhuc vita, quàm quæ aliàs capi ſolent, ab admotis ori vel naribus.(*b*)

Digitized by Google

a) *Codronchius l. c. Nyman. de apopl. c. 30.* b) *Sennert. l. 1. Pract. part. 2. c. 33.*

IX.

Mortuus, an vivus in aquam ſubmerſus fuerit, quis, ut cognoſcatur.

Qui vivus in aquam ſubmerſus interiit, cognoſcitur, quia venter inflatur, aqua plenus, & ex naribus mucoſitates profluunt, ex ore verò ſpuma: digitorum extremitates corroduntur & exulcerantur, quia quaſi furibundus periit, quærens in arena ubi poſſit conſiſtere, ut mortem vitet.

Ei verò, qui mortuus jam in aquam fuit projectus, nec venter inflatur, quia viæ ſunt præcluſæ, neque ſpuma apparet, quia nec reſpiratio aderat, multò minus digiti corroduntur, quoniam cum morte non fuit luctatus. Neque inſuper omnia cadavera inflantur in aqua & ſupernatant, ob incluſam aquam; ſed propter vapores, in quos corporis humores, à calore præter naturam fuerunt converſi: nec tamen omnia tumeſcunt, ſed illa ſolum, quæ ex ſordibus & humiditatibus aquæ fuerunt corrupta, & poſt magnum temporis ſpatium ad littus rejecta.

Roder. à Caſtro, l. 4. Med. polit. c. 11.

X.

Cadaver hominis per mare vehi non poſſe, Nautarum commentum.

Nautæ negant vehi poſſe per mare hominis cadaver, ſine turbis maximis. Itaque & mortuos, vel terrâ proxima exponunt, vel ſimpliciter in mare projiciunt,

jiciunt, ut ad littora enatent. Sed refutantur experientiâ. Cum enim (teſte Breidenbachio) Conſul Venetus in marino itinere eſſet mortuus, exenteratus is, unctus & conditus aromatibus loculoque incluſus, Venetias uſque portatus fuit, per longum ſpacium. Etſi mare inſanit ob cadavera, cur non, ſi injiciuntur, quæ ratio ſit navi incluſis tantum id evenire? Rectè itaque commentum vocari ſolet, ille nautarum prætextus.

Similis ratio eſt ægrotorum, quos mare non reſpuit, ſi ipſi tolerare poſſint.

Libav. de emerſ. aq. ſuffocat. l. 2. ſingul. p. 194.

XI.

Nullum eſſe Aquæ innatationem Lamiarum indicium.

Quærunt Nobiliſſimi & Ampliſſimi Domini, Præſes Joannes Barchemius, & Conſiliarii Supremæ Curiæ Hollandiæ, Zelandiæ & Weſtfriſiæ.

Num Lamiis, Sagis, Sortilegis vel Veneficis, à prava illorum arte, nefandâ exercitatione hoc peculiariter inſit, ut ſi decuſſatim junctis ſtrictiſque ſimul pedibus cum manibus vi vinculorum, flumini immittantur, mergi nequeant: ſed aquæ innatantes, peculiari quadam vi, ab ea reſpuantur, nec admittantur, vel num alia aliqua naturalis cauſa ſubſit?

Non eſt hominum poteſtas, conditio atque autoritas, ut ſuo arbitratu ſacramentalia conſtituant, Camerar. Centur. 2. ſucciſ. hor. c. 18. G. Gödelman. de ſag. libr. 3. cap. 5. numer. 23. Joan. Gerhard. centur. quaſt. politic.

tract. 6. num. 10. VVolf. Hildebr. mag. natur. libr. 1. cap. 45.

RESPONDEMUS.

Ea quæ in Homine, vel circa corpus humanum eveniunt, vel ex vi τῆς προαιρέσεως proficiſcuntur, hoc eſt, ex actu intellectus per cognitionem, promoventis ſe in voluntatem, quaſi conſilio capto: alia eveniunt vi τῆς ὁρμῆς: h.e. impetu vel inſtinctu naturæ, cum ſubjectis, in quæ agunt, analogiâ reſpondent: alia vi earum rerum, quæ à foris ſunt.

Quod ex vi conſilii capti evenit, ut ſi pactum intercesſerit cum Dæmone, id nec ſacræ, nec profanæ, de natura rerum, literæ, aliter judicandum ſtatuunt, quàm ex effectis, ut ex veneficiis & latrociniis. Ita Horatius (*a*) Gratidiam veneficam, quam Camidiam appellat, accuſavit, quòd furtim raptum puerum quendam Patricium, humi mentotenus defosſum necârit, ut ex ejus cadavere, ſua arte, maleficia ac philtra concinnaret. Nam ille malus genius vix ſine nefandi ſceleris tranſactione, pactum facere poterit: nec enim illi putamus tantum jus in humanam naturam eſſe, ut illi à S. Deo concedetur, niſi illa, omnem humanitatem ſe exuiſſe, exemplo declarârit. Hujusmodi autem pacti indicium, aquæ deberi nusquam legimus, quin ſi talem vim Deus aquæ dediſſet, id ſine dubio (*b*) indicaſſet. Si aqua illas indignas habet, ut ſubmergat, cur terra illas patitur? cur aër benignè ſuam auram vitalem illis aſpirat? cur cibus Tantales illas non fugit? hæc æquè naturæ noſtræ ſunt dicata, ac aquæ.

Si verò ex naturæ inſtinctu abhorreat illas aqua, vel

vel ſaltem eas non admittat: id fiet ex cauſa aliqua naturali. Cauſæ autem naturales agunt, vel antipraxiâ quâdam, vel vi quadam, quæ rationi eſt manifeſta, ac ei comperta.

Si antipraxia, id eſt, diſcordia quadam, odio quodam nativo: hæc cauſa humanæ rationi eſt incomperta: non aliter atque ea, quæ ex adverſo, ſympathia, contagioneque quadam nativa, jucundè ſe amplectuntur.

Sin ratio ſubſit, ita ut ex lege naturæ hoc aliquando eveniat, certè nihil monſtri erit hæc mutatio, intellecta cauſa, quæ admirationem excutit.

Quidam intempeſta nocte, dormientes lecto exiliunt, quæque impoſſibilia ac inacceſſa ſunt vigilantibus, perficiunt ſine offenſa, cum omnium ſpectantium trepidatione & admiratione, & tamen lucidè in natura hujus rei cauſa eſt. Quin quidam, teſte maximo Medico Aretæo, per morbos futura prævident & prædicunt: & quidam, in dæmone, in morbis, variis loquuntur linguis.

Ita conſpicua ratio de natatricibus his adferri poterit: quod nimirum quædam mulieres ventricoſæ ſint, protenſoque utero, ac pulmones laxiſſimos habeant, ubera maximè fungoſa, inteſtina ampla, quæ interdum copioſè flatibus implentur, maximè in melancholicis, quales hæ fœminæ (quæ in ſuſpicionem magiæ, ob imaginationes melancholicas, trahuntur) plerumque ſunt. Cumque ita deligantur, ut pedes manibus jungantur, ſinus ac cavitates omnes ampliores redduntur, totoque corpore utriculum ac vaſculum referunt ferè. Quare flatibus quædam repletæ, natare poſſunt, ut videus in ovis evenire, quæ ſi aquæ

dulci immittuntur, ſidunt: ſed ſi eadem ova putreſcunt, vel fœtum contineant, natant: nam ventus quidam in iis conceptus tunc eſt. Accedit, quod quædam mulieres, & etiam viri, coxendicis oſſa ampla habeant, & ſcapulas prominentes, ita ut ſcapham exprimant.

Præterea hæ mulieres, vel viri metu ſubmerſionis, continent ſpiritum ac fauces claudunt, ne aquam hauriant. Unde ſi pulmo his fuerit laxior & grandior copioſum concipiunt aërem: hoc enim viſcus, pulmo dico, librat ac fulcit corpus aquæ innatans. Et hæc ratio eſt, cur cadavera ſubmerſa, poſt paucos dies emergant: nam plurimos flatus id viſcus concipit. Argumento ſunt cadavera, quibus exſecti ſunt pulmones: hæc fluentis immiſſa, nunquam emergunt, quod Piratæ optimè norunt. Ideò quidam natandi artem diſcere nequeunt, ob pulmonum parvitatem, ac cavitatum anguſtiam, quæ ſunt in corpore.

Quare ſi quæ ampliſſimos pulmones habuerit ac multis meatibus pervios, ita ut ampliſſimum aërem haurire poſſit: & ſi eo modo ligetur, ut diximus, aqua fulciri ac librari poterit.

Imò novimus, qui cùm ſpirationem arctè comprimeret, non ſolum ſpirabiles partes tendebat, ſed totum etiam hypochondrium huic flatibus turgeſcebat: ita ut pro hydropico ab omnibus haberetur: flatibusque ita tractis anhelitûs compreſſione, ludebat homines. Virgis exceptus, cùm non liceret animam comprimere, evanuit illicò moles ventris.

Si ea vi, quæ à foris eſt, id evenerit, ut ſi à dæmone ſuſtineantur, cur hoc illis imputetur, ſi ita fieri id

fuit

Digitized by Google

ſinit Deus? ſcimus enim diabolum ab hominibus cogi non poſſe. Sunt enim potentes à Deo creati, & quamvis lumen gratiæ & favoris divini amiſerint, tamen vires maximæ his reſtibiles ſunt, ſed frenat eos Deus. Quin ipſe Filius Dei & Homo Chriſtus, nonne per aëra à diabolo elatus fuit ad faſtigia montium (c)? ſi hoc in Servatorem noſtrum illi licuit, an non poterit ei concedi à ſummo Deo, ut homines geſtet in aqua, ſine ullo crimine veneficii.

Grave ergò, ubi nihil harum cauſarum conſtiterit, judicium exercere: maximè cum nec lex divina, nec humana, ab aqua indicium peti imperet. *(d)*

a) *Ode 5. epodon.* b) *Deuteronom. c. 18. v. 10. 11.* c) *Matth. 4. v. 1. 5. & 8.* d) *Heurn. lib. de morb. ventric. p. 39. & ſeqq.*

Ulteriorem hujus quaſtionis diſcuſſionem vid. apud Libavium l. 2. ſingul. p. 197. Oth. Meland. I. C. de proceſſu crimin. adverſus Sagas, contra G. Adolph. Scriben. p. 57. Goglen. P. de nat. Sagar. Orat. p. 57. affirmat. tuetur Jac. Rick. ab Arovveiler tract. propo. Verùm, Sagarum illa per aquam frigidam probatio, futilis eſt & invalida: cum nulla ſubmerſionis vel innatationis ratio dari poſſit. G. Schönborn. l. 2. polit. c. 20. fol. mihi 297.

XII.

Corpora cur ſubmergantur?

Corpora non ratione ponderis, aut levitatis natant, vel ſubſident: ſed pro elementorum ex quibus conſtant, proportione & dominio, locum inter elementa petunt. Unde parvus ſcrupulus, ob terream & compactam lapidis ſubſtantiam, in flumine ſubſi-

det: in quo ingens trabs lignea, ob aëream ejus & poroſam ſubſtantiam ſupernatat. Sic parvulus ſalis grumus, quia plus terræ, quàm aëris participat, in vino vel aqua ſubſidet: quum uter oleo plenus emergat.

Lang. lib. 1. epiſt. 28.

XIII.

Lignum Aloes demergitur cur?

Agallochum ſeu lignum aloes licet leve ſit, nec ullius ponderis, ſubſidit, atque aquæ immerſum in profundum labitur, quòd compactum ſit, nec illi quicquam aëreæ ſubſtantiæ & inane inſit.

Lemn. de occult. nat. mirac. l. 2. c. 35.

XIV.

Cur quædam ligna in aquis non putreſcunt?

Quædam ligna in aquis non putreſcunt, ob firmius ſiccum & oleoſitatem compactiorem, aquam reſpuentem, nec imbibentem: tùm ob alias ſingulares proprietates; ſed magis magisque indurantur & lapideſcunt, ut Alnus.

Bartholin. lib. 5. phyſ. c. 5.

XV.

Alni etymon; lignum, cui uſui?

Alnus dicta, quod amne alatur. (*a*) Ejus lignum præfertur ad ædificiorum fundamenta, quæ in fluminibus, lacubus, paludibusq; fiunt, quod in aqua nunquam putreſcat; ſed lapideſcat. Ob id enim expetitur maximè Venetis ad jacienda palatiorum, ædium-

diumque fundamenta, quòd crebro fixa, non modò ad æternitatem permaneat immortalis, ſed quod ingentes admodum ferat moles. (b)

a) *Bauhin. pinac. theat. botan. l. 11. ſect. 5. p. 428.* b) *Mathiol. l. 1. c. 93. fol. 119. comment. in Dioſcor.*

XVI.

Cur alnus in aquis non corrumpatur, foris facilè?

Quid in cauſa ſit, cur aliquarum arborum materies, ut Alni, ſub aquis minus, quàm extra aquas corrumpatur, dignum eſt perſcrutatione. An igitur Alnus aquæ obtinet naturam, proptereaque ſicut aqua ſub aquâ non putreſcit, ita neque Alnus corrumpitur ſub aqua? ſicutique res omnes (nihil (a) enim invehitur peregrini) naturali ſervantur loco, ita Alnus hac de cauſa in humore, ut proprio in loco, melius conſervatur? Non puto. Nam & Populus & Salix aquæ naturam retinent & rivis gaudent; ſub aquis tamen facilè putreſcunt. Contra autem Robur, ſiccioris alioqui naturæ atque aridis proveniens locis, diutiſſimè perdurat. An ergo, cum duratio ex innati caloris, humoriſque pendeat conſervatione, propterea, in quibus horum uterque ſub aquis conſervatur, ea perdurant, cætera putreſcunt? ſic quidem, quia Alnus, rara ſubſtantia eſt arbor, ſicuti ejus humor in aëre præpropere diſſipatur, & exiguus ipſius calor aëris calore ſuperatur, foraſque ob corporis laxitatem cum humore ſimul elabitur; ita, quia in aquis hi ipſi conſervantur, propterea durant, humor profecto ſimili in quo vivens ea arbor humore agebat, & cu-

calor exiguus exiguo aquæ calore conſervatur: & quæ ſubſtantiæ laxitas inſito calori ob nimiam diſſipationem damno erat, eadem ſub aquis, ad mediocrem facit tranſpirationem, quâ putredo arcetur.

a) *Scalig. de ſubtil. exerc. 60.*

XVII.

Cur Populus, Salix, Iuglans, ſub aquis celerrimè putreſcant?

Secus Salici ac Populo, ſecus Juglandi accidit. Turgent enim celeriter ſub aquis Salix & Populus; ut propterea occluſis aquâ illorum meatibus, innati caloris prohiberi neceſſe ſit perſpiratum. Sed & celeris in Juglande ſub aqua corruptionis, non diſſimilis eſt cauſa, quum enim illi denſiores naturâ ſint meatus, & eadem humore pingui ſit prægnans, humore addito humori, denſatisq; ex aſcita humiditate meatibus, tranſpiratio intercipitur, unde putredo, ita ut pinguis humoris copia, quæ illi extra aquas conſervationis cauſa erat, ſub aquis afferat corruptionem.

XVIII.

Cur Robur in dulcibus aquis, Pinus in ſalſis, melius ſerventur?

Quod Robur in dulcibus; Pinus verò in ſalſis aquis ſint diuturniores, cauſa eſt erodens vis ſalis, quæ non tam promptè in pinguem excipitur Pinum, atque in aridum Robur, pinguibus enim rebus aqua non hæret. Pinus autem minor in dulcibus, quàm in ſalſis aquis perduratio, temperamenti fortaſſe adſcribenda eſt

ſimi-

ſimilitudini, propter quam calida arbor Pinus, dulcis aquæ frigiditatem non ferat: quâ Roboris frigido præditi temperamento natura conſervatur. Robur quoque ob ſuæ materiæ denſitatem, quâ aëris obſiſtit injuriis, ſub aquis, humoris externi penetrationem non recipiens, calorique ſuo ſuum tranſpirationis modum conſervans, putredinis cauſas non admittit.

Coſtæus de univerſ. ſtirp. nat. libr. 1. cap. 30. & libr. 2. cap. 33.

XIX.

Hültziner Wetzſtein *ex Alno.*

Ex Alno fit lapis artificioſè hoc modo: imponitur lignum, quantæ velis magnitudinis, in labra illa ampla ænea, in quibus lupulus coquitur, ad faciendam cereviſiam: cumque percoctus abunde lupulus eſt, eximitur idem lignum, & arena & glarea in ipſis cellariis obruitur per triennium: inde cum exemptum fuerit, duratum in lapidem apparet, è quo potiſſimum cotes fiunt, quibus ad ferramenta acuenda menſarii utuntur.

J. Kentman. de foſſilibus. fol. 35.

XX.

Ex Fago.

Vulgò omnes in more habent, ut côtes, quæ ex ligno Fagino conficiuntur, quaſi veros lapides appellent, quum tamen revera lapides non ſint, & præter formam, lapidis nihil habent, vulgò hültzine Wetzſtein. Quælibet autem res, ex qua corpus fieri debet, per

per coagulátionem id fiat neceſſe eſt. Eſt autem coagulatio per ſpiritum Salis, nam in eo vis & poteſtas coagulandi; per hunc ſpiritum omnia ſalis corpora coagulantur. (*a*)

Fagus cum trunco, ramis, foliis, altitudine 170. ulnarum, in Saxo cinereo duriſſimo, ſub terra, in lapidem mutata, in valle Joachimica reperta eſt. Ein Wetzſtein vom Buchnem Holtz. (*b*)

a) *Paracelſ. cap. 1. & 9. de tartaro.* b) *Kentman. l. 6.*

XXI.

Naturæ multa opera mirabilia.

In natura multa latent ἄγνωςα, quæ niſi fieri videremus, nunquam crederemus, ſed inter ἀδύνατα & ἀνλιφαλικὰ referremus. (*a*) Fatetur hoc ipſe Philoſophus: ὥσπερ τὰ τῶν νυκτερίδων ὄμματα, πρὸς τὸ φέγγος ἔχει, τὸ μεθ' ἡμέραν, ὅτως καὶ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ὁ νοῦς πρὸς τὰ τῇ φύσει φανερώτατα πάντων (*b*) quæ verba Scaliger ita vertit: ad rerum intellectionem mentis noſtræ acies, tàm imbecilla eſt, quàm Nicticoracis oculus, ad ſolem intuendum. (*c*) Evincunt hoc occultæ qualitates, quarum aſſumptio nihil eſt aliud, quam ignorantiæ noſtræ confeſſio. (*d*)

Memorat Auguſtinus; Agrigentinum Siciliæ ſalem, cum fuerit admotus igni, velut in aqua flueſcere: cum vero aquæ, velut in igne crepitare.

In Epyro fontem eſſe, in quo faces, ut in cæteris extinguantur accenſæ, & ſimul, quod in cæteris non fit, accendantur extinctæ.

Lignum cujusdam ficus Ægyptiacæ eſſe, quod non, ut ligna cætera in aquis natet, ſed mergatur: & quod

eſt

eſt mirabilius; cum in imo aliquandiu fuerit, inde ad aquæ ſuperficiem rurſus emergere, quando madefactum debuit humoris pondere prægravari. (*e*)

Hæc omnia quomodo fiant, imaginari nobis non poſſumus, & ſi rationi permittamus judicium, falſa ea & impoſſibilia eſſe concludemus. Quid enim magis contrarium, quàm ignis & aqua, quorum unum non perficit, ſed interficit, non excitat, ſed expellit alterum? dicet igitur inexpertus fieri non poſſe, ut ſal in igne fluitet, in aqua crepitet: everti omnem naturam, ſi aqua putetur accendere & generare ignẽ, quia ſic aqua foret non aqua, qua tamen δυνάμει fons quidam Epiri præditus perhibetur.

Sic mirabiles Chymicorum operas & effectus, ſi primùm audiamus, ridemus & pro rebus abſurdis falſisque habemus, quamdiu artis iſtius ignari ſumus. Quòd ſi verò erudiamur, & labores Chymicos coram intueamur, tùm intelligimus, tantùm rationem noſtram in judicando fuiſſe deceptam, dum falſa & impoſſibilia reputavit, quæ in ſe talia non ſunt. *(f)*

a. d. f) *Meiſner. Philoſ. ſobr. ſect. 1. q. 6. reg. 3. ſect. 4. q. 5. p. 1180.* b) *l. 2. Metaph. c. 1.* c) *exercit. & ſect. 1.* e) *l. 21. de civitat. Dei. c. 5.*

XXII.

Sal Agrigentinus, cur aquæ injectus exiliat, in igne verò liqueſcat?

Sal Agrigentinus cùm calidus & nitroſus ſit, valdèque tenuis imerſus aquis ſubito frigore ſuſcitatur ad exiliendum: cum vero parùm ſit terrenus, ſed valdè humidus, injectus in ignem, facilè tùm ejus calor majore abſumitur, tùm humor ſubinde, nullâ ferè defen-

defendente cruſtâ, in igne liqueſcit & diſſolvitur: quá de cauſâ nullus ſal rarus, aut minutatim diſſolutus, ob tenuitatem crepitat, nec exilit.

Gomeſius de ſale. l. 2. c. 6.

XXIII.

Sal cur in aqua liqueſcit?

Sal cur in aqua liqueſcit, in oleo non item? an quòd plus terræ ineſt ſali, quàm aquæ, ideo etiam in aqua, & aquæ generibus omnibus ſal liquatur? Rei namque, quæ calida & ſicca eſt, id quod frigidum humidumque eſt maximè repugnat, ita fit, ut ſi alterum coëgit, alterum reſolvat. Sic enim contrariorum cauſæ ſunt contrariæ.

Ruland. l. 1. probl. 279. Lang. l. 1. ep. 28.

Cur Sal in igne percrepet. vid. Gomes l. 2. de ſale c. 4. centur. meam 6. part. 8.

XXIV.

Cur ſal exundantes in caminis flammas compeſcat?

Ardenti, atque exundanti flammis ſuperiore camino, nullo neque promptiore, neque commodiore remedio, ad illius incendia compeſcenda, quàm ſale occurritur, quod videlicet continua, vibrantique repugnantis ſalis agitatione & ſucceſſu, cum diviſa, diſpartitaque inferiore flamma; tum ab hac, quaſi à ſuo fomento, everſa ſuperiore, fit, ut percuſſus inde aër, quia ignitus, ac ſpirituoſus, præ anguſtia loci, magno quodam impetu in ſublime feratur: à quo fuligine, cui flamma inhærebat, è ſummo excuſſa camino, perinde ac convulſo fundamento, ſequitur, aucto-

Digitized by Google

auctore ſale, prorſus ut corruat, atque reſtinguatur, incendium. Uſque adeò ſal præpotens, regio propè more, in effrenem ac ſuperbientem ignem excandeſcens, illum ſuo tandem imperio ſubigit. In ipſum enim ignem uſque adeò inſurgit, continuo crepitu ſubſiliens, gladiatoris more, quaſi ferro flammam hinc inde diſſecare, hancque, donec ſuffocet, impetere non ceſſat.

Gomes lib. 2. de ſale c. 4.

XXV.

Salem poſſe infundi lucernis loco olei.

Oleum cum ſale uſque adeò convenit, ut oleo permiſtus ſal illud augeat. Conſtat enim experimento ſatis manifeſto, quod ego ipſe huic noſtro ſali incumbens, & ad multam noctem vigilans, ac ſalem ſemper penes me habens, non ſemel periclitatus ſum: utpote lucernæ deficienti injecto, olei loco, ſale, tantundem luminis viguiſſe, quantum proportione addito oleo.

Gomes l. 2. de ſale, cap. 6.

Plura de ſale vid. centur. 6. partic. 3. & ſequentib.

XXVI.

Pulvis pyrius abſque ſtrepitu ſphærulam ejiciens è machinis.

Quod pulvis pyrius ſtrepitum edat, cauſa eſt ejus craſſitiei adſcribenda, nam quò grana majora & duriora fuerint, tantò majorem edit pulvis ſtrepitum. Ut ergò pulvis pyrius ſine ſtrepitu globum extrudat, pulvis iſte conteretur ſubtiliſſimè. F. Platerus.

Wecker. de ſecret. l. 15. cap. 2.

Pulvis pyrius oleo ſulphuris imprægnatus, non fulminat,

nat, nec fragorem edit. Deodat. panth. hygiaſt. l. 1. c. 11. p. 111.

Plura de pulv. pyrio. vide centur. 6. part. 14. & ſeqq.

XXVII.

Emiſſus è bombarda globulus non urit.

Globulus, quamvis ab igne impellatur, non tamen ignitus (*a*) eſt, aut dici debet, nam

1. Non tam diu in bombardico pulvere accenſo moratur, ut ignem concipiat.

2. Pro plumbeo globulo impone chartam modicè digitis vel dentibus contuſam: non comburetur, & emiſſa à Sclopeto, malè afficiet, partes quas tanget.

3. Sic, & ſi ſphærulam ceream imponis cum pulvere, emiſſa nec liqueſcet, nec incaleſcet, & partes tamen, ad quas pervenit, vehementer lædet; ita ut ſi lignum petit, in eo magnæ contuſionis fiat veſtigium: imò reſiliet, non adhærebit, quod fieret, ſi liquida facta ab ullo calore, vel aëris vel pulveris accenſi fuiſſet.

4. Totus pulvis in Sclopeto comburitur, aut ſaltim extra ipſum parum; quomodo calor erit in globulo, qui ſæpè ad 200, paſſus mittitur? ideò globulis, non tantum ineſſe calorem, qui uſtionem facere poſſit, patet.

5. Hinc concludit Barthol. Maggius, vulnera à globulis illata, non ut aduſta vulnera, aut aliquo modo ab igne affecta eſſe curanda, ſed ut à re atterente & contundente facta.

5. Exper. Maggii. Pulveris aliquod pondus, chartâ involutum & arbori appenſum globulo emiſſo tangitur, ſive eminus, ſive cominus, (nam variis modis probavit) nunquam pulvis accenſus aut combuſtus

ſtus fuit; multò minùs ergò caro ipſa uretur & cauterio afficietur à globulo.

7. Etiamſi globulus ignitus eſſet, cùm momento corporis partem pertranſeat, non ureret vel cruſtam induceret: ſic ſi vis adurere partem aliquam, per aliquod tempus ferrum candens retinere cogeris ſuper partem; multò minùs plumbum tàm citò efficiet, ut videmus in pertractantibus carbones, aut res alias ignitas.

Dices: aliquando à bombardica ſphæra in vaſe pulveris ſclopetarii pleno incendium factum. R. quia forte fortuna, lapidem vel ferrũ aliquod attrivit, unde ſcintilla excuſſa, nam ſi igneſceret, ſemper à contactu bombardici pulveris flamma concitaretur, quod contra experientiam.

8. Cur veſtimenta, quæ prius occurrunt, non accenduntur?

At apparet nigror aliquis in veſtibus poſt percuſſionem. R. 1. plumbum iis quæ tangit & perfricat, nigrorem communicat. 2. ex pulvere eſſe potuit.

9. Globulus magno pulveris ſclopetarii acervo contegatur, pulvis accendatur; ilicò globulus contrectetur, & nullum calorem percipies.

10. Exploſos globos ilicò in vola manus ſuſtine, non percipies tantum calorem, quin diu commodè & ſine periculo continere poſſis.

11. Plumbum colliquatum (quod licet humidum, tamen fervidius, quàm non colliquatum) ſi bombyci ſuperpoſueris, ne minimum quidem ejus floccum ures: ſi membro alicui, bullas excitabis, non adures.

Dices: ex motûs vehementia igneſcunt globuli, nam ſulphure illitæ ſagittæ in aërem jactæ accendun-

Google

tur ex longa aëris attritione. R. ſentias cum Ariſtotele: *(b)* attritionem calefacere poſſe, non tamen cum iis, quòd globuli plumbei ita igneſcant. Et de ſagittis falſum, Maggius ait: ego Experientiam habeo in ſagittis totis cerâ & ſulphure oblitis: variè jaculati ſumus, nunquam cera aut ſulphur accenſa aut colliquata, imò ſulphureo globulo ſæpe in bombardâ uſus ſum; nunquam ille à pulvere, vel motu, vel aëris attritione accenſus aut liquatus: ſed parietem graviter percuſſit abſque immutatione ſubſtantiæ, aut caloris ſulphuris, licet ipſe globulus in fruſta ivit, multò ergò minùs plumbum igneſcet. *(c)*

12. Glandem non agere comburendo, palàm fit experientia: nam ſi talis tantuſque calor in glande adeſſet, colliquaretur, formam, figuramque ſuam amitteret. Facilè enim plumbum, ex quo plerumque glandes conficiuntur, colliquatur. Sed hoc falſum eſt. Cùm enim aliquis bombardam benè impletam glande pulvereque explodit ſurſum, ubi hæc iterum deciderit, videbit, illam eandem adhuc habere formam ac figuram, quam antea habuit, quam non haberet, ſi accederet vis talis calorifica. *(d)*

a) *Wirtz. part. 2. chirurg. c. 15.* b) *l. 2. de cœlo c. 7. l. Meteor. c. 3. ſect. 3. probl. 13.* c) *Bartholin. de cauter. c. 10. p. 75. Paræus l. 10. op. chir. p. 327. & 330. Fabric. medic. milit. p. 553.* d) *Glandorp. ſpecul. chirurg. c.*

XXVIII.

Modus, ut arundines ad exploſionem pulveris pyrii præparentur.

Pulvis ex ſulphure, nitro, vel carbonibus ex ſalice aut alio ligno ſicco confectus, in cannâ ferream certâ men-

menſura infunditur, huic globus qualiscunque (nunc lapideus, nunc plumbeus, nunc ferreus, ad perniciem, internecionemque humani generis) proponitur, omniaque baculo arctiſſimè contruduntur, ſtatimque fomes vel pyrites lapis, in pulverem, ante foraminulum, in ima arundinis parte ſitum, immiſſus ignem excitat, qui & facilime, citiſſimeque à pulvere concipitur, conceptusque dum ampliorem ſibi & proprium exitum quærit, magnâ vi & potentiâ, intenſiſſimaque celeritate & impetu fulminis inſtar contenta ejaculatur, hæc quàm primùm, dum aëra quatiunt, fragorem ſimul atque mugitum, tonitru etiam horridiorem emittunt, ſique corpora tangunt, magnas ſæpè, multas & varias læſiones inducunt.

I. Schvvab. diſp. de horrib. torment. bellic. vuln. curat. th. 16. 17. 18. 5. & 7. decad. 2. diſp. Baſil. diſp. 4.

XXIX.

Bombardæ motus pernicitatis incredibilis.

Landgravius & Braheus menſi ſunt tempus, quod interea labitur, dum globus magnus bombardicus vi ignium extruſus, transvolat per aërem, priusquam in terram impingat, id deprehenderunt duûm minutorum, ſpacium trajectus, milliare magnum Germanicum. Locus enim aliquis ſub æquatore, ratione motus primi non eſt niſi ſeptuplo vel octuplo celerior globo bombardico. Imò vix celerior eſt principio motus violenti, cum globus recens è fiſtula fuit ejectus: nam is quò propior caſui, hoc fit tardior.

Keppler. epitom. Aſtron. l. 1. p. 108. 134.

XXX.

Sagitta in aërem emiſſa, unde incandeſcat?

Sagitta in aërem emiſſa per motum ita incaleſcit & ignitur, ut non ſolùm tactum non ferat, ſed interdum plumbei mucrones colliqueſcant. Quod in infinitis aliis videre licet: ignis elicitur conflictu duorum lapidum: vel chalybis & ſilicis, (*a*) vel oſſium leonis, (*b*) inardeſcunt curruum axes, ſcintillant ſoleæ equorum. Sagitta autem non quia movetur, caleſit, ſed quia fit attritio aëris, dum ſagittæ, corpori duro, & craſſo, aër repugnat: adeoque à penetrante extenuatur & rareſcit, ut ignis naturam induat, teloque calorem communicet. Et quò ſolidiora ſunt corpora, eò calorem, cæteris paribus promptius edunt, ut ferrum magis, quàm ligna, aut alia molliori materiâ conſtantia. (*c*)

a) *Vide centur. neſt. 7. part. 87.* b) *Ariſtot. l. 3. hiſtor. de animal. c. 7. text. 102. propter duritiem. Scaliger. in comment. Plin. l. 11.* c) *Barthol. ench. phyſ. l. 3. c. 23. fol. 204. & 209.*

Negativam vide præcedente particula 27.

XXXI.

Halinitri ſatio.

Non videri debet abſurdum, quod alioqui ſub inanis ſpei proverbio etiam uſurpari ſolet, Salem ſerere: cum rurſum ex ſato ipſo ſuus item fructus expectetur utcunque, nam inter alias ſalis ſpecies, Halinitrum, quod in cæmentis vetuſtis oritur, ſi detractum è terra, atque diſſolutum aquâ, in cumulos terræ ſpargatur,

gatur, non ſecus ac ſato tritico, poſt quinquennium copioſior in eo fructus redditur.

Gomes l. 2. de ſale c. 6.

XXXII.

Halinitrum igni injectum, cur crepet?

Halinitrum (naturæ hermaphroditicæ, mas & fœmina, fixum & volatile, agens (*a*) & patiens) glaciem æmulatur, ideoque in igne, ob adverſum calorem crepat, donec frigidi ſpiritus exhalarunt. Coagulavit enim ex diverſis ſpiritibus frigidis & calidis (ob calidos ignem concipit) illis tamen hos exuperantibus. Nitrum enim aquæ miſtum celeriter totam refrigerat. (*b*)

a) *Deodat. l. 1. de proreg. vita, 120. ann. c. 12. p. 146. a.*
b) *Bartholin. l. 4. phyſ. c. 17. Scaliger. exerc. 24.*

Halinitrum frigus obtinere, qui neſcit, dentibus mandat, ſeu ſolum, ſeu in pyrio pulvere, vel etiam experimentum capiat, in aqua, in qua ſolutum fuerit, valdè efficitur frigida hac. Libav. Tr. 3. ſingul. l. 1. ſchol. ad c. 8. p. 67. lib. 5. ſchol. ad c. 16. 556. Idem l. 1. de ferin. Tuberan. c. 9. Nero decoxit aquam & demiſſam in nives nitro refrigeravit. Plin. l. 31. c. 3.

Aqua pura fontana, in qua glacies Paradyſi ſit ſoluta, ad ſatietatem uſque data, in cauſa, quem morbum Ungaricum vocant, ardorem delet, ſitim arcet, flatus vacat, urinam movet, vel maximè aceto philoſophico permixta, & quò major ardor, eò largiori manu aqua concedatur. Schennemann. in paracelſ. de morbo ſulphur. cagaſtr. ſect. 4.

vide centur. 6. part. 13.

XXXIII

Cur aqua tepida halinitro permixta fiat frigidiſſima?

Profectò admirabile eſt, quòd in locis frigidis, atque humidis enatum Halinitrum, igneæ tamen naturæ ſit. Nam facultate, calidum & ſiccum eſt omninò. Sed id mirabilius, quòd immerſum aquis cum tandem liquefiat antequam tamen igneus illius vigor extinguatur, ac deficiat, tantis agat viribus, ſeq; adeò generosè defendat, quo minus niſi à frigidiſſima aqua, tanquam provocato à ſe hoſte, pervincatur, præſertim, ſi æquo inter nitrum & aquam, marte pugnetur.

Verùm, ut clarius id patefiat, perpulchrum quoddam certamen inſtituendum eſt, inter ipſum halinitrum & ejus competitricem aquam: ſi modò in pelvim, tanquam in arenam, ambo deſcendant, atque æquis armis, ſuis videlicet innatis qualitatibus, præmuniti, ſervataque proportione, commiſceantur, jamque citatâ, continuatâque agitatione, quaſi ad pugnam provocati, manus conferant. Quâ ex pugna, ſatis nobis victoriæ loco cedet, cauſas aperuiſſe, cur aqua licet tepida, halinitro permiſta frigidiſſima ac propè glacialis evadat. Hæc autem una reliquis multò congruentior ſemper eſt viſa. Quòd ſcilicet pugilibus pugnam ineuntibus incluſus in halinitro calor à frigore, quod aquæ per ſe ineſt, irritatus ac incandeſcens, ſubindeque in illum inſurgens, aquam vehementer provocat ad pugnandum. Nec mora eſt, quia aqua rurſum ſummum ſibi ipſa frigus, pro

telo

Digitized by Google

telo colligit, quod laceſſenti halinitro validiſſimè retorqueat. Ex quo ingens illud, tametſi ambiguum inter ipſos prælium committitur. Nam ſicut præfervens, indicante ſpumâ, halinitrum, non anteà à pugna ceſſat, quam provocatam aquam ſenſerit frigidiſſimam: ſic neque hæc in tepidam relabitur, donec igneæ halinitri vires illius frigore hebeſcant. Tanta enim eſt utriuſq;, in tuendis ſuis partibus cura & ſolicitudo, unde ſine victoria tandem pugna dirimatur: jamque ab æquo inter eos marte fit, ut hinc inde ambo quaſi laſſi, conſiſtant, neque alter hoſtis in alterius manus deveniat, idque ab æquali contrariorum permiſtione, quâ fit, ut neque alterum in ſibi contrarium omnino agere, neque idem contra pati poſſit. Quæ tanta pugna, tametſi victoriæ laude careat, nihilominus tamen opulentiſſimo, nobiliſſimoque decoratur triumpho. Hunc enim ſummâ cum voluptate agunt æſtivo tempore, calidioribus in regionibus, quicunque hoc ipſo utentes experimento, frigidiſſimos vel potius glaciales potus affectant.

Quales demum efficiunt, vitreis, ſeu alterius cujusvis lævis, dum tamen perflabilis materiæ vaſis vino, ſive aqua oppletis: quibus intra pelvim inter conſortes jam hoſtes, aquam & halinitrum, in orbem incitatiſſimè agitatis fit, ut ambientis humoris refrigeratio perfluat ad incluſum: cujus præpropero hauſtu compotores mira conſequitur voluptas.

Gomes de ſale l. 2, c. 4.

XXXIV.

Nitri uſus in Mania.

Laudatur in Mania Nitrum, nec ſine cauſa. Cum enim malum hoc, ab impuris, fervidis & inquietis ſpiritibus ortum habeat, Nitrum non ſolùm omnem fumum craſſum & flammam fumoſam clarefacit, ſed & volatilia figit, ideoque cereviſiæ, dum fervet, aliquid nitri nonnulli adjiciunt; ita enim non ſolùm cereviſia purior & clarior redditur, ſed & obſtructiones aperiuntur, craſſities & fuliginoſa ſanguinis ac ſpirituum diſpoſitio emendatur.

Nitrum quoque præparatum, cum modico camphoræ, in aqua nimpheæ diſſolutum, cum petiis capiti applicetur.

Sennert. l. 1. pract. part. 2. c. 15. p. 424. b. & 425. b.

Plura de Nitro vide centur. meam 6. part. 11. & ſeqq.

XXXV.

Tonitrui etymon.

Tonitruum, Græcis βροντή, à tono, qui ſonus eſt, dictum videtur, quod maximè terreat, tàm graviter omnia concutiens, ut cœlum diſcindere videatur.

Iſidor. etymolog. l. 13. c. 8.

XXXVI.

Tonitruorum generatio.

Sol elevat aquam, vel ſubtiliorem, vel craſſiorem. Subtiliorem illam tempore æſtivo, ſæpè elevat ad ſphæram ignis. Ignis non patitur aquam, & hinc toni-

trua

trua. Non autem ſemper, neque uniformiter tonitrua excitantur ob has cauſas. Solis calore intenſo exiſtente, aqua faciliùs poteſt evehi ad ſphæram ignis, ut fiat repercuſſio. Si enim facias in olla fervere aquã, videbis igne lento lentos vapores & ventos, igne vehementiore, apparebunt nebulæ craſſiores, quæ tandem & ipſæ ſubtiliantur continuato calore. Eodem planè modo operatur Sol, ad hæc multa ſunt loca, ſub ſphæra ignis. Itaque aqua illa elevata multas ſæpè intrat cavitates & veluti cameras, antequam fiat repercuſſio, ſicut in mari videmus aliquando multa milliaria agitari, antequam repercuſſionem, ut regrediantur, offendant.

Aſted. Phyſ. chem. c. 9.

XXXVII.

Comparatio tonitrus cum lignis incenſis.

Tonitru eſt ſonus ortus ex exhalatione calida & ſicca, in nube incluſa, eandem ictu vehemente rumpens, ſimilis ſonus in noſtris ignibus redditur, quum flamma vitio lignorum virentium crepat, & illic ſpiritus habens aliquid humidi ſecum, conglobatusque, rumpitur flamma. Ligna illa, quæ multum expirationis, in meatibus interceptum habent, crepitum (quem veteres riſum Vulcani aut Veſtæ, vel horum comminationem dixerunt) edunt, quum expiratio exire nititur, exituque ſuo ligna exſiccat, atque diſrumpit: unde etiam eo impetu flamma efficitur. Sic quoque in nubibus evenit: ſpiritus enim ille, qui colliſis nubibus exprimitur, impactus aliis, nec rumpi, nec exilire ſilentio poteſt. *(a)* Hinc Plinius *(b)* toni-

tru fragorem eſſe dicit, editum ex plaga, impactorum ignium, è nube erumpentium.

a) *Ariſtot. l. 2. Meteor. c. 9. Cellar. part. meteor. ſect. 39. art. 1.*

XXXVIII.

Cum nucibus Caſtaneis.

Caſtaneæ integræ indiviſæque in ignem injectæ, mox ſonoro cum ſtrepitu crepant mediæ: quod aquoſa & inſita humiditas vi ignis in flatum verſa, vi rumpat ſibi exitum. Aër enim ſeu flatus, ex aqua rarefactione ſuſcitatus majorem locum quærit, nec jam anguſtis, quibus antea concludebatur caſtaneæ involucris, contineri poteſt.

Paræus l. 10. op. chir. fol. 332.

XXXIX.

Cum bombarda.

Manifeſtior adhuc eſt demonſtratio in Bombardâ, quâ ſi pulvis pyrius objecto globo coërcitus, flammula ſubdita accendatur, erumpens inſtar tonitrui, fragorem; inſtar fulgurationis, ignem; inſtar fulminis, ictum; eliſo vehementer globo repræſentat.

Tandler. diſp. 4. meteorol. th. 6.

XL.

Tonitrua & fulmina artificialia; tormentorumq́ muralium calamitas & pernicies.

Cùm metallici placentas cyprias, aut fuſorum metal-

tallorum recrementa tota ignita, magnis maſſis, in ahenum frigida plenum injiciunt, id quod fabri ferrarii in re minore experiuntur, & in balneis vulgaribus, ubi vapor ſilicum fervefactorum hypocauſtum calefacit, ſolemne eſt, ſpecies quædam fulminantis intonantisque eſt aëris: maximè verò diſploſis tormentis muralibus, quibus nihil excogitavit hominum ingenium violentius, & vix natura habet, quod plus ſit timendum. Tonat quidem cælum, cum fragore maximo; ſed non ſemper conjunctum eſt fulmen, quod tunc dicitur, cum excidit nubibus ſpiritus (ita enim inquit Philoſophus: ἐὰν ἐν αὐτῷ τῷ νέφει πολὺ καὶ λεπτὸν, ἐκθλιβῇ πνεῦμα τοῦτο γίνεται κεραυνὸς) ſive ἀργῆτα intelligas, quod eſt ex halitu tenuiſſimo abſque incendio: ſive ψολόεντα, quod ex craſſiore inflammato. At tonitruo mortalium, & flamma, incendiumque cum fumo nitroſo & ſulphureo; & percuſſio, fulmineaque ſtrages conjuncta eſt ſemper, nec prorumpit ex vaporoſis nubibus, ſed ex ære ſolidiſſimo. Solatio nobis eſt quod tam vaſtæ moles non ſint, ſicut nubes: quod ſi eſſet, uno ictu moverentur concuterenturq; cum montibus campi, nec manes vacarent terrore. Longè major peſtis illa foret ullo terræ motu, ullove Veſuvii, Chymæræ, Æthnæ, caminive Lycii ignivomo cratere. Nam & montes protruderet integros & cum hominibus abſorberet, obrueretque oppida & regiones. Tanto pejor humana eſt malitia. Deerat naturæ tanta calamitas. Ingenium defectum compenſavit, inque perniciem ſuam non Equuleos tantùm, non boves æreos, non mille alia excogitavit tormenta, ſed & fulmina invenit, quaſi deeſſet unde poſſent perire; & ſævior

per-

pernicies eſt induſtria. Fulmen in natura ſolitarium cadit; æreæ machinæ grandines fundunt, evomuntque catervatim, ut uno ictu procurentur mille mortes & rerum ſtrages. Conſultum eſt etiam celeritati, ut eo breviori viâ & corruptius diſtractiusque morerentur, quaſi inviderent terræ, rogisque cadavera integra; diſrupta ad manes mittunt, inque mille diffuta divulſaque portiones. Nec ſatis erat maximam vim halituum igneorum à natura, in montium regionumque ſubverſionem imis contineri aut colligi barathris, unde in abruptum demergerentur gentes; ingenium etiam illis locis, quæ erant adverſus naturæ injuriam firmè munita poſuit inſidias, & caſtella montibus impoſita, per cuniculos eruit, evertit & in nubes condit,

XLI.

Fulminans halitus cum crepitu, in deſtillatione Olei ſalis-petræ.

Qui ſalem petræ in oleum redigere, aut ex ſulphure, ipſius adjumento, elicere idem volunt, ſi imperitius agunt, ſentiunt ejusmodi cum fulminante halitu ſonitum, & non rarò ex fronte vitrorum evellunt fragmenta.

XLII.

In depuratione æris cyprii.

Memini me tale quid ex depurationibus æris cyprii cognoſcere. Dum enim id in purum excoquitur, antequam perfectum ſit (perfectio autem exploratur per ferreos bacillos, quos retrò immittunt in catinũ juxta folles, ita ut aliqua pars adhæreat, quam

re-

reſtinctam decutiunt malleis & lentitiem fragilitatemque judicant, ne vel crudius relinquatur, vel exuratur nimium, ſed ſit malleo extenſile, κατὰ τὸ δίκαιον) ſi injeceris aliquid aquæ, quod aliquando ex imprudentia committitur, dum pala reſtincta madensque adhuc & ſtillaas catino infertur; prorumpit ex catino motu violentiſſimo, proſternitque & verberat quicquid attingit.

Libav. lib. 2. epiſt. chym. 63. l. 1. de bitumin. ſchol. ad c. 8.

XLIII.

Bombardici murmuris & ictûs cauſa, & cur pleriq; bombardico ictu intereant, nulla corporis parte violati?

Pulvis bombardicus ignеſcens in multò majorem faceſſit aëris copiam, per ratam proportionis phyſicæ veritatem, quæ ait, ex una parte terræ, decem fieri aquæ, ex una aquæ, decem aëris, & ex una aëris, fieri decem ignis. Is igitur aër, cum jam anguſtis illis, quibus antea pulvis bombardicus, cannæ conceptaculis, coërceri nequeat, impetu violento exitum inde ſibi molitur, atque obviam ſibi bombardicam pilam unà expellit, exploditque, ſic tamen ut ſtatim in auras vaneſcat, neque ipſam uſque ad objecta corpora quæ qualiacunque illa ſint rumpit, atterit, & caſſat, comitetur. Quamquam pila illa bombardica obvium aërem tanto impetu propellat, ut ſæpè eo priùs, quam ipſa pila occupentur, attritisque & fractis oſſibus absque ulla carnis prætenſæ noxa, homines intereant; quod ipſi cum fulmine commune eſſe ma-

manifeſtum eſt. Poſſum enim ego fateri fulmina quæ atterunt, franguntque, fundunt & diſſipant, aliosque effectus admirationis plenos ſine combuſtione ulla moliuntur, cannarum muralium ictibus ſubſtantia ſimilia eſſe, at non ea, quæ ſecum ignem, flammamq; deferunt. In cujus rei fidem occurrit animo meo militis cujusdam hiſtoria: ex cujus femore memini me olim glandem extraxiſſe, femoralium multitio integro, nullâque dilacerationis aut uſtionis ſigna præferente, involutam. Multos præterea vidi, qui nullo modo icti, ac ne attacti quidem, prætervolantis tantum vertici vel auribus bombardici ictûs fragore & impetu, ſic attoniti procubuere, ut liventibus & deatratis membris gangrænâ mox invadente interierint.

Idem experimur in ſuffoſſionibus, cum cuniculis incluſus pulvis hic bombardicus, admoto igne in flatum converſus, æquas montibus terræ moles, à ſedibus revellit.

An. 1562. non ita ingens hujus pulveris copia, concepto fortè in publico armamentario igne, tantum fragorem excitavit, ut tota inde urbs contremuerit, vicinas verò ædes, non paucas, ſolo æquârit, aliàs remotiores vehementer concuſſas, tegulis feneſtrisque ſpoliarit: denique procelloſi fulminis inſtar, multos ſemianimes hac illac proſtraverit, aliis oculorum, aliis aurium ſenſum ademerit, alios membris laceratos tàm miſerè mulctaverit, quàm ſi furiis equorum diſtracti fuiſſent, idque ſolâ aëris agitatione, in quem pyrius pulvis igneſcens convertitur.

Paræus l. 6. p. 332. & 331.

Bu-

Digitized by Google

Bubulcum unum in Taurinis percontati ſumus: quò haberet autore auriculam perforatam (pertuderat enim fulmen tenuiſſimâ trajectione) at ille amens, atque attonitus, nunquam rectè aut ſapere aut loqui poſtea valuit. Scalig. exerc. 13. ſect. 1.

XLIV.

Ictu bombardæ exaudito puer apoplexiâ mortuus.

Infans, ab ictu bombardæ exaudito, totus contremuit & turbatus fuit: ſequenti nocte lac non ſuxit, flebat & irrequietus permanſit, ſequenti die à prandio, apoplexia correptus fuit. Nam univerſum ejus corpuſculum tremebat, labia torquebantur & oculi ita elevabantur, ut foràs exire viderentur. Cæterùm pulſus huic frequens, celer ac languidus erat, præcipuè dextri lateris. Nam univerſum ſiniſtrum latus illicò paralyſi correptum fuit, & arteriæ ſuis motibus deſtitutæ. Porrò à præſagio facto, quòd puer hic intra paucas horas moriturus eſſet, poſt rutam ad ejus nares admotam & oleum vulpinum nuchæ adplicitum, & ſanguinem per tibiarum ſcarificationem extractum & cauterium prope nucham applicatum, tertia hora noctis obiit.

Non eſt mirari, ſi ab ictu bombardæ, morbus dictus, ex quo mors ſubſecuta fuit, ortum traxerit, cum perterrita natura, ſpiritus animales, ad cerebrum, tanquam ad arcem defendendam retraxit, cum quibus ſanguinem plurimùm quoque ſecum duxit, ad quem meatuum coarctatio ſequuta eſt, & conſequenter apo-

apoplexia & paralyſis, morbi pernitioſi ſint orti.

Luſitan. cent. 3. curat. 22.

XLV.

Exploſâ bombardâ in conclavi, orbes vitrei univerſi feneſtris excutiuntur, cur?

Quare exploſa bombarda in conclavi, orbes vitrei univerſi feneſtris excutiuntur, omnibus in ipſum conclavis pavimentum cadentibus; an quia aër illo fragore repentè & violenter dividitur, diſperſus, ne verò daretur vacuum, latentibus partibus aëris ſubitò ſe unientibus, & ſimul magna violentia, eum, qui extra feneſtras, aërem attrahentibus, qui dum confertim & cum violentia irrumpit, vitrum confringit?

Ruland. l. 2. probl. 324.

XLVI.

Tonitru ac fulmine vitiari vinum & cereviſiam.

Tonitru & fulmen noxam inferre rei penuariæ, cellisque vinariis, nemo non patrum familias luculento ſuo damno experitur. Siquidem fulmine vappeſcit vinum, coloremque ruffum aſciſcit, ac genuinus illi ſapor aboletur calore igneo, ac vi penetrabili urentique.

Cereviſia horrendo illo ſonitu, motuque violento ac concuſſione, acore vitiatur, potuique efficitur inidonea. Et quanquam æſtivus calor præcipua cauſa ſit, ut liquores aceſcāt, fulmen tamen ac tonitru ſubitam

tam mutationem hujuſmodi rebus inferunt, etiam hybernis menſibus, cum æſtus pedetentim id efficiat. Quod ſi penora ſubterranea ſint, ac concamerata, fornicibusque ac teſtudine conſtructa minus detrimenti poculenta accipiunt, quàm ſi tabulatis conſtrata ſint. Celerius enim in hæc penetrat aëris, auræque intemperies, ac violentius in dolia, cadosque vinarios decumbit. Quocirca ego iſtos præmunire ſoleo, antequam tempeſtas ingruat, ſuperpoſitâ vaſis ferri laminâ cum ſale aut ſilicibus, fulmen enim cum duriſſimis confligatur, in eaque potiſſimè vim ſuam exerit. Nam rara & tenera intacta relinquit, quod per ea tranſitus pateat, nec illis inhæreſcat, eoque fieri videmus, ut quercus, atque ilex, duriſſimæ celſiſſimæque arbores fulminis injuriæ maximè ſint expoſitæ, cum Laurus, quæ illi cedit, nec renititur, intacta conſpiciatur.

XLVII.

Vitiatum Vinum & Cereviſia, ut inſtaurentur.

Vinum in aliud dolium transfundendum, quod tamen prius defricari debet, deinde decocto foliorum ſatureiæ, thimbræ, lauri, juglandis, myrti, cùm hortenſis, tùm ſylveſtris, fæniculi, baccarum juniperi, Gallitrici, macerari, exſiccatoque dolio recondi, poſtmodum ubi in uſum depromi continget, colorem, odoremque ac ſaporem exhibebit gratiſſimum.

Cereviſiam quoque ubi à genuino ſapore degene-

ravit, aut ubi langueſcit, medicatis odoratiſque rebus reſtituimus, ac ſaporis gratiam conciliamus, nempe iridis radice, Zingibere, nuce myriſticâ, ſeu moſchatâ, gariophyllis, lauri baccis, ejusque aridis foliis calamo odorato, origano, betâ.

Lemn. l. 2. de occult. nat. mir. c. 48.

XLVIII.

Tonitruorum effecta.

Tonitru ex vehemente ſono præſtat idem, quod vehemens ſenſile: inducit ſurditatem, terret & perimit pullos in ovo adhuc latentes: & apes in apiario: fœtum in gravidæ alvo, *(a)* apud oves maximè. *(b)*

2. Ex halitu putri, craſſo & viſcoſo, quem refundit in hæc inferiora peſtem, & lui huic affines morbos minatur.

3. Tonitrua matutina ventum ſignificant, imbrem meridiana. (*c*)

4. Putantur denique terræ & reliquorum elementorum ſopitas vires excitare, unde vulgatum eſt enatum verbum: tonitru præcox, fames ſerotina. *(d)*

a) *Mulier uterogerens, ſolo tonitru exaudito, & horribili quodam ſpectaculo viſo, infantem abortivit.* b) *Tonitrua ſolitariis ovibus abortum inferunt; remedium eſt congregare eas, ut cœtu juventur. Plin. libr. 8. cap. 47.* c) *Plin. l. 18. c. 35.* d) *Cellar. partit. meteorol. ſect. 39. artic. 5.*

XLIX.

XLIX

Fulgurum peſtifera vis.

Ut tonitru grave ac vehemens auditum lædit: ſic coruſcatio viſum, *(a)* & ſi obtutius aſpiciatur, etiam quodam maligno tumore inflat faciem: imò venenatis interdum ac leproſis halitibus reliquum omne corpus inficit. Quoniam tenuis ignis halitus ſeſe per poros faciei, quæ tenera eſt & poroſa, perque oculos inſinuat, unà cum flamma: qui humorem faciei corrumpit & temperamentum exolvit, carnem in tumorem attollens, idemque humorem cryſtallinum exſiccat, & totius corporis ſanguinem, venenatâ quâdam acrimoniâ perurit, redditque corpus leproſum. *(b)*

Alimenta quoque fulmine vitiata, noxia ſunt ac pernicioſa adeò, ut ne canes quidem contacta deguſtent. Ineſt enim illi vis peſtifera, ex qua ſpiritus venenatus in contactu diffunditur, eoque fit, ut à fulmine aduſtis teterrimus odor emanet, quod in ariſtis confricatis percipimus, quæ tactu fulminis rubigine vitiata ſulphureum odorem naribus effundunt. (*c*)

a) *Fulguris vi Scribam occæcatum eſſe, ad finem vitæ, D. Rudolphus Rieppius, avus meus maternus, p. m. Illuſtr. Ducis VVirtemberg. per multos annos, Tubingæ Cellarius emeritus aliquoties mihi narravit.* b) *Keckerm. diſp. Phyſ. extraord. de fulm. th. 28.* c) *Lemn. l. c. Mercur. l. 1. c. 14. de venen.*

Fulgur album & lucidum lædit radio, non igne, & putatur frugibus & racemis parùm foliatis obeſſe. Cellar. l. c. ſect. 40. art. 1.

L.

Noctu magis quàm interdiu fulgurat, cur?

Noctu magis, quam interdiu fulgura videntur; cauſa eſt, quia majus lumen obfuſcare ſolet minus. Solis ergo radii interdiu coruſcationes, etſi etiam claræ fuerint, vincunt: de nocte autem, quæ per ſe tenebris involuta eſt, non habeat, quo earundem fulgor ſuperetur.

Cellar. loc. cit. art. 3.

LI.

Tonitrua majora fiunt interdiu; contra verò, majores noctu coruſcationes, cur?

Quia interdiu plures aſcendunt halitus, ac nubem reddunt ſpiſſiorem, ideò majora fiunt de die tonitrua: noctu quia ſunt tenebræ, aër magis illuſtratus videtur: jam etiam materia exhalans, de nocte, propter frigus, per ἀντιπερίστασιν facilius incendi poteſt, ideò majores videntur coruſcationes.

Keckerm. diſp. phyſ. de fulmin. th. 23.

LII.

Cur fulgur prius cernatur, quàm tonitru auditur?

Coruſcatio fit poſt percuſſionem & poſterius tonitruo, ſed videtur prius, an ὄψις προτέρη τῆς ἀκοῆς ἐστι, i. e. ſenſus oculorum, quæ objiciuntur, celerius percipit, quam aures percipiunt, id eſt, ſenſus auditus ſuo munere tardius perfungitur, quàm viſus.

Lucre-

Lucretius rationem comprehendit verſibus:

—— quia ſemper ad aures

tardiùs adveniunt, quàm viſum commoveant res.

quod Ariſtoteles explicat remigum exemplo. Nam à remo factæ in aquis plagæ ſonus præſens, tùm primùm exauditur ab adſpectantibus, quando jam ſecundo remi ad alteram plagam attolluntur: *(a)* quod idem accidit, qui ſaltantes ad modos ex intervallo longinſculo intuetur. *(b)* Quod autem numeri tardius ad aures perveniunt, Lucretius, exemplo lignatoris, quem ſi procul ligna cædere videas:

Ante fit ut cernas ictum, quam plaga per auras

det ſonitum. ——

a) *l. 2. Meteor. c. 9. Plin. natur. hiſt. l. 2. c. 54.* b) *Ruland. l. 2. probl. 91. Cellar. l. c. art. 2. Tandler diſp. 4. meteor. probl. 3. Velcur. l. 3. phyſ. c. 10. Cornel. Valer. inſtit. phyſ. c. 21. th. 13.*

Procul ſtantes ignem erumpentem ex ſclopetis citiùs, quàm ſonus editum percipimus, & lignatorem ſecuri, vel etiam lotricem malleo lotorio, alterum jam minari ictum videmus, quam priorem auribus aſſequimur.

Keckerman. l. c. th. 22.

Coruſcatio apparet ſubitò, antequam tonitru audiatur, licet hoc coruſcatione prius ſit natura, ſicut concuſſio ſilicis & chalybis igni prior eſt. Ratio eſt ex modo viſionis & auditionis, illa fit fermè in momento; hæc per varias circumgirationes.

Barthol. l. 6. Phyſ. c. 8.

Digitized by Google

In fulgure prius videtur lux, quam ſonus audiatur: non propter oculi, ſed propter objecti celeritatem. Pingit enim aërem continuò lux, at ſonus non niſi motu fertur. Motus autem omnis in tempore.

Scalig. exerc. 80. ſect. 8.

Vide centur. memorab. 5. part. 95. Aphrodiſ. problem. 39.

Cur fulguret nunc cum, nunc ſine tonitru? vide cent. 5. part. 93.

LIII.

Cur fulmine plerumque percutiantur Feles & Canes?

Feles propter humiditatem ſuam mucoſam & calidiorem, halitus ejuſdem naturæ, tàm per os, quàm per poros ſæpiſſimè in tanta copia effundunt, ut non homines tantùm qui ſubtilioris temperamenti ſunt, ad felium præſentiam, (licet ipſos non videant) animi deliquium patiantur, ſed & generoſiores equos, aurigæ teſtentur tantopere affici, ſi feles in curru abſcondantur, ut ſudorem quaſi anxii emittant, & currum vix aut ægrè protrahere valeant.

De Canibus etiam conſtat, quàm ſint odori, quamque multum halituum emittant ex corporibus. Hos ergò ex felium & canum corporibus copiosè exhalantes copioſiores halitus, fulminis ſpiritus, tanquam materiam ſuæ naturæ cognatam & tanquam fomentum aliquod & nutrimentum ſuum ſequitur.

LIV.

LIV.

Cur tutum non ſit, cum fulminat, feles penes ſe habere, aut canem, præſertim in ædium foribus?

Si fores ædium pateant, utique inde varii halitus verſus liberum aërem, magna copia feruntur, qui fulminarem ſpiritum ad ſeſe alliciunt: ita ut mirum non ſit, ſi etiam fulminis ſpiritus, ſimile ſibi quærens, feles in januæ proſtibulo, aut limine tangat.

Et de Canibus obſervatum eſt, quod in tempeſtate fulminum ſibi metuentes, ſi in patenti campo cum homine verſentur, ubi ſe abſcondere nequeunt, hominum pedibus ſeſe implicare ſoleant, adeò ut viatores & tabellarii, ſibi etiam propter canem, à fulmine vehementer metuant.

Keckerman. diſp. de fulmine, probl. 9.

LV.

Fulmine læſis quomodo ſuccurrendum?

Fulminis potentia tanta eſt, ut humores cerebri comovere, hominesque attonitos reddere valeat. In iis autem quos tangit nec planè occidit, cor vehementer affligit, ejusque actiones lædit, & ſpiritus vitales, quaſi homines ſyncope laborarent, graviter afficit aut extinguit. Quare ſi ad hoſce ſanandos Medicus vocetur, & aliquod adhuc vitæ indicium ſupereſſe videat, unicè laboret, ut ſpiritus citò revocentur, reficiantur, ac reparentur, corque à malignitate, qua opprimitur, illicò liberetur.

Et ideò ante omnia, prius tamen ægri veſtibus detractis, ut cor liberiùs per arterias tranſpiret; nec vapores maligni, in veſtibus adhuc hærentes, magis in corpus tranſpiratione trahantur, extrema corporis fortiter ligentur, aut linteaminibus, baccis juniperi, foliis lauri, rutæ, rad. angelicæ ſuffumigatis, fricentur, volæque manuum & plantæ pedum, ut & arteriæ in carpi regione & circa tempora, ubi pulſus obſervatur, Theriacâ in vino malvatico, aut aquâ vitæ conveniente diſſoluta, inungantur.

Ori infundantur aquæ apoplecticæ, cordiales, vel alia etiam medicamenta, cor potiſſimum reſpicientia, ſpiritusque vitales reficientia, & auræ malignæ reſiſtentia; qualia & quidẽ ſæpius probata ſunt, Theriaca, de qua mox ſcrupuli duo, vel drachma una, cum aqua apoplectica, aut vino malvatico utiliſſimè exhiberi poſſunt, item confectio Alkermes, lapis Bezoar rad. Angelicæ, vincetoxici, Scorzoneræ: vel paretur hæc potio:

Rec. aq. meliſſ. cum vino unc. j. ſemis, aq. Cinam. apoplect. card. ben. ana unc. ſemis, conf. ALKerm. ſcrup. duos, vel drachmam unam, lap. Bezoar gr. vj. m. f. potio.

Poteſt etiam Bezoar ſolus, ad gr. vj. vel viij. cum aq. bugloſs. card. bened. aut meliſſæ exhiberi.

Si æger electuaria deglutire poſſet hoc utile eſſet.

Rec conſerv. meliſſ. borrag. ana unc. j. tunicis unc. ij. Rad. Scorzoner. condit. unc. ſemis, El. citri cond. drachmas iij. ſpec. conf. de hyac. drachm. j. pulv. unic. veri, gr. vij. vel cornu cervi, ſ. uſtion. præp. magiſt. corall. perl. ana ſcrup. ſemis, lap. Bezoard. gr. vj. vel ſcrup. ſemis, cum ſyr. Cinam. q. ſ. f. Elect. molle.

Cum

Digitized by Google

Cùm ſudor venena ad exteriora corporis propellat, danda opera, ut poſt horum uſum æger nonnihil ſudet.

Reliqua vide ſupra part. 1. hujus cent. XIII.

LVI.

Maculæ à fulmine inductæ quomodo curandæ.

Quòd ſi corpus ſimul à fulmine exuſtum fuerit, in eoque maculæ aut puſtulæ nonnullæ appareant, iis protinus cæpe cum ſale, foliis rutæ, & theriaca conquaſſata applicanda. Eſchara ſcalpello aut forficibus excidenda, poſtea ulcera ſeq. unguento mundificanda.

Rec. mellis roſac. unc. ij. pulv. rad. vincetox, rad. angel. ana unc. ſemis, fol. rut. cum pulv. quaſſator. pug. ij. theriac. drachm. ij. aq. vit. unc. ſemis, m. f. mundificativum.

Utatur juſculis carnium recentium, in quibus borrago, bugloſſum, calendula, acetoſa, roſmarinus, majorana, macis, crocus, cinamomum & ſimilia coxerint. Ab omnibus quæ difficilis ſunt concoctionis, abſtineat. Proſpiciendum quoque, ut alvus ſemper ſit lubrica, idque ſi naturaliter nequeat, fiat ſuppoſitoriis aut enematibus lenitivis. A purgatione & venæſectione abſtinendum eſt, niſi aliqua adfuerit occaſio particularis, ubi conſulendus eſt Medicus.

Fabric. de combuſt. c. 16. Nymann. de apopl. c. 27. & 53. Beniven. de abd. c. 13. l. Bapt. Cardan. de fulg. c. 2. Braſavola comm. in l. 1. Hipp. de rat. vict. in acut. Paræus l. 10. p. 327.

Digitized by Google

LVII.

Ex ictu bombardæ Surditas ſecuta.

A. 1593. quidam 40. circ. annos natus, cum Hildenæ in luſtratione quadam militum, humi jaceret, ac obdormiviſſet, accidit ut quidam ex ſociis ſuis jocandi, ipſumque expergefaciendi gratiâ, ad ejus aurem ſclopetum exploderet, ſomnolentus expergefactus, ex eo ſono ita perculſus erat, ut propter maximam cerebri commotionem, ſeſe ex uno in alterum latus convolvens, cibum crudum ac indigeſtum, cum maximis doloribus, evomeret, & ſurdus factus fuerit. Singulari tandem Dei beneficio, poſt longum tempus convaluit.

Fabric. l. 3 obſ. 6.

LVIII.

Surditatis cauſa ex ictu bombardæ.

Quomodo motus aëris & impulſio ſonora non auditus tantum organum lædat, ſed & principium nervorum obtundat, & ſpiritus in turbinem circumagat, excitetque vertiginem, ita ut attoniti concidant, & poſt ſedatam quoque affectionem, maneat tùm cerebri, tùm nervorum in toto corpore, audituſque imbecillitas, pridem acumine ſuo docuerunt Phyſicorum ſcholæ. Tenditur enim inſtrumentum auditûs, & nonnunquam etiam diſrumpitur, impulſu aëris, fatiſcente tympano, & connato aëre diſſipato, nervoque obtuſo, poſtea penetrans halitus etiam cerebri, tùm ſubſtantias, tùm membranas, violenter quatit, tranſmovetque humores, unde non rarò colliqua-

ſiquatione factâ, & humoribus infixis, immiſſisve ſequuntur apoplexiæ, paralyſes, tremores &c. Spiritibus autem animalibus item per vim, ſeu diſſipatis, ſeu illiſis, ſenſuum diſſipatio omnium exoritur, perinde ac ab incuſſu clavo valido. Id autem teſtantur illi, quibus juxta aures tormentum fuit exploſum, ob id plerumque ſurdi aut ſurdaſtri.

Libav. l. 1. ſingul. p. 319. Fabric. l. 3. obſ. 7. Mercur. l. 1. Medic. Pract. c. 40. fol. 185.

A repentina luce, viſus quomodo lædatur, vide centur. 7. part. 25.

LIX.

Surditas miſerandum malum.

Cum aures ſint quaſi porta mentis, per quam menti ea intromittuntur, quæ doctrinæ & inſtitutioni traduntur ad vitam coram DEO & hominibus rectè tranſigendam: miſerum eum hominem eſſe neceſſe eſt, qui audiendi facultate deſtitutus, adminiculo hoc ad ſalutem æternam & ad præſentem incolumitatem uti nequit. Miſeriores adhuc ſunt, qui ſimul cæci ſunt. *(a)* Miſerrimi, qui cæci, ſurdi, muti. *(b)*

a) *Sennert. l. 1. Pract. part. & ſect. 3. c. 7. Plater. obſerv. l. 1. p. 111.*

De auditus præſtantia, vide centur. 11. part. 58.

LX.

Surdi cur plures fiant?

Ex proceſſu (præter proceſſus illos cerebelli duos, vel excreſcentias vermiformes dictas, quia multipliciter orbiculatæ ſunt, & ex multis portiunculis tranſverſis, tenui membranâ copulatis *(a)* conſtant) qui utrinque ex cerebello, prope truncos, ſpinalem medullam

dullam conſtituentes oritur, & per transverſum, in anteriora & inferiora fertur, quo mediante, cerebellum, ſpinalem medullam in anteriore parte amplexatur, & ſerie fibrarum transverſalium, cum eminentia, à fibris rectis ſpinalis medullæ diſtinguitur, & quem Varolus, (*b*) pontem cerebelli vocat, à ſimilitudine, quam repræſentare videtur, quia ſub hoc proceſſu transverſali, ſpinalis medulla feratur, eo modo quo canaliculus quidam fluens ſub aliquo ponte fertur, Nervus auditorius pendet & naſcitur, ita ut pronunciare liceat Cerebelli uſum quoque eſſe, ut ſenſus auditus primum principium ſit. Et hic nervi auditorii exortus docet (*c*) cur à nativitate plures auditu careant, quam ullo alio ſenſu: nam cum à Cerebello prodeant, nec longè producantur, facilè mucoſis excrementis opplentur. Hinc fit, quod ſemper à nativitate, ambæ aures afficiantur, (*d*) cum ex morbo plerumque, unam aurem ſolùm affici contingat. (*e*)

a) *Barthol in. l. 3. inſtit. anatom. c. 5.* b) *l. 1. anat. c. 6.* c) *Ariſtotel. ſect. 11. probl. cur ſenſuum auditus, maximè ab ortu natura offendi poteſt? an quòd auditus & vox ab eodem initio proficiſci videantur? atqui locutio ex facilè depravari videtur, quæ ſpecies vocis eſt, eademque perfici difficillimè poteſt. Indicium hujus eſt, quòd poſteaquàm nati ſumus, diu obmuteſcimus, deinde balbutire tandem incipimus. Principio namque nullum proferre penitus verbum valemus. Cum itaque facilè perverti locutio poſſit, idemque initium audiendi, loquendique ſit (vox enim quadam, audiendi quoque primordium eſt) ſequitur ut quaſi per accidens, non per ſe, omnium facilimè ſen-*

ſenſuum auditus interimi poſſit. d) *Caſſius problem. 17.* c) *Bauhin. l. 3. theat. anatom. c. 28.*

Surdi qui ſunt, etiam ſimul muti cur? vide centur. 8. part. 82.

LXI.

Cur in aurium purgatione profundâ, tuſſicula ſicca?

Quintum nervorum par, quod auditorium vocatur, propagines ad 1. & 2. vertebram mittit, ad laryngis muſculos proprios. Unde, profundior ſtyli purgatorii in aures immiſſo, tuſſim ſiccam excitat, comunicatâ ſcilicet hac irritatione tracheæ arteriæ, per nervulum quinti paris, auribus, linguæ & laryngi communem.

Barthol. l. 3. anat. inſtit. c. 2. Bauhin. l. 3. c. 28. Laurent. anat. l. 4. q. 26. Sennert. l. 2. pract. part. 3. c. 5. p. 367. b. 380. b.

LXII.

Modus quo fit tuſſis.

Modus quo efficitur tuſſis, eſt, quòd ubi pulmones, vel aliæ partes ſpiritales, aliquâ re offenduntur, & natura & facultas motrix movet muſculos thoracis motores, qui comprimentes thoracem, ſpiritus & in pulmonibus & in partibus ſpiritalibus exiſtentes, cogunt, cumulatim exire per aſperam arteriam, qui cum in via impediuntur, quò minus exeant, redeunt iterum, unde iterum coguntur exire, iterum impediti redeunt: atque ita fit lucta, inter rem impedientem & ſpiritus exeuntes, donec ſuperatâ re impediente, ſpiritus exeunt, atque motum illum edunt, quem

quem Galenus ſcribit, ſimilem eſſe ſternutamento.

Mercur. l. 2. pract. c. 1.

LXIII.

Catarrhi vitatio.

Habent aliqui pro ſecreto ad catarrhum, dormire capite, non altiore pedibus, ſed æqualiter locato, ita ut nil ſub capite ſubdatur, ſic enim prohibere, ne vapor ſurſum, neque humor deorſum deſcendat. Id quod experientiâ ſe probaſſe in ſe ipſo & in aliis jure jurando affirmavit, egregius ac doctrinâ inſignis Damianus Dies, concivis meus, veluti ex Clariſſimo Mercuriali acceptum & confirmatum.

Fonſeca de tuend. ſanit. c. 18.

LXIV.

Catarrhorum facilis curatio.

D. Phil. Melanthon, temperanter vivens, nullo alio remedio uſus eſt, niſi, quòd ex pelvi, ſingulis diebus, quibus laborabat catarrhis, ſæpenumero ex aqua lavabat manus.

Manlius loc. commun. p. 741.

LXV.

Olfactûs aboliti cauſa elegans.

Interdum poſt catarrhos olfactus ita aboletur, ut toto vitæ tempore vix recuperari poſſit. Quod fit præcipuè, cum quis coryzâ laborans balneum incautè ingreditur, cujus calore, materia catarrhi & pituita ad foramina oſſis ἠθμοειδοῦς induratur, ut poſtea vix amoveri queat: unde meatibus illis obſtructis permanentibus, olfactus planè aboletur.

Sennert. l. 1. pract. part. 3. ſect. 4. c. 6. & 10.

LXVI.

LXVI.

Dentes non temerè extrahendi.

Malè ſibi conſulunt, qui in acerbiſſima doloris vexatione, ilicò ſe ad dentiſpices convertunt, pejus faciunt illi, qui ilicò dentem evellunt. *(a)*

Eraſiſtratus, qui dentes temerè non extrahendos putavit, ejus rei teſtimonium hoc adduxit, quod in templo Apollinis ὀδονταγωγὸς, ſeu forceps dentarius plumbeus ſuſpenderetur, quo innuebatur, non eſſe extrahendos dentes, niſi vacillarent, ut plumbeo forcipe & ſine ulla vi extrahi poſſint. Si enim magnâ vi extrahuntur dentes, ſæpè majores dolores & ſanguinis fluxus ſequi ſolet, & maxillæ pars avulſa ſimul extrahi, aut alia pericula excitari poſſunt. *(b)*

a) *Heürn. de dent. affect. c. 11.* b) *Sennert. l. 2. pract. part. 1. c. 10.*

LXVII.

Dentis extrahendi ſine dolore modus.

Dens non extrahitur, niſi ſit initio ſphaceli tactus & mobilis, quia à putredine vindicari is nequit. Tunc illud ſtudium nobis aderit, ut ſine magno dolore agatur. Scalpendo itaque parùm levetur ab alveolo; & dein pulvis euphorbii inſpergatur (hic enim, ſi quid aliud, oſſa extrahit) aut tithymali ſuccus cum farina mixtus denti imponatur, & vicini dentes muniantur cerâ: nam ſuccus tithymali gingivas in tumorem attollit. Poſt duos tresve dies ita vacillabit dens, ut manu vel ferro facilè, extrahatur. Quo ablato, os colluatur vino rubello, cui injectum ſit aliquid myrrhæ.

Heürn. l. c.

LXVIII.

LXVIII.

Anodynum certum ad dentium dolores.

In acutiſſimis dentium carie perforatorum doloribus, certiſſimum anodynum eſt, ferri candentis ad radicum ima depreſſio, vel olei de vitriolo, vel calcantho, vel aquæ vitæ affuſio, ex bombace; exuſto enim, qui in radicem inſeritur nervo, ſenſus, unaque doloris ſenſus tollitur. *(a)*

Oleum camphoræ goſſypio exceptum & dentibus impoſitum, dolorem ilicò ſedat.

Idem facit gutta olei gariophyllorum, vel cinamoni, vel caſtorei, vel ſinapi. *(b)*

a) *Paræus l. 9. op. chir. c. 38.* b) *Deodat. l. 3. panth. hygiaſt. c. 21. p. 136.*

LXIX.

Topicum præſentiſſimum, ad dentium dolorem ſedandum.

Recipe ſeminis lentiſci contuſi, q. ſ. & ſacculo inditum dolenti denti applica. Miram vim habet extrahendi viſcoſos humores, ac leniendi & dolores ſedandi.

Deodat. l. c.

Vide cent. 8. part. 92. cent. 9. part. 42.

LXX.

Amuletum in dentitione Infantium.

Dens Lupi alligatus, Infantium pavores prohibet, dentiumque difficultatem *(a)*

Dens dexter caninus Lupi, in magnis habetur honoribus, pro dentitione puerorum. *(b)*

Quæri

Quæri tamen hîc poſſet an dens Lupi id, quod præſtat, geſtatus præſtet, an verò potiùs, quod dum eum infantes ſugunt & gingivis admovent, eas hoc modo rarefaciant. (c)

a) *Goglen. F. de nat. mirab. p. 102.* b) *Plin. l. 11. c. 37.* c) *Sennert. l. 2. pract. part. 1. c. 11. Paræus l. 23. c. 67.*

LXXI.

An cerebrum Leporinum conveniat in dentitione?

Affirmatur ab experientia: fitque, quod frigiditate calorem gingivarum temperet, vel quod adſtrictione partes illas roboret, vel quod ſpecifica proprietate tale quid peragat.

Verum dubitari poteſt, propterea quòd hîc potius vis attenuandi calida, quàm adſtrictoria frigida requiratur, utpote cum dentium egreſſus juvari debeat iiſdem; ubi reſpondemus, temperatè frigida, modicèque adſtringentia naturam roborare, quò calor hoc modo temperiem nactus, commodius operationem ſuam perficere poſſit.

Horſtius l. 2. obſerv. ſingul. p. 93.
vide cent. 6. partic. 43.

LXXII.

Scalptus gingivarum, quam vim habeat, ad ſedandum dentium dolorem.

Non rarò fit, ut propter gingivarum ex duritie contumaciam, aut naturæ puerilis infirmitatem, remedia nihil proficiant. Itaque in tali caſu ſuaſerim Chirurgo, ut Scalpello gingivas, quâ ſe tumore

produnt dentes aperiat, rupto ſic & illis aperta vi & ferro viâ, unaque tenſione gingivarum, leni hæmorragiâ citata. Cujus ego remedii periculum ſecundo & optato ſucceſſu ipſe feci in aliquot ex meis liberis, præſentibus Medicis & Chirurgis doctis. Id ſatius & expeditius eſt, quàm quarundam nutricum naturæ ſolo inſtinctu edoctarum more, unguibus & ſcalpru gingivas pueriles laniare & atterere.

Duci Nivernenſi mortu⁹ eſt nuper octimeſtris puer, mortis cauſam cum anxiè, unà cum Medicis, qui illi ægro adfuerant exquireremus, non aliam invenimus, quàm gingivarum ex duritie contumaciam majorem quam quæ illi ætati conveniret, ſic enim prorumpere & viam ſibi moliri dentes ipſi per ſe non potuerant. Cujus ſententiæ id extitit argumentum, quod reſciſſis ſcalpello gingivis, dentes omnes velut in procinctu ad egreſſum apparuerunt, ſi tantum illi vivo hoc remedium & auxilium non defuiſſet. (*a*) Hinc parentibus non eſſe gaudendum de liberis, donec dentes canini eruperint, vulgatum eſt. (*b*)

a) *Paræus l. 23. c. 67.* b) *Sennert. l. 1. part. 1. c. 11. pag. 43. b.*

LXXIII.

Dentatos naſci inominoſum.

Infantes qui citiùs dentire incipiunt, ut ſunt, qui ex uteri latebris dentati *(a)* prodeunt, celerrimè dentes excutiunt. Prima enim illa dentium ſeries, ob nervorum quibus devinciuntur, molliciem minus ſtabilis eſt minusque firmiter infixa. Melius enim eſt, omnia cunctantius procedere, tardaque incrementa ſuſci-

ſuſcipere. Siquidem cum natura ſuas vires ac facultates cumulatius quam par eſt, in membra profundat, efficitur ut ætatis acceſſu deſit, quod illis impertiat.(*b*)

a) *M. Curius & N. Pamprius viri clariſſimi, cum dentibus nati ſunt: eam ob cauſam Curius Dentati nomen meruit. Plin. l. 7. c. 16.* b) *Lem. l. 2. de occult. nat. mir. c. 39.*

LXXIV.

Dentium dolor mirabili modo ſedatus.

Nuper dolor acerbiſſimus duos ultimos maxillæ ſiniſtræ ſuperioris dentes vexabat: unde conſenſu quodam & alios omnes ſuperiores ejus partis dentes affligebat & maxillam totam, adeò ut os excuti videretur, tum etiam oculum & aurem & naſi partem eandem vehementer urgebat, nec ullo auxilio abſcedebat, ſed intermittens quandoque revertebatur. Dextrâ manu dentes apprehendebam, diſtrahebam, nihil proficiebam. Tandem caſu aliquo inveni, quod ubi ſiniſtra manu leviter apprehendiſſem dentem, qui magis vexabatur, ita ut pollice partem exteriorem, indice interiorem comprehenderem ſtatim non ſolùm dolor illius dentis, ſed & totius partis ſedabatur. Illud verò mirabilius, quòd quantò levius tangebã, tantò celerius ac perfectius dolor ſedabatur: fiebat autem ſedatio hæc confeſtim: & hoc cum rediret dolor, ſæpius plusquam vicies ſum expertus, donec ſic ſponte abſceſſit & liberatus ſum.

Schenck. l. 1. obſerv. 393. ex Cardano de varietat. l. 8. c. 44.

LXXV.

Eryſipelas quare faciem occupat præ aliis plerumq; partibus?

An quod bilis levitate & calore ſurſum ferri aſſolet? an quod cutis faciei rara & tenella?

Ruland. l. 1. probl. 237.

LXXVI.

Eryſipelatum excellens remedium.

Accipe myrrhæ, thuris, cujuſque uaciam: aquæ ſolatri cyathos duos: aceti cyathum unum: caphuræ, croci, cujuſque drachmam, bulliant, dum hæc diluantur ac fundantur: rubedini applica, dum illa evanuerit: facit hoc ad omnia Eryſipelata.

Heurn. de morb. pect. c. 1.

LXXVII.

Euporiſta ad Eryſipelata.

Accipe nucem moſchatam, obvolve lino vel cannabi madente, ſub cineribus calidis aſſetur. Similiter

Seminis Aquilegiæ, linteo quoque panniculo madenti incluſi, nec non eodem modo toſti tantundem, miſce, f. pulvis, qui vel tenui vino, vel aqua ſcabioſæ bibatur, quo turgens humor in venis mobilis facilius expellitur & ad cutim deturbatur.

Solenand. ſect. 5. conſil. 13.

LXXVIII.

Digitized by Google

LXXVIII.

Oſcitationis Etymon.

Oſcitationem vocant Græci χασμὴν, & oſcitare χασμᾶν, ἀπὸ τοῦ χάσματος, quod hiatum ſignificat: nam inter oſcitandum fit totius oris, ac faucium apertio: ut hiare nunc palatum & os univerſum videatur. (*a*) Propriè enim ad oris partes pertinet. (*b*) Reſpirationem magnam vocat Platerus, in quâ ore aperto, admodumque diducto, aër primò affatim hauritur, mox halituoſus iterum copioſe efflatur. (*c*) Expultrix hæc vis, naturalis facultatis ſpecies, eſt otioſa, ſi ſtimulo, (qui flatus vaporoſus eſt, aut humor flatuoſus, (*d*) ſeu ſpiritus (*e*) craſſus) à quo excitatur, caderet. Nunquam autem ſpaciis muſculorum humiditas deeſt, & thoraci ſpiritus, quem per ἐκφύσησιν hiante ore, ſæpè βοφώδες, ſeu cum ſono expellit. (*f*) Eſt enim oſcitatio pigritiæ & fluxæ atque apertæ ſecuritatis & vagi animi indicium. Unde oſcitantes pro negligentibus ſumuntur, & oſcitatio pro ignavia. (*g*)

a) *Stupan. diſp. pathol. p. 499.* b) *Joubert. decad. 2. parad. 4.* c) *de laſ. funct. libr. 2. cap. 5.* d) *Galen. comment. 1. in lib. Hipp. de humor. aph. 7. & l. 2. epidem. 2.* e) *l. 3. de diff. reſpir. c. 10.* f) *Höchſtett. l. 2. obſ. dec. 4. ſchol. ad caſ. 9. Foreſt. l. 10. ſchol. ad obſ. 126. Mercat. oper. tom. 1. l. 3. part. & claſſ. 1. quæſt. 180. part. 59.* g) *Sennert. l. 1. Pract. part. 2. c. 22.*

LXXIX.

Oſcitantes cur minus audiant?

Quare oſcitantes ſonos acutè non exaudimus? an oſci-

oſcitatione à vaporibus orta, ita diſtenditur & inflatur tympanum, ut ſonos excipere nequeat? an dum divelluntur maxillæ, aures comprimuntur ſpiritu intercluſo: unde & ſtrepitus ſentiuntur in auribus, quare extraneo aëri ſubintrandi loco denegato, ſenſus percipere nequit.

Ruland. l. 1. probl. 51. cent. 2. pr. 290. Colleg. Conimbr. probl. 4. de ſono.

LXXX.

Cur oſcitando, vel digitum in aurem immittendo, crepitus audiatur?

Oſcitando, vel digitum in aurem inſerendo, crepitum quendam percipimus; quoniam aër implantatus, anguſtiore redditâ cavitate ſecundâ, ad latera allidit & malleolum vibrat, unde ſonus oritur.

Keckerman. curſ. Phil. diſp. 15. probl. 52.

Vid. cent. 2. memor. part. 3 Deodat. l. 1. panth. hygiaſt. c. 11. fol. 111. b)

LXXXI.

Cur homines inhorreſcant, cauſis tàm variis, & ſæpè ad horrorem incutiendum ſuâ naturâ non comparatis?

Multa in naturæ majeſtate abdita eſſe nemo neſcit: quorum cauſas non facilè vel prudentiſſimi rerum dixerint. *(a)* Occultâ enim, inſitâque vi, ac totius ſubſtantiæ proprietate perficiuntur, ſic ut non ſemper ratio iniri, aut affectus cauſa explicari poſſit, juvat

juvat tamen, ac voluptati eſt philiatro, ac rerum naturalium induſtrio, ſagacique inveſtigatori probabiles rationes comminiſci: quas ſi prorſus non aſſequitur, non tamen rebus manifeſtis fidem derogat, nec effectus calumniatur, ſed naturam ejuſque opificem admiratione proſequitur. Innumera autem ſunt, quorum probabilis ratio reddi poteſt. (*b*) Videas nonnullos, qui ſerræ ſtridorem impatientiſſimè ferant, videas alios, qui ferre non poſſint, ut pannus dentibus conteratur, cujus rei cauſam ad imbecillitatem certorum membrorum referimus: nam qui ſerræ ſtridorem, aut colliſionem cultellorum ægrè ferunt, imbecillibus ſunt audiendi inſtrumentis præditi: qui dentium in panno vel lana colliſionem ab alio factam impatienter ferunt, debilitati dentium ſunt obnoxii.

Sed quid hic cauſæ invenias, quod nonnulli naturâ à vino, alii à caſeo, alii ab aliis cibis penitus abhorreant? (*c*) quam cauſam reddemus ejus rei, quam refert gravis author, I. Bruyerinus, Medicus olim in Gallia celeberrimus, Joan. à Querceto, Secretarium Franciſci Galliarum Regis, ſolo pomorum odore atque adſpectu ita turbatum fuiſſe, ut ſtatim è convivio diſcederet, ſi poma apponerentur, ſi verò propiùs naribus ejus admoverentur, repentè illi ſanguinem copioſè erupiſſe.

Idem narrat, ſe noviſſe Normannum quendam ruſticum, qui nec panem, nec carnes, nec piſces, nec caſeum unquam deguſtârat, ſed ſolis ovis veſci poſſet, unde & cognomen muſtelæ ei à vulgo impoſitum fuit, quod id animal ovorum ſit avidiſſimum.

Memorat alium quendam, qui præſentiam & aſpe-

d by Google

ctum Galli gallinacei ſuſtinere nullo modo potuerit. *(d)*

Difficile eſt talium rerum cauſas dare. Crediderim autem cauſam, cur à certis cibis noñulli homines tantopere abhorreant, eſſe ab impreſſione matris in fœtum: ſicut enim ab imaginatione matris certas quaſdam maculas in extrema corporis membra videmus imprimi: ita judicârim in ventriculum quoque imprimi à matre prægnante, certos cibos potuſque abominante, certam aliquam temperiem, per quam certos cibos & potus homo tali matre natus averſetur. Accedit totius corporis intemperies & alteratio, facta à cœlo & aëre ejus diei, noctis & horæ, quâ quiſque aërem hunc externum primò intra corpus haurit.

Quòd autem Gallum gallinaceum, aut pomum ſaltem viſum nonnulli averſentur, imò ferre non poſſint, ut pomum putetur, item quod nonnulli in animi deliquium incidant, ſi ſanguinem è corpore manantem conſpiciunt, *(e)* totum id tribuo imaginationi matris, in cor fætûs, utero geſtati impreſſæ.

Id verò admirationem meritò magnam legenti pariat, *(f)* quod Cardanus refert, puellam ſe vidiſſe & noviſſe triennem, quæ mirificè delectaretur eſu aranearum, idcircò cuſtoditam fuiſſe, ne araneas caperet, & devoraret; ſed quàm primùm libera fuit & incuſtodita, magno deſiderio accurriſſe ad araneas & captas avidiſſimè devoraſſe, tantumque abfuiſſe, ut aranearum eſu læderetur, ut etiam ex iis pingueſceret. *(g)*

Cujus rei exempla etiam alia exſtant, homines nem-

nempe veneno ſuaviter uſos & nutritos fuiſſe. Cauſam autem multi putant eſſe ſupernaturalem. Si quid autem naturale fuit, ut quidem non planè abnuerim, non poſſum, quin iterum cauſam referam ad ventriculi & viſcerum peculiarem diſpoſitionem, ex pica aliqua abominabiliori matris in fœtum impreſſam. (*b*)

a) *Schenck. l.7. obſerv. p. 442.* b) *Lemn. de occult. nat. mir. l. 2. c. 52. & in præfat. libr.* c) *Keckerman. curſ. phil. diſput. 6. probl. 34. Scalig. exerc. 344. ſ. 6. Jul. Alexand. l. 2. c. 13. ſalubr. Marcell. Donatus de Mechoacâ. & l. 6. art. med. mirabil. c. 4. Sagittar. in diſcurſ. elegantiſſ. cur quidam abſtineant ab eſu caſei. Maranta method. cognoſc. ſimplic. lib. 3. c. 13. Luſitan. centur. 2. obſerv. 36. Braſſavola comment. 34. ad lib. 2. Hippocrat. de vict. rat. in acut. Paraus introduct. ad Chirurg. cap. 22. Foreſt. ſcholaſt. ad obſerv. 5. lib. 4. VVeinrich. de monſtr. cap. 8. p. 65. de re cibar. l. 1. cap. 24. lib. 2. cap. 6. Cromer. de reb. Polon. lib. 20.* e) *centur. miſc. 2 partic. 27.* f. h) *Keckerman. loc. citato.* g) *de rer. varietar. lib. 8. cap. 40. Similem hiſtoriam ex Alberto Magno refert Calius lib. 11. c. 3.*

Unus è meis liberis Braſſicam abominatur. Ego, qui non ænea ſolùm, ſed vera quòque fulmina contemnebam: qui in duabus obſidionibus, in quarum altera etiam imperium habebam, ſolus omnium nullam edidi vocem, vel inediæ teſtem, vel abhorrendi cibi exprobratricem, ad creſſoni conſpectum tremo adeò, ut horrore quaſſatus abire cogar. Harum rerum cauſas neque ego ſcio: neque ſcire labores tu. Sapientia eſt vera nolle nimis ſapere.

Scalig. exerc. 153. ſect. 10. & exerc. 274.

Roſarum halitum quosdam averſari autor eſt Pier. Valer. hieroglyphic. lib. 8. Scalig. & Luſitan. loc. cit. Croneburg. de com. medic lib. 10. p. 881. Pio Ingroſſius, in quæſt. de diat. craſſ. & tenui, imò ex roſarum odore extinctum, Laurentium Vratislavienſem Epiſcopum, teſtatur Cromer, l. 8. de reb. Polonic.

LXXXII.

Cur quidam tantopere abominentur feles?

Nota ſunt exempla eorum, qui felium & catorum etiam non viſorum præſentiam, usque adeò non ferunt, ut ſi in eodem conclavi alicubi felis lateat, magna velut quadam conſternatione & anxietate ad ſudorem usque corripiantur; Inde autem evenit, quod halitus quidam è capite felis emiſſus deferatur ad cerebrum & cor ejus, qui feles ferre non poteſt, quo halitu cor coarctatur & angitur propterea, quia ex forti impreſſione imaginationis maternæ, iſta affectio in corde remanſit, velut macula in corpore, qua affectione fit, ut iſtum halitum è corpore felis egreſſum planè averſetur, non ſecus ac odore certorum aromatum & herbarum ita afficitur cor mulierum, ſæpè non gravidarum, ut in animi deliquium delabantur.

Keckerman. loc. citat. Libav. lib. 2. ſingul. pag. 122. & 152.

LXXXIII.

Exemplum terroris à felibus, ex imaginatione.

Novi principem fœminam omni virtutum genere ornatiſſimam Heroinam, quæ maximè à catis ſeu felibus terretur, quantumvis cordata mulier aliàs ſit. Cauſam iſtius terroris referebat ipſa aliquando in matris caſum hunc. Matrem ajebat, dum ab ea in utero

Digitized by Google

utero geſtaretur, ab hoc animali, quodam die fuiſſe exterritam, ut animo linqui cœpiſſet, ac ab eo metu ſeu pavore ægrè admodum, nec niſi poſt multos dies recolligere ſe potuiſſet: tametſi enim non expaveſceret aliàs ad conſpectum felium, ſed ferre eos potuiſſet, nihilominus cùm repente quidam de alto loco propè ipſam decidiſſet, ita perterritam fuiſſe dicebat: hinc ratiocinabatur, quod ferre eas ipſa nunquam potuiſſet.

Eraſtus de occult. medic facult. c. 34.

LXXXIV.

Mira hominis & felis antipathia.

Feles lædunt ſuo oculorum intuitu, adeò ut quidam reperiantur, qui his viſis aut auditis aut pavore quodam ilicò capiantur, terreanturque maximè, quod nonmodò ex eorũ veneno provenire exiſtimaverim; ſed etiam propria eorum natura, qui eos vel intuentur, vel audiunt, quandoquidem ii ſua natura talem à cœlo qualitatem influxam habent, quæ nunquam ad propriam movetur actionem, niſi objiciatur id, quod natura ſua contrarium fuerit. Horum plures in Germania duntaxat vidimus, & quoſdam ex ea natione Goritiæ commorantes. Quod autem verum ſit, id aliunde evenire non poſſe, quàm à congenita qualitate, quæ paucis admodum ineſt, apertè ſanè oſtenderunt eorum aliqui. Quippe cum hujus gentis quidam, hyemis tempore, in hypocauſtum nobiſcum cænaturus intraſſet, quo plurium amicorum ſodalitas convenerat, mulier quædam, hujus viri naturæ conſcia, ne is, viſo felis catulo, quem educaverat, iratus diſcederet, in arcula quadam eodem

dem in cœnaculo concluſerat, ſed quamvis nec vidiſſet ille, nec audiſſet catulum, cum pauco pòſt tempore, aërem felis halitu infectum inſpiraſſet, irritata ſtatim ea temperamenti qualitate felium inimica, emiſſo ſudore, pallida admodum facie, omnibus ſanè admirantibus tremebundus conclamare cœpit, hîc aliquo in angulo latet felis.

Matthiol. in comment. l. 6. c. 25. Dioſcor.

Vide centur. noſtr. memorab. 2. part. 26. centur. 9. part. 13.

LXXXV.

Palearum vis admiranda in conſervandâ nive, temporibus æſtivis.

Memorat Athenæus (*a*) antiquos non ſolùm nivata aqua uſos, ſed etiam nives potaſſe, ipſamque magnis foſſis incluſam, paleis, rudibusque pannis circumdatam, ab ambientis calore integram, voluptatis in potu ciendæ cauſâ, conſervaſſe. Unde & Auguſtinus; quis (inquit) dedit paleæ tàm frigidam vim, ut obrutas nives ſervet? vel tàm fervidam, ut poma immatura maturet? (*b*)

a) *libr. 3.* b) *libr. 1. de civit. Dei, cap. 4. colum. 1270.*

LXXXVI.

Cur paleæ nivem conſervent, & maturationem pomorum promoveant?

Nix non conſervatur vi frigoris ſub paleis, ſed eâ ratione quatenus impeditur hac ratione penetrans ambientis calor, quò minus coagulatam nivem diſſolvere queat, ſicut in communi, pelliceam veſtem æſtatis fervorem præcavere dicimus, quod norunt Mer-

Mercatores, in canicularium fervore iterfacientes, ubi lagenas vino repletas, veſtibus pelliceis, occaſione datâ, involvunt, & à calore defendunt.

Sic eadem palea maturationem pomorum promovet, non quod fervidam vim habeat, ſed impediendo calorem extraneum, ut inſitus calor eò meliùs, quod adhuc crudum eſt, concoquat, cum aliàs ambientis calor, evocando calorem inſitum, corruptioni præbeat originem, quo fine Matresfamilias, ova quoque paleis involvunt, ac diutius Oeconomiæ conſervant.

Sic plana res eſt, ubi diſtinguuntur ea, quæ fiunt per ſe, ab iis quæ fiunt κατὰ συμβεβηκός.

Horſt. epiſt. medic. l. 2. ſect. 11. fol. 509.

LXXXVII.

Cur paleæ adverſas inter ſe qualitates conſervant?

Cur paleæ & calidam aquam & frigidam nivem, hoc eſt adverſas inter ſe qualitates conſervant? quia palearum natura, manifeſta qualitate caret, unde & à nonnullis ἄποια, h. e. qualitatis expertes, appellantur. Cum igitur facilè ſuapte naturâ, confundi commiſcerique poſſint, ocyſſimè, quibus adhæſerint conferunt, eorumque ipſæ confuſionem ſuſcipiunt. Collato enim ſibi calido calefiunt, idque ipſæ contrà recalfaciunt atque conſervant, ſimiliterque frigefactæ à nive, eamque ipſæ refrigerantes frigiditatem ejus conſervant, quemamodum & cera & oleum quæ facilè confundi poſſunt, ſuntque item qualitatis expertia, conferunt eorum qualitati, quæ cum ipſis admiſcentur, quippe quæ & eorum fuſionem accipiant.

Aphrodiſ. probl. 115.

LXXXVIII.

LXXXVIII.

Culicum, in caſtris Vngaricis, feritas.

Graſſatur quidem immanis, & plus quam inhumana barbaries in caſtris, plurimis quotidiè ferè ad furcam, vel ob leve momentum abreptis, decollatis, palis affixis, harpagonibus interdum injectis: ſariſſarum & machærarum fulgores ubique coruſcant: aures tormentorum fragoribus indies pulſantur: fœtore ſordibusque nares intoxicantur: guſtus autem ob miras ſæpiùs diætæ, modò prodigaliſſimæ, modò tenaciſſimæ, nunquam mediocris, metamorphoſes, omnibus injuriis expoſitus eſt: Senſuum tamen omnium miſerias Tactus, totius corporis ſolertiſſimus index, perferre videtur. Non enim tantùm durè cubando, ſoles, imbres, frigora perferendo, extrema quæque pati cogitur: ſed diu noctuque cum beſtiolis quoque illis non tàm minutis, quàm moleſtis, in procinctu ſtare manusque conferre cogitur. In his ſunt,

CULICES, Gölſchen vocati, muſcarum turpiſſimi, & punctim feriendo moleſtiſſimi: qui præſertim noctu, tempore æſtivo, quaſcunque partes corporis attigerint, mordaciſſimis aculeis perterebrant: faciem ſæpè pluribus iiſque rubentibus efflóreſcentiis deturbantes. Harum viperarum morſus, quàm infeſti, inviſique ſint, nullus niſi expertus, facilè crediderit: hoc certò ſcio, diris & imprecationibus hanc peſtem ſæpè ſummè excandeſcentes devovere.

LXXXIX.

Pediculorum rabies.

Accedunt his teterrimi, vixque ob nauſeam nomine digni,

PEDICULI, ad bilem coacervandam, ſoli ferè continuis deambulationibus, & ſuctionibus ſatis futuri. Fruſtra enim, primis præſertim annis, horum nebulonum ictus effugeris: cum jure quaſi municipali in caſtris gaudeant. Tantus enim tepor, mollities & craſſities eſt aëris illius: ut ſi linteolum, aquâ ſtagnanti præſertim, lotum ad ſolem ſiccandum expoſueris, totum vermibus Syllanis ſcaturire videris. Non eſt igitur, quod his aſſiduis futuris comitibus, ſociisque temet ſubtracturum ſperes: cum vel ex ipſo corporis madore promptè progenerentur.

Putabam quidem primò, novis ſemper indusiis lineis has peſtes eludi poſſe: quæ tamen reipsâ plures attraxiſſe, nedum profligâſſe, ſum expertus. Et hanc quidem φθειρίασιν, Magis Ægyptiis, olim prolatu impoſſibilem, hiſce in locis, à quovis facilè producendam, in coacervatione bilis, plurimum poſſe egregiè expertus ſum. Quoties enim ab his turpiſſimis, viliſſimisque beſtiolis compungebar, toties dentibus & anima infrendens omnes irarum habenas me laxaſſe, vel adhuc, non ſine bile, reminiſcor. Idem reliquis noſtris ſemiſathaniſatis, ſanguini cruore deſpumantiſſimis propugnatoribus cum ſæpius uſu veniſſe, certo ſim expertus, juſto Dei judicio evenire credo, ut per has deſpectiſſimas quaſi ſanguiſugas, tàm miſeræ plebeculæ ruſticæ, ſudores ſæpius plus æquo devorati retrahantur, quàm criſtæ Thraſonicæ, quibus plerique ad rabiem usque ſuperbiunt, infringantur. Fruſtra enim contra hos ſenis pedibus armatos Turcas, ferro chalybeque temet incluſeris: ſic quidem, ut animis, aſſiduis irarum flammis exæſtuantibus etiam ab hoc turpiſſimo, viliſſimoque verme bi-

lis copia convaſata, plures ſcintillas languoris Pannonici, quo tandem deflagrarunt, primò ſufflaviſſe mihi perſuadeam. Ut taceam quantis blaſphemiarum plauſtris divina Majeſtas, à plurimis violetur: qui fædiſſimis his beſtiolis ſuccumbentes, ad mortem usque jam proſtrati, perpetuis morſibus excarnificantur. Vidi enim apud plures ex grege milites, horrendo ſanè deteſtandoque ſpectaculo, eò usque hanc peſtem progreſſam fuiſſe, ut cervicibus à tergo eroſis, & carne ad unum & alterum digitum, non jam excoriatâ, ſed excavatâ, miſerrimè diſcerpti cum gemitu & fremitu vitam finierint.

Coberus obſervat. Caſtrenſ. decad. Ungar. ſchol. ad obſervat. 9.

De pediculorum ſagacitate, vide part. 84. centur. 9.

XC.

Euporiſta ad pedunculos.

Nobis exploratiſſimum hoc eſt. Accipe cocculos Indiæ, vel piſcatorios, hos miſce cum ſucco nicotianæ, ac ſuillo adipe excipe, hoc cunctis præfero.

2. Albumen ovi coctione induratum, imponatur in acetum vini horis 6. poſtea ſub ſomnum capillis imponatur, ubi manè removetur, pediculi inhærentes ſimul extrahuntur.

3. Tolluntur etiam pediculi, ſi locus fricetur corio (vel linteo) quo Aurifabri vaſa recens inaurata extergere ſolent. (*b*)

4. Oleo ſpicæ capilli capitis parùm inungantur, & per noctem linteo obvolvantur, omnes inde pelluntur pediculi. (*c*)

5. Se-

5. Semen Staphidis agriæ (latinis ab effectu, pedicularis dictæ (*d*) unde etiam Phtiroctonon dici poteſt, cum nunc in Græcia φθειρόκοκκον granum pedicularium (*e*) nominetur) præcipuum eſt ad pediculos necandos, ex quo ſolo pulveriſato & cum pinguibus miſto unguentum factum, egregiè eos exterminat. (*f*)

6. Decoctum radicis & foliorum Betæ furfures lendesque deterget. (*g*)

7. Wiltu vor Ungezifer geſichert ſeyn / ſo nimb ein guten theil Wermuth / und die innere Abſchniß von der Pferden Huefen / welche die Huefſchmidt herauß ſchneiden / wann ſie ein Pferd beſchlagen wöllen / ſiede dieſe ſtuck beide / in halb Laug und Waſſer / ſtoſſe dein Hemmet darein / und trückne es in der Lufft / laß es anderer geſtalt unaußgewaſchen / ſo kombt dir keine Lauß darein / ſonſt möchte dir villeicht eine ſterben / und viel tauſend mit ihrer Leich gehen. Diß Experiment / iſt noch bey den alten teutſchen Reutern zu finden / und ob allbereit ein Lauß in deinem Hemmet were / ſo lieff ſie eher herauß / ehe daß ſie darein käme. (*h*)

8. Ad lendes vel pediculos facit limatura cornu cervi uſti, cocta cum vino & inuncta ac lota.

9. Succus calendulæ inunctus lendes interficit, & pilorum ab his corroſionem prohibet. (*i*)

10. Scoti adverſus pediculos induſia croco tingunt. (*k*)

a) *Heürn. de aff. cap. 7. Bauhin. in pin. th. botan. l. 12. ſect. 6. p. 511. b.* (b *Sennert. l. 1. Pract. part. 3. ſect. 2. c. 8.* c) *obſ. P.* d) *Plin. l. 23. c. 1. Fuchſ. de hiſt. ſtirp. c. 304. Matthiol. in comm. cap. 150. l. 4. Dioſc.* e) *Bauh. l. c. l. 8. ſect. 5. p. 324,* f) *Plater. de vit. l. 2. c. 14. fol. mihi 989.* g) *Dioſcor.*

l. 2. c. 116. h) *Eo quo ſcripſit idiomate, ob ſtyli tùm elegantiam, tùm libertatem appoſui. Minderer. c. 2.* der Kriegs-artzney *p. 21.* i) *Foreſt. ſchol. ad obſ. 15. l. 8.* k) *Scaliger exerc. 246 ſ. 5.*

XCI.

Cimices occidentia.

Cimices promptè necat muſci odor, peculiari quâdam ratione, & ſtatim. (*a*)

Ut Cimices non gignantur, chamæleontis nigri decoctum facit, ſi ex eo lectus proluatur. Deinde ſutorium atramentum cum felle tauri terito, ex eoque lectum illinito. Aut etiam oleum per ſe, aut cum atramento ſutorio inungito. (*b*)

Quidam experientiâ compertum habent, quod ſi culcitra ultima ex algâ marinâ fiat, ex ea ſcilicet paleâ, quâ vitra involvuntur, Cimices in totum non amplius regigni. Gravem tamen palea illa expirat odorem, quâ ratione peſtem iſtam pelli puto. (*c*)

a) *Heürn. l. c.* b) *Foreſtus ſchol. ad obſerv. 12. lib. 30.* c) *Fonſec. de ſanitat. tuend. c. 18.*

XCII.

Carthuſianos Monachos à Cimicibus non infeſtari controverſum.

Audivi ſæpius à Monachis Carthuſianis illos Cimicibus non infeſtari, adeoque multorum teſtimonio, ut pudeat negare, quod levitatis eſt credere. Nihilominus hi, quòd carnes non edant, cauſam afferunt. Seu id ſit ob munditiem, aut artem aliam quampiam, nondum aſſequi potui. Ego tamen minus laboro quærere cauſam cur ſit, ubi mihi abundè nondum exploratum, ſi ſit.

Car-

Cardan. l. 10. de ſubtil. fol. 609.

Utinam Pythagoræ id ſcire contigiſſet: at non meminiſti: Canes à Cimicibus non appeti: ab equis fugere Pulices. Mures tantùm alere, atque inferre Pulicum, ut paulò minùs accuratè proſpectanti Pulicis interdum corio tecti eſſe videantur. Eſto. Cimicum incurſionibus nemo Carthuſianus vellicetur; reſtat illud tamen: in eorum cubiculis an oriantur? Nam Toloſani lectuli non eſitant carnes, & tamen eâ peſte infames ſunt. Magnam verò ſanè rem. Si Carthuſianorum aſarcophagia exterminet ex illorum, toto cœlo tàm fœtidam beſtiam. Nam in Marſis viperæ ſunt: ſed illis, quanquam infenſis, non infeſtæ. Naſcuntur in abjegnis potiſſimùm cubilibus: maximeque ubi palea inveteravit. Si intra telam coacta, conſutaque fuerit, non naſcuntur. Inter chartaceos quoque libros generantur. Sed mirum, quantum in caveis gallinarum. Odore cypreſſi fugari, perſuaſum eſt.

Scalig. exerc. de ſubtil. 246 ſect. 5.

XCIII.

Ad Muſcas.

Muſcas necat veratrum album tritum, lacti aut aquæ mulſæ aſperſum: hoc autem conſilium dedi noſtris pharmacopæis, ut ab officinis ſuis arcerent eas, ne eorum Syrupos, tùm dulcia elamberent.

Foreſtus l. 8.

vide centur. 6. part. 96.

XCIV.

Ad pulices.

Pulices necat orodaphnes, aut cumini decoctum, per terram aut pavimenta ſparſum.

Idem & aqua marina facit. *(a)*

Pulicaria (pſillium) ſemine pulices refert, & ad pulices valet. *(b)*

Cauliculi ſambuci in aqua macerantur, ut eâ ſparſâ pulices & muſcæ necentur. *(c)*

Folia Alni rore matutino madentia cubiculis ad necandos pulices per æſtatem utiliter ſparguntur. (*d*)

Si lecti ſtaphisagriâ, vel rutâ, vel abſinthio, vel elleboro inungantur, occidentur cimices & pulices. (*e*)

a) *Foreſt. l. c.* b) *Porta l. 1. phytogn. c. 13.* c) *Fuchſ. de nat. ſtirp. c. 20.* d) *Mathiol. in Dioſcor. l. 1. c. 93. fol. 119.* e) *Fonſec. l. c.*

vide centur. 11. partic. 73.

Hoc Anno, fœminam quandam, regio morbo affectam, Pulex nullus attigit; eam ubi convaluit, crebri ut antea, invaſere. Cauſam ſuſpicor, ſucci lutei amaritudinem.

Scal. l. c.

XCV.

Quare ſuo quæque fumo abigantur animalia?

Cimices, Culices, Formicæ & alia ejusmodi, quæ ego per jocum, peccata naturæ vocare conſuevi, fumo combuſtorum, ſuo cujusque generis abiguntur. Cauſa ſine maximâ ſubtilitate in promptu eſt. Quippe idem pati metuunt. Sed ſeriò. Quod à Natura diſtractum ſuâ, factum eſt aliud, impugnat id, quod eſt

eſt naturale. An fumi cujuſcunque acrimoniâ fugantur, quæcunque ſpiritum innatum habent?

Scal. exerc. 303. ſect. 4.

Animalia malis odoribus, haud iiſdem omnia, ſed aliis alia fugantur: ſulphure muſcæ, galbano ſerpentes, ungulæ mulinæ aduſtæ nidore mures.

Ib. ſect. 2.

XCVI.

Mangonium pro mulieribus.

Magnum Limonium parte ſuperiore aperitur, ut carnes & pulpæ interiores, inſtar parvæ nucis educi poſſint, tùm demum cavitas ſaccharo roſato, vel potiùs ſaccharo cryſtallato, cum aliquot auri foliis impletur, mox ſuo operculo clauſum, calidis cineribus imponitur, & dum ebullit, omnia remiſcentur, moxque ab igne removentur. Uſus erit ex panno lineo, hiſce miſcellaneis intincto, & per faciem blandè circumducto, habebit faciem Jove dignam.

Deodat. panth. hygiaſt. l. 1. c. 29. p. 310.

XCVII.

Ad averruncandas faciei rugas.

Decoquuntur ova Gallinarum, quouſq; dura fiant, deinde ſecantur ſecundùm longitudinē in duas partes æquales, & exemptis vitellis, replentur myrrhæ pulvere, conduntur q; in humido loco, donec myrrha liqueſcat in oleum. Hujus vires ſunt ad tollendas vulnerum cicatrices & faciem erugandam, ubi frequenter illinatur. (*a*)

Digitized by Google

Eligatur vetus lachryma, quia odoratior, omni ex parte concolor, & quæ confracta, candidas unguium modo levisque venas oſtendat, minutis glebis, guſtu amaro, acri & odorato. Tunditur & lineo linteo vel ſerico, laxioris contextus imponitur, atque ſuper ferventis aquæ vaporibus ahæno extenditur, ut aſcendentibus vaporibus affatim ſentietur, ubi aquæ diluto valde permaduerit, ut fluere incipiat, liquida jam facta, organo imponitur, exprimiturque. Sic purgatiſſimus Myrrhæ flos, aut Myrrhinum jus fluet vehementis odoris. Colluto ore, ingratum halitus fætorem abolet, peruncta alarum virus extinguit, faciem linendo per noctem ſingulis menſibus juvenilem faciei colorem & gratiam uſque ad ultimum ſenium conſervat. (*b*)

Cæterùm alio quoque myrrhæ fuco mulieres nonnullæ faciem abſque rugis præſervant. Admovent igni ferream novam patellam, ipſam reſtinguunt, mox capite linteo amplo contecto, vaporem facie excipiunt, ſubinde in eandem patellã, rurſus igne candentem, Myrrham contritam projiciunt, eodemque linteolo contectæ fumum recipiunt. Demùm ipſomet linteo faciem contegunt & dormitum ſe conferunt. Fit ejusmodi fuco, ſingulis octo diebus parato, ut eæ perpetuò erugatæ, juventutem etiam jam ſeneſcentes mentiantur. (*c*)

a. c) *Mathiol. comment. l. 1. c. 67. Dioſcor.* b) *Porta de deſtillat. l. 9. c. 2.*

Myrrhæ fumus Carbonibus injectæ, faciei exceptus, rugas aufert. Plater de vit. p. 168.

vide cent. 3. memorab. part. 87.

XCVIII.

XCVIII.

Purpureus puellarum color, quomodo, an genuinus ſit, explorandus?

Jube puellas palleſcentis grana cymini, aut allium edere: tùm, ſi color purpureus nativus eſt, durabit, ſi verò ex fuco aliquo ceruſſæ, hydrargyri, aut unguenti citrini unguine acquiſitus: tùm ille rubeus, in candido vultu nitor, ſtatim aboleſcet.

Lang. l. 1. epiſt. 67.

XCIX.

Oleum ex linteaminibus, cui uſui?

Recipe linteum purum novum & vitri pellucidi pulveriſati, q. ſ. fiat ſtratum in cucurbita, ad dimidium eam replendo, & in cineribus deſtillentur. Oleum guttatim oculo inſtillandum in affectu oculi, quem Græci ὀπύπιον per ο & υ ſcriptum, appellant, fit, cum pus ſub tunicâ corneâ, ante uveam vel cryſtallinum colligitur. Quod & ad oculos exulceratos commendatur. *(a)*

Pinguedo, quæ ex linteo panno (in oleo intincto & incenſo) dum uritur, exſudat, varos ſeu jonthos, item ulcera mala curat. *(b)*

a) *Sennert. l. 1. pract. part. 3. ſect. 2. c. 24.* b) *Plater. de vit. fol. 401. de dolor. p. 947.*

C.

Oleum ex papyro.

Fiant cuculli, quorum oræ æquentur forficibus. Conus teneatur ferreo bidente compreſſili, ſeu forci-

Digitized by

pe. Extrema incendantur & ſemidigitum à tabula polita, vel lævi paropſide ſtannea, aut orbe ſtanneo, teneantur ſemper æquali diſtantiâ, ut vix fumus perſpiret. Oleum inde exiſtit croceum & graveolens.

Utile ad impetigines leviores, lentigines, & tenera apoſtemata.

Porta mag. natur. l. 10. c. 11. Libav. l. 2. alchym. tract. 2. c. 23.

CENTVRIÆ XIV.

Particula I.

Adam quot habuerit coſtas.

COſtarum ut plurimùm utrinque in thorace ſunt duodecim, tàm in viris, quàm mulieribꝰ, raró tredecim: rarius undecim utrinque, ſæpius verò unica ſupereſt. Veriſimile ergò eſt, in Adami uno latere, fuiſſe tredecim coſtas, aut in uno duodecim, in altero undecim.

Bartholin. inſtit. anatom. l. 4. c. 17.

Singulis thoracis vertebris, ſingulæ in ambobus lateribus articulantur coſtæ. Quod autem viros coſtâ quapiam, in altero latere deſtitutos, ac viros unius coſtæ numero à muliere ſuperari, vulgus opinatur, ridiculum planè eſt: etiamſi Evam, ex Adæ coſta à Deo procreatam, Moyſes prodiderit. Quamvis enim forſitan Adæ oſſa, ſi quis ea in ſceleton compegiſſet, ex altero latere unâ caruiſſet coſtâ: non ob id tamen

men omnibus quoque viris unam deficere neceſſe eſt.

Veſal. l. 1. de corp. hum. fabric. c. 19.

Coſtæ & vertebræ ſeſe invicem ſequuntur: in altero latere ponamus undecim coſtas, erunt etiam undecim vertebræ: ſi erunt tredecim coſtæ, erunt etiam tredecim vertebræ: excepto illo primo animali, condito à Deo maximo, quod Homo appellatur, in cujus thorace, in altero latere, ſaltem erant undecim coſtæ: in altero verò latere erant duodecim: quod Deus omnipotens fecit miraculo, quia ex deficiente illa coſta fabricavit Evam. Sed loquendo, ordine naturæ, in reliquis omnibus hominibus gignuntur in utroque latere duodecim coſtæ.

Fallop. in expoſit. l. Gallen. de oſſib. c. 24.

Exiſtimandum, in viro coſtas antea fuiſſe tredecim, & 13. jugum, ex viro exemptum, ubi viri eſt cinctus & inde fabricatam Evam.

Ph. Melanth. l. de anim.

II.

An coſta, de quâ fuerit facta Eva, integritati corporis Adæ fuerit neceſſaria, an ſupervacanea?

Superflua, ſi conſideratur Adam, ut ſingularis Homo & particularis perſona: neceſſaria, ſecundum Dei electionem, qui ex Adami coſta, corpus Evæ fabricare conſtituerat.

Knobloch. diſp. anatom. 18. coroll. 6.

III.

Evæ creatio.

De Evæ fabrica curioſè interrogant nonnulli, ex quanam Adami coſta, ſit facta, veráne an notha, ſeu ſpuria, ut vocant, & cum ex veris nullam abeſſe, videre poſſint, quia Deus locum non oſſe alio, ſed carne complevit, è ſpuria conditam aſſerunt, qua regione ſunt lumbi, & vix tenuis vel etiam nulla cartilago prominens apparet.

Hinc alia quæſtio naſcitur, fueritné ea coſta, tàm prolixa, ut ſuperiores, an duntaxat parva quædam cartilago.

Item, quota numero fuerit, deſitné jam viris una, an Adamo tantùm, ita ut huic poſt Evam conditam remanſerint undecim: reliquis verò, qui juxta naturæ integritatem, quod corpus attinet, ſunt nati (ſicut mutilus pater gignere poteſt filium non mutilum, quia ſemen non ſecedit ab omni parte, ſed potentiam habet ad omnes) ſint duodecim, quot etiam inveniuntur in fœminis ut plurimùm.

Quærunt item, num tota coſta, unà cum condylo, ſit exempta, an tantùm lateralis proceſſus? Sed inveniuntur ut plurimum quidem duodecim coſtis conſtantes viri & fœminæ, aliquando tamen etiam undecim tantùm, vel etiam tredecim, ut indicat Columbus. (*a*) Incerta ergo eſt illa inquiſitio de coſtis gigantis Adami. Spondilum non ſimul exemptum eſſe, res loquitur, niſi velis callum carneum pro oſſe ſuppoſitum, quem tamen oportuit, ſpinali medulla pervium &

Digitized by Google

& pari nervorum inſtructum fingere. Sed illud ſatius eſt. (*b*)

a) *Lib. 1. cap. 16. anatom.* b) *Libav. libr. 1. ſingul. pag. 283.*

IV.

Cur Deus ex corpore Adæ, & quidem ex coſtâ & latere viri, fecit fœminam?

Ex corpore Adæ fecit fœminam Deus: ut oſtendat illam eſſe carnem de carne viri, & os ex oſſibus ejus.

Ex latere verò, ut hinc pateat, mulierem, nec imperium in maritum ſibi vindicare debere, quia non ex capite ipſius eſt ſumpta, ut Poëtæ fingunt de Pallade: nec tamen ejusdem pedibus ſubjacere oportere, quia non ex pedibus viri ſumta (ſunt enim uxores cohæredes gratiæ, vitæ cœleſtis 1. Pet. 3. v. 7.) ſed ex latere, tanquam fidele adjutorium, quod à latere mariti eſſe debeat, & quidem ex coſta lateris, ad deſignandum amorem, quo maritus uxorem ſuam propriam Coſtam, (ad Epheſ. c. 5. v. 25. & ſeqq.) meritò complectitur.

D. L. Oſiander, D. Hunnius, D. Cramer. in comment. v. 22. c. 2. Geneſ.

Plura de Adamo ex Rabinorum deliramentis vid. Bauhin. l. 1. de hermaphrod. c. 34.

V.

Num ante diluvium quoque plantatæ ſint vineæ, & ex uvis expreſſum vinum, quo homines uterentur in potu?

Sunt qui putant, originalis mundi Homines, vino non

non eſſe uſos; ſed Noam ejus parandi & ex uvis exprimendi, eſſe primum quaſi inventorem (*a*) Quò minus autem illorum ſententiam putem eſſe firmam, obſtat teſtimonium Servatoris, qui peccata primævi mundi recenſens, ait: in diebus Noæ, edebant, bibebant, uxores ducebant, & dabantur nuptum, ad eum uſque diem, quo intravit Noe in arcam & venit diluvium & perdidit omnes. (*b*) Ubi bibendi voce, non illam conſuetam bibendi rationem, quam natura poſtulat, intelligit Salvator: hæc enim non fuiſſet reprehenſa, aut diluvii cauſis annumerata: ſed ebrietatis vitium ibi notat & carpit, quo interitum ſibi accelerârint homines, ſicut idem circa noviſſimi diei tempora futurum ſit. Quoniam autem nec aquis inebriari potuerunt, nec adhuc cereviſiæ conficiendæ ratio erat inventa, omninò conſequi videtur, vinum in uſu tùm quoque fuiſſe, quo illi ad ebrietatem abuſi fuerint, adeoque puniti. (*c*)

a) *Noachus ex arca egreſſus, vineam ſua manu ſevit, ex quâ, cum primum fructum cepiſſet, lætus factus & bibit ad ebrietatem uſque. Hic ergo primus ἀμπελοφύτης ſeu vitiſator extitit, qui teſte Lactantio, l. 2. c. 14. non modò Liberum & Saturnum atque Uraneam multis ſeculis anteceſſit. (Diodor. l. 4. Serv. in 7. Aeneid. Auguſtin. l. 18. de civit. Dei. c. 13.) cujus deinceps filii & nepotes, qui hinc inde, per totum orbem diſperſi, cæteris mortalibus vitis ſerendæ atque colendæ artem à Patre acceptam, tradiderunt, Joſeph. l. 1. antiquit. P. Vergil. de rer. invent. c. & c. 3. Deodat. l. 2. panth. hygiaſt. c. 16. p. 138. a.* b) *Luc. c. 17. v. 26 Matth. c. 24. v. 38.* c) *D. Hunnius, in comm. v. 22. c. 9. Geneſ. fol. 108.*

De

De vite, vide centur. 3. part. 39. & ſeqq. de vino cent. 6. part. 61. & ſeqq.

VI.

An vini potus vini noxam tollat?

Si nocturna tibi noceat potatio vini,
Hoc mane rebibas, & erit tibi Medicina. (a)

Quod vulgo perſuaſum eſt, vini noxam vini potu deleri, id in iis locum habet, qui ob ventriculi imbecillitatem, ex frigiditate, vinum heſternum & moderatè aſſumptum, integrè non concoxerunt, unde crudi halitus ad caput mittuntur. *(b)* Talibus enim Hippocr. (*c*) vini meraci cotylam, ſeu heminam, (*d*) propinat, ut coctio nutrimenti juvetur, cruditates corrigantur & vapores crudi in capite diſcutiantur. (*e*) Caput quin etiam demulcet, quare nonnunquam juvat & propriam noxam interdum corrigit: unde ebrios non prius levamen ſentire videmus, donec denuò vinum bibant, & præſertim cibum ſimul capientes, ſic vapores reprimant. *(f)* Si quis verò ex nocturnâ vini potatione, propterea quod bibere illud non conſueverit, oblædatur, huic & manè, quo aſſueſcat, idem propinandum eſt: ſic enim fiet, ut ex vini ſumptione minorem læſionem ſentiat. (*g*) nam à conſueto, ut eſt apud Hippocratem, minor eſt læſio. *(h)*

a) *Plater. l. 1. prax. p. 124. Schol. Salern. c. 15.* b. c) *Sennert. l. 1. Pract. part. 3. ſect. 1. c. 3. Goglen. de prorog. vitâ p. 86.* c) *in fine l. 2. Epidem.* d) *Hemina dicta a medietate, quæ ἥμισυ dicitur, quaſi ſemiſextarius, eò quod dimidium ſextarium contineat. Appellatur & cotyla (unde*

(unde latinum ſcutula, vel ſcutella, item ſcatula, & Germanicum Schüſſel) *& tryblium. Græcè* τρυβλίον *&* ἡμιξέστιον. *Romani libram vocabant, eò quod illam veluti communem menſuram in 12. quoque uncias dividebant. Conſtat duobus quartariis, ſeu 6. cyathis. Pendit aquâ vel vino plena, drachmas 80. ſeu uncias decem: oleo plena, uncias 9. melle plena uncias 15. Heniſch. de aſſe p. 122. Heürn. tabul. 1. de ponder. Rom. in M. M. Eſthius ſect. 1. c. 1. de compoſ. medic. Fernel. l. 4. M. M. c. 6. Minderer. in proleg. iſagog. Pharmac. Auguſt. p. 23. Sennert. l. 5. inſtitut. part. 3. ſect. 1. c. 4.* f) *Plater. de dolor. p. 267.* g) *Arnold. de villa nova, in com. cap. 15. Schol. Salern.* h) *l. 2. aphor. 50.*

Germani, quibus præter cæteros, grandiora & capaciora pocula magis arrident, conſulunt, caninos pilos ſequenti die imponendos eſſe, denuoque potum ingerendum: mann ſoll Hundshaar darauff legen. Verum ego mentem iſtius vocabuli, non ſatis aſſequor, quod exiſtimo corruptum: fortaſſis enim morem caninum intelligunt: Hundsart: ſicut enim canis, qui revertitur ad vomitum ſuum, ſic imprudens, qui iterat ſtultitiam ſuam: Prov. c. 26. v. 10.

Panſa de prorog. vita l. 4. c. 14. p. 103. b.

VII.

Gulones cur ubertim lachrymas fundunt?

Quare Gulones ſuo emancipati ventri, & ſæpè & facilè & ubertim lachrymas profundunt? an quia ipſis cerebrum πλαδαρώτατον, cucurbitæ ritu, omnis generis recreméta fuliginoſa & vaporoſa, ab internis partibus crapulâ perpetuâ onuſtis, inter concoquendum vi caloris edita, libat ſorbetque, quæ illiſa cerebro,

rebro, ibidemque repercuſſa, perinde frigore ejus in aquam addenſari contingit, atque terrarum exſpirationes in imbrem, aut halitus in turbine aut meta diſtillatitia in guttas roſcidas concreſcunt?

Ruland.l.2.probl.313. Dom. Leon.l.1. Pract.ſect.1.c.20.

VIII.

Cur in conviviis, incipientes exiguis, expleti magnis poculis bibimus?

Cur in conviviis, contra rationem poculis utuntur? incipientes enim exiguis, expleti magnis poculis bibunt. Videtur id procul dubio ridiculum, ſed neque præter rationem tamen fit. Ut enim frequentius ad menſam poſſint, perpetuoq; bibere, incipiunt quidem à parvis poculis, deſinunt autem in majoribus. Parva enim pocula, non tam queunt exatiare, quàm abundantior potus. Si igitur à majoribus incipiant frequenter id facere, ut in iis deliciis aſſolet, non poſſunt. Natura præterea ipſa, immenſis illis, capaciſſimisque poculis, veluti re quâpiam peregrina, turbatur, ſeque ab his avertit. Parvis autem paulatim aſſueſcens, copiam quoque ipſam poſtmodum fert.

Aphrodiſ.problem.80.

IX.

Ebrietas, quando vinum plus juſto bibendum, quomodo aliquo modo caveri poſſit?

Interrogatus ſæpenumero, cum tot annos, ab ægris plurimis frequenter accerſitus, Principibus, Nobilibus & aliis Magnatibus, apud quos ſplendidè vivitur, mihi cavere potuerim, quò minus ab illis ad potandũ invitatus, uti moris eſt, inde noxam nullam con-

contraxerim & ad hanc grandem & vegetam ætatem ſalvus pervenire potuerim? reſpondi, id, quod & verum erat, me in conviviis, quæ in multas horas protrahuntur, ab initio, ad horam unam, vel etiam duas, à potu abſtinere potuiſſe, idque eò faciliùs, quòd ſitis me non urgeat, donec ad ſatietatem ferè comederim, tuncque prius ventriculo cibis referto, etſi quandoquidem liberalius bibens, nullam offenſam inde me hactenus ſenſiſſe. Quod cum alii quidam, me ſuadente feciſſent, ſe quoque contra ebrietatem egregiè fuiſſe præmunitos, mihi ſunt faſſi.

Plater. obſerv. l. 1. p. 38. de læſ. funct. p. 125. Sennert. l. 1. Med. Pract. part. 2. c. 6. Nyman. de apopl. c. 45.

X.

Heluones potando inebriati, porrò potantes, ſobrii evadunt, cur?

An bonitati naturæ & præſtantiæ hoc eſt adſcribendum, breviſſimo temporis interjecto ſpacio (ſolent enim ejusmodi potatores colloquiis interpoſitis protrahere horam unam & alteram, exſorbentes interim poculum ſenſim, ne dolus deprehendatur) largum decoquentis potum, vaporum copiam, ebrietatem cauſantium, è cerebro robuſto diſcutientis & reliquias per urinam excernentis?

Ruland. l. 1. probl. 232.

vide centur. noſtr. 12. part. 83. & 85.

XI.

Aliâ vi ac ratione vinum inebriat, aliterque homines afficit, quàm Cereviſia.

Cerebrum tametſi natura molle ſit, atque udum, ex

Digitized by Google

ex eo tamen nervi producuntur, velut ex colo, cui lanugo, linumque annexum eſt, telæ, filamentumque, quorum conjugationes, in omnes corporis partes diſtribuuntur. Ex hoc ſiquidem principio ac fonte nervi in omnia membra derivantur, velut ex arboris caudice ac trunco ramorum propago ac ſoboles in multa germina diffunduntur. Corpus autẽ univerſum per eos ſenſum motumque percipit, quibus affectis, parteque principe læſa, illis muneribus privatur, aut ſuas facultates, ac munia languidè perficit, eoque fit, ut ebrii delirent, vacillentque ac titubent, quòd cerebrum, craſſis denſisque vaporibus, obnubiletur. Cùm autem omnes madidi, vinoque perfuſi, ridiculos, comicosque mores exprimant, tùm nulli magis moriònes agunt, riſumque obviis excitant, cùm vultum atque oculos, geſtusque ſpectamus, quàm qui ex Zytho, vel Sicera, quæ nobis biria dicitur, temulenti ſunt. Illi ſiquidem, non in omnem partem corruunt, ſed retrorſum duntaxat ac ſupini; qui verò ex vino ebrietatem contraxerunt, antrorſum proruunt, ac proni decumbunt. Sic ut iſti genas, frontem, faciem, naresque mutilent: illi ſcapulas & occipitium ubi in terram devolvuntur. Quod ipſum etiam ſpectare licet, ubi inter pocula ſomno corripi ſolent. Ex cereviſiâ enim uvidi, capite in cervices devoluto, hiantique ore dormiunt, ex vino autem facie, mentoque in pectus inclinato. Ratio eſt, quod fumi vaporesque ex vino ſinciput, partesque corporis anteriores occupant; ex cereviſia occiput, partesque poſticas obſident. Quo fit, ut iſti oblivioſi ſint, ac ſomnolenti, minimeque loquaces ac clamoſi.

Digitized by Google

Lemn. l. 2. de occult. natur. mirac. c. 19. Deodat. l. 2. de proroq. vitæ, c. 16. p. 154. b.

XII.

Ebrioſi ebrietati valedicturi, cur ægrè habent?

An quia natura ex συμμετρίᾳ conſtructa non poteſt ferre ſubitas mutationes? etſi enim ebrietas à natura aliena eſt, & ebrioſorum conſtitutio ſive temperatura vitio non caret: tamen longa potandi conſuetudine naturalis eſſe conſuevit. Itaque ſubitâ atque inconſuetâ abſtinentiâ ebrioſus læditur. Paulatim namque prava conſuetudo ad meliorem eſt permutanda, conſultore ipſo Hippocrate, 2. aph. 50.

XIII.

Quare alij aliis citius inebriantur?

An quibus debile caput, vel naturâ, vel poſt ortum, à cauſis & rebus non naturalibus debilitatum, ii facilè inebriantur? an calida & humida cerebri temperatura præditis, facilimè caput repletur vaporibus à ventriculo ſurſum repentibus, quibus humidum cerebrum ob temperiei ſimilitudinem promtum concedit locum? an quorum ventriculi actiones, in primis concoctrix facultas, depravatæ, nec perfectè κατὰ φύσιν munus obeunt ſuum, ii, etiam cerebri ac aliarum partium conſtitutione optimâ firmâque præditi, ebrietati facilimè ſuccumbunt, nec inde vaporibus aſcendentibus ſatis reluctari queunt, frequentia & diuturnitate mali atque noxæ labefactati?

Ruland. l. 1. probl. 233. & 231.

XIV.

XIV.

Ad inducendum vini faſtidium.

Filio ebrioſo & ſæpius ex ebrietate variis periculis expoſito, dum conſulere cogito, ab honeſtis viris remedium hoc accepi; ranam viridem ex iis, quæ in fontibus ſalientibus reperiuntur, vivam in vini menſura, (duarum librarum fortè) ſuffocatam, eam in vino vim relinquere, ut qui vel hauſtum unum inde bibiſſet, per omnem deinceps vitam abſtemius degeret. Ego ſolicitus & metuens, ne quid aliud etiam inde detrimenti ſequeretur, cum filio (recens etiam ex ebrietate periclitato) inſtitutum meum confero, acquieſcenti propino vinum (in quo tamen paluſtris rana, cum circa fontium ſcaturigines nulla reperiretur, ſuffocata fuerat) duobus hauſtibus, uno veſperi, altero mane. Volui autem ipſe prægustare vinum & experiri ſaporem, os tantùm colluendo, ita ut nihil inde deglutirem: qui licet non diſpliceret, poſtea tamen ad duos fermè menſes vinum faſtidivi. Uxor ejus, quæ odorem tantùm vinarii vaſis illius olfecerat, ab eo tempore hactenus (neſcio quantum temporis) vinum non bibit, etſi enim interim, experiundi gratiâ, non ſemel guſtaverit, inde tamen ſtomachi dolore non mediocri percepto abſtinet. Uterum quidem non fert, ne quis eam ob cauſam vinum ei faſtidio eſſe ſuſpicetur. At in filio faſtidium hoc, non ultra 14. dies duravit, citiùs tamen à vini potu, caput ei nunc tentatur. Experiemur aliàs idem remedium cum rana viridi è fonte ſaliente, & rei eventum ad te ſcribemus.

Amicus quidam ad Geſnerum. Geſner de aquatil. pag. 953.

Ratione hujus antipathiæ vide centur. 9. part. 44.

Ebrioſi, ſi ſibi temperare nequeant, ut vinum penitus faſtidiant, ſuffocatâ in vino anguilla, vel rana, vel mullo piſce, vel etiam putrefacto in eo rubellione piſce, vel uva marina; eoque vino poſtea propinato, effici id poſſe, aliqui prodiderunt.

Plater. l. 1. de laſ. f p. 124. Goglen. de prorog. vitâ p. 508. Panſa de pror. vita, l. 4. c. 14. p. 109. b.

XV.

Aquæ vitæ extractio ſine igne.

Ruſtici ſuâ induſtriâ modum excogitarunt, vitæ aquam è vino ſine ignis ſubſidio exugere, videntes enim Muſtum ſine ignis caliditate, ſuæ naturæ ſpontaneo impulſu ſeſe commoventem, æſtuantemque ebullire, maximamque ſpiritus quantitatem foras emittere, vaſa orificio circumponentes, illam colligebant.

Recens enim muſtũ cum è torculari ad vinaceam cellam transvectum transmutatumq;, jam jam ipſo efſervere incipiente, ſordiumque im̃undam eluviem ſupra ſe effundentem emandare, ſupra vaſis oſculum cavum tubum, ſive ligneum, ſive fictilem, quatuor vel quinque pedum altitudinis accom̃odarunt, qui rori par eſſet, & ſupra pileum conſtituerunt, cujus ro-ori par eſſet, & ſupra pileum conſtituerunt, cujus roſtro receptaculum ſuppoſuerunt, mox junćturas fideliter agglutinarunt, ne quid vaporis, vel ſpiritus exhalaret, unde ex vaporibus è vino ſe erigentibus, humor in receptaculum derivat, meritò Muſti ſpiritum

tum vocemus, Græci ἀπυρόςακτος, quaſi ſine ignis adminiculo extractus ſit.

Porta de deſtillat. l. 8. c. 1.

XVI.

Stupor mortalis ab exhalatione muſti recentis, in cava vinaria efferveſcentis.

I.

Vinitor quidam, Anno 1613. tempore vindemiarum, cum in cella vinaria dolia muſto impleviſſet, illudque efferveſceret, vaporeque, uti ſolet, acri & vehementi cavam impleviſſet, volens inſpicere ſua dolia, cùm in cellam veniret, vaporem hunc hauriens, attonitus concidit & ſtatim expiravit.

II.

Hoc idem, anno præcedenti, in eadem cava, ex ſimili vini efferveſcentia, prædicti Filio accidit, ut cum aliis eum ſequentibus in cellam deſcenderet, omnes corruerent ſtupidi penitùs, è quibus, cum è cava exportarentur, duo ſtatim expirarunt, tertius ægrè evaſit.

Plater. l. 1. obſerv. p. 16.

XVII.

Muſti vapores, quâ ratione interimant?

Ex muſto qui exhalant vapores, cunctos quidem, ſine diſcrimine afficiunt homines, verùm non omnes mediante apoplexia jugulant, ſed tùm craſſitie, tùm proprietate quadã occulta, qua organis vitalibus inſidiantur, inſpiratione attracti, pulmonum motum & anhelitum, ſpiritumque vitalem detinent, ejuſque cum ſanguine arterioſo permiſtionem, ut & hu-

Digitized by Google

jus in pulmone generationem, & ſimul utriusque per corpus diſtributionem impediunt: & quia ſpiritus à tam craſſis corporibus ventilari, fuligines expelli, nec pulmones oppleti & à vaporum malitia quaſi detenti liberè ampliùs moveri nequeunt, ſublata reſpiratione & ſpiritibus cordeque ſuffocatis demum ægri celerrimè quidem & longè citius, quam in Apoplexia jugulantur. Obſervatum namque ſæpius, multos in ſcalis adhuc cellarum muſto plenarum verſantes, mortuos decidiſſe, & extemplo extinctos fuiſſe, aliosque plures, qui illis ſubvenire voluerunt, in eodem ferè temporis articulo nonnunquam interiiſſe.

Nyman. de apopl. c. 26.

Aliàs hoc quoque ſæpè eveniſſe intellexi, exiſtimoque non à repletione vaporum & exhalationum iſtarum, quæ tàm ſubitò hominem ſuffocare, aut mentem conſternare minimè poſſent, ſed potiùs narcotica illarum vi, quæ uti in vino, quod jam deferbuit, ebrios reddit, ſic maximè, dum adhuc fervet, potenterque exhalat, attractus vapor, ſenſus internos, externosque ſubitò ſtupefaciens, reſpiratione tunc, uti in apoplecticis, ſublata, homines enecat.

Plater. l. c.

XVIII.

Quomodo muſti exhalationibus penè ſuffocati, in vitam revocari debeant?

Si muſti vaporibus penè ſuffocati, Medico curandi offerantur, danda opera, ut quam primùm vapores illi diſcutiantur. Itaque ægri ſtatim in aërem liberum deducendi vel deportandi ſunt, & aqua vitæ aliqua præſtans (vel apoplectica) quæ vapores illos diſcu-

ſcutere poteſt, inſtillanda, cui aliquid theriacæ addi poteſt. Hinc vomitorium cum oxymelite exhibendum, & ſternutatorium naribus inflandum, atque oleum deſtillatum, vel balſamus rutæ, ſalviæ vel ſimile quid naribus inungendum. Palatum fricetur Theriacâ & Mithridatio, quibus non inutiliter extractum caſtorei liquidum permiſceri poteſt. Neque omittendæ revulſiones per clyſteres, frictiones & ſimilia.

Sennert. l. 1. Pract. part. 1. cap. 17. p. 131. b. Nyman. de apoplex. c. 44.

XIX.

Homo cur SOLVS ſanguinem naribus fundit?

Homo quare SOLUS ſanguinem naribus fundit, ſurſum capite elato, cæteris verò deorſum? an ob ſanguinis tenuitatem & fervorem, impetu ſpirituum ſurſum pulſi atq; expulſi? at ſanguis avium tenuior & leonum calidior: an quia collum & anguſtiſſimum & breviſſimum, venas etiam atque arterias, è thorace ſurſum porrectas, ſtrictiores habet, quàm cætera animantia, ut ſanguis violentiùs erumpendo, ad extrema venarum orificia, ſub tenuiſſimâ narium cute effluat? an ſanguis in lato muſculo vultum contegente, cæteris tamen animalibus negato, non tàm abundat, quàm rarior & fervidior redditus, levi occaſione indeſinenter à foris incidente exſtillat, oris venularum tenuiſſimarum recluſis; animantibùs reliquis denſiora, quàm ut tàm facilè effringi queant?

Ruland. l. 2. probl. 270.

XX.

Quare SOLVS Homo στρεβλός?

Cur homo SOLUS, aut certè maximè animantium

depravatur per limitatem? an quia vel SOLUS, vel maximè, ex omni animantium genere, morbo comitiali in tenera ætate rapitur? quod genus morbi transvertere oculos, ſicut cætera membra poteſt. Nonnullis tamen, ut ſerò eo morbo vexari in corpore contingit, ſic lumina ſerò depravantur. Utrũ, quòd oculos minimè interſtitio diſcretos, è directoque poſitos Homo habet, perſpici idcirco menda in eo maximè poſſit? nec de pravatio ſequeretur, ſi uno quolibet colore præditus oculus eſſet.

Ariſtot. ſect. 32. problem. 28. cap. 27. ſect. 10. problem. 49.

XXI.

Ex defixo oculorum obtutu, Strabiſmus.

Memini puellam in patria, quæ etſi à primo ortu nihil vitii in oculis habebat, cum tamen Novercam metueret, & poſt fornacem ferè ſemper ſedens, limis oculis novercæ adventum expectaret, Strabiſmum contraxiſſe.

Sennert. lib. 1. Med. Pract. part. ſectio. 2. cap. 43.

XXII.

Straboſitatis in Infantibus curatio.

In Infantibus Strabiſmus curatur, ſi larva aliqua vel cappa faciei obducatur, ac foramen oculis oppoſitum ita diſponatur, ut Infans, in partem oppoſitam ei, quò & pupilla & oculi præter naturam vergunt, oculos dirigere cogatur. Quod ut commodius fiat, ex lamina ferrea vel argentea canales, inſtar infundibuli formentur & foraminibus illis, in larva vel cappa aſſuantur, ut per eam, aſpectus dirigatur; vel lucerna in partem oppoſitam, quò oculi præter naturam decli-

Digitized by Google

declinant, ponatur, ut Infans, fixo obtutu eam aſpiciens, in contrarium oculos deflectat.

Sennert. loc. cit. Sebaſt. Auſtr. de aff. puer. p. 127. Mercurial. l. 1. prax. cap. 29. Avicen. l. 3. fen. 3. tract. 2. cap. 28. Æginet. l. 3. c. 22. Ferrar. de morb. infant. l. 3. cap. 20 Foreſt. l. 11. Schol. ad obſ. 37.

Strabonibus ſtudium adſit, ut in adverſam ſemper partem intueantur, quò natura diſcat, à prava viſione abſcedere. Propterea ſpeculum his ſemper adſit, quod caſtiget flexum in obliquitatem oculum. Ideò in Infantibus jubeant Medici (quò in illam partem ſe flectat viſio) pilas rubras opponi, & candelarum ſoliſque lucem vertant matres, in rectum caſtigatumque infantium viſum.

Heür de morb. ocul. cap. 7. fol 47. b.

Vid. centur. noſtr. 11. part. 40.

XXIIII.

Luſci quâ animi conditione.

Luſci, pæti, ſtrabones & qui obliquo ſidere, limisque oculis intuentur, præter contortos, atque in diverſum convulſos muſculos, naturæ errorem conſequuti ſunt. Quod vitium, quoniam circa cerebrum, mentis domicilium, vel potius regiam conſiſtit, ut foris nonnihil oculos deformat: ita animum quoq; quibuſdam vitioſis affectibus imbuit. Sunt enim horum plerique, quibus deeſt educatio, verſipelles, vafri, ſubdoli, captioſi, lubrici, ad circumveniendum aſtuti, ac miris ſtrophis inſtructi. Sic Belgæ, ſi quando ullum deſignant, qui iis notis inſignitus eſt, obliquum vocant, diſtortum, veteratorem hoſpitem, cui non tutò poſſis fidere, ut qui technis, dolis, fallaciis,

præſtigiis, impoſturis, fucis omnia ſua negotia perficiat, alterius diſpendio, ac detrimento, ſuo verò luculento commodo.

Lamn. l.2. de occ. nat. mir. c.6.

XXIV.

Strabonibus cur geminata videntur omnia?

Strabonibus geminata videntur omnia, quia pupilla altera, vel ſurrigitur altius vel deprimitur. *(a)* Hujus rei documentum eſt, quòd ſi quis digito, unum oculum ſurſum, vel deorſum trudat, ut eum altero ſitum æqualẽ non habeat, res omnes geminæ apparent. *(b)* De quo Lucretius:

Aut ſi fortè oculo manus uni ſubdita ſubter
Preſſit eum, quodam ſenſu fit, ut videantur
Omnia, quæ tuimur, fieri tùm bina tuendo,
Bina lucernam florentia lumina flammis,
Binaq́ per totas ædes geminata ſupellex
Et duplices hominum facies & corpora bina.

Scribit Galenus, viſoriorum conorum axes in uno eodemque plano locari debere, ne quod unum eſt, duplex appareat. At ſi oculorum alter deorſum moveatur, non erunt in eodem plano, atque in eadem ſuperficie oculorum pupillæ: apparebit itaque objectum duplex. Tunc enim, quia non æquè radius unius rem attingit, ut nec radius alterius, ſenſus, quod bis percipit, tanquam duo ſe percipere cenſet. *(c)* Quod accidit etiam in tactu: nam ſi digitus unus, alii ita implicatus ſuperponatur, ut lapillum cum eo tangat, quod unicum eſt, tactus duo eſſe judicat. In paralyſi & convulſione muſculorum oculi, ſæpè con-

contingit geminata obverſari objecta, quia oculi ab una ſecedunt ſuperficie.

Relaxatis item vel convulſis opticis, pupilla æqualitatem non ſuſtinet, unde fit, ut dupla omnia appareant. *(d)*

a. d) *Laurent. oper. anat. l. 4. quaſt. 21. Bauhin. theat. anatom. lib. 3. cap. 37.* b) *Sennert. libr. 1. Practic. part. 3. ſect. 2. cap. 45.* c) *lib. 10. de uſ. part. cap. 13. Ruland. l. 2. problem. 86. & 87. Heurn. de morb. ocul. cap. 1. p. 10. a. Aphrodiſ. probl. 124. Lemn. l. 4. de occ. nat. mir. c. 6. Keckerm. curſ. phil. diſp. 15. probl. 24.*

XXV.

Ebriis & Furioſis, cur res geminæ videantur?

Si vapores ſpiritibus animalibus permiſceantur, aut oculum turbent, res geminæ apparent, id quod ebriis & furioſis evenit *(a)* de quo Virgilius;

Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus
Et Solem geminum & duplices ſe oſtendere Thebas (b).

Quemadmodum Aggregator Brixienſis, hiſtoriam ponit de Sacerdote avaro, qui cum haberet unum lumẽ in manibus, credens duo eſſe lumina, propter avaritiam extinxit unum, exiſtimans remanere aliud, & ita remanſit in tenebris. (*c*)

Qua de cauſa verò Ebriis & furioſis, tale quid eveniat, non ita planum eſt. A vaporibus equidem; qui ſpiritibus animalibus permiſcentur, hoc fieri certum, ſed quomodo vapores illi faciant, ut res eadem gemina videatur, obſcurum. Nonnulli id fieri exiſtimant, quia oculorum muſculi plus nimis repleti, oculos

culos, alterum ſurſum, alterum deorſum, torquent, quo fit, ut ſpecies viſibiles, non eâdem lineâ admittantur, atque ita oculus uterq; ſuo utens officio duplicem efficiat viſionem, *(d)* ita

-- -- ut jam vertigine tectum
ambulet & geminis inſurgat menſa lucernis? (e)

Verùm ſi hæc cauſa eſſet, oculorum ſitus diverſus omninò videri poſſet, quod tamen non animadvertitur. Credibile potiùs, vapores illos craſſos ſpiritibus permiſceri, & efficere, ut ſpecies viſibiles, in utroque oculo inæqualiter recipiantur. Sicut aliàs etiam videmus ſpecies Solis & Stellarum tranſeuntes per vapores, ſupra Horizontem refrangi. *(f)*

a.d.f) *Sennert. loc. cit. Velcurio in Commentar. in Phyſic. Ariſtotel. lib. 4. cap. 8.* b) *lib. 4. Aeneid.* c) *Foreſt. libr. 11. Schol. ad obſerv. 39.* e) *Ruland. libr. 2. problem. 267. Aphrodiſ. problem. 123. Keckerman. l. 6. problemat. 25.*

XXVI.

Cur SOLUS Homo varietatem colorum oculorum habet?

Colorum oculi varietatem, ad humores, aqueum & cryſtallinum, ad membranam uveam, & ad ſpiritus referri poſſe cenſemus.

Cæſii enim coloris cauſa, ratione cryſtallini, eſt ipſius copia, ſplendor & ſitus prominens: ratione albuginei, ſplendor & paucitas, paucus enim cryſtallini fulgorem minus impedit: nigredinis, contrariæ ſcil. cauſæ, cryſtallini paucitas, impuritas & profundior

dior ſitus,& aquei impuritas & copia: intermedii colores à cauſis intermediis pendent.

Ratione uveæ, cum ſola variegata ſit, variegatum oculum profert: quare & in iride varii colores ſunt, cum ibi uvea variè colorata ſit.

Ratione ſpirituum, ad cæſium colorem, tenues, puri, ſplendidi, copioſi conferunt: contra craſſi, impuri, caliginoſi, pauci, nigredinis cauſæ eſſe poſſunt.

Bauhin. theat. anatom. l. 3. cap. 39. Laurent. l. 4. anat. quæſt. 19.

Animalium oculi, in ſuo cujuſque genere unicolores ſunt, ut boum nigri, ovium omnium aquini, aliorum rufi toto genere, aut cæſii, nonnullorum caprini, ut caprarii generis; at Hominum oculos varios, verſicoloreſque eſſe convenit.

Ariſt. lib. 5. de generat. animal. c. 1. fol. mihi 1332. 4. l. 1. hiſt. de animal. text. 76. ſect. 32. probl. 28. Plin. libr. 11. c. 37.

Cur Homo varios colores in oculis gerit, quod non eſt conceſsũ ulli alteri animali, cauſa non alia ratione invenienda eſt, quàm ea, cur homines inter ſe adeò diverſi ſint, & eâdem, quâ fit, ut filii oriantur diſſimiles patribus, nam non aliunde pendet varietas in individuo, niſi quia filii non naſcuntur ſimiles parentibus, de quâ quæſt. vid. *Ariſtot. ſection. 10. problem. 12.*

Mercur. l. 1. med. Pr. c. 32.

XXVII.

Oculus dexter ſiniſtro obtuſior.

Quòd dexter oculus ſiniſtro ſit obtuſior, in ſe quiſ-

quiſque experiri poteſt. Id efficit in adulta ætate, craſſior denſiorque ſpiritus, & quòd ferè ex dextri lateris incubitu vapores nocturni eò deriventur ac confluant: in ſenectute verò magis ſicceſcit oculus dexter, ac calor hepatis, humores, qui viſioni adminiculantur, depopulatur: ſiniſter autem humidior eſt nec in eo facilè vel ſpiritus extenuantur, aut humores areſcunt.

XXVIII.

Oculi primum moriuntur cur?

Oculi, qui poſtremò perfici creduntur, primò ademptâ mobilitate, mortis argumentum proferunt, atque præ cæteris emoriuntur, quod ſpiritus ingruente morte extinguantur atque evaneſcant, vel ab oculis ad cerebrum, movendi, videndique principium reſiliant ac retrahantur.

Lemn. lib. 4. de occ. nat. mirac. c. 6.

XXIX.

Morientium, viventium & mortuorum oculi quales.

Pro Spirituum, (naturalium, vitalium, & animaliũ, qui à venis, arteriis & nervis ad oculum feruntur, copiâ, in oculis contentorum, oculorum magnitudo variat, variat & ſplendor: hinc jam jam morituris, parvi, languidi & obſcuri apparent, & ii, qui veneri nimiùm indulgent, minores habent.

Sic videmus oculos viventis tenſos & plenos, mortui verò minores, laxos & rugoſos: ſpirituum enim præſentia & abſentia, oculum viventem à mortuo diſtin-

diſtinguit, & pro varia ejus diſpoſitione, varias animi affectiones, ſolo adſpectu dijudicamus: quo ſanè argumento etiam ſpiritus in corpore eſſe, ad ſenſum probare poſſumus: quemadmodum & hoc argumento, quòd oculo altero clauſo, ſi alterius oculi pupilla ut Galenus docet, *(a)* inſpiciatur, momento dilatari conſpicietur, quia ſpiritus copioſior, per tunicam reticularem dictam, in uveam illabitur, ipſiusque foramen, pupillam dictam, dilatat: & denique quòd oculi interdum obſcuri & languidi, interdum ſplendidi & alacres conſpiciuntur. *(b)*

a) *l. 10. de uſu part.* b) *Bauhin. theat. anatom. libr. 3. cap. 37.*

Si Hominis ſani oculum quis inſpiciat, imaginem ſuam in eo videt, quæ non apparet, ſi aranea tunica ſit craſſa & obſcura reddita. Unde quamdiu in morbo aliquo, hujuſmodi imago in ægri oculo apparet, nullum plerumque adhuc mortis periculum eſt. *Sennert. l. 1. Pract. part. 3. ſect. 2. c. 29.*

XXX.

Cur quædam colluceant in tenebris?

Prodidêre quidam, cùm in India gravi periculo circumventus eſſet Alexander Magnus, quodam prælio, concuſſis armis, viſus Barbaris lumen fundere, monſtro ſe ante illum oſtentante.

Tiberii equus ore videbatur flammigerare.

Theodori Pater ex corpore toto dicitur ſcintillas profudiſſe. Soſigenes, Alexandri Præceptor, cauſam cur quædã tenebris in mediis luceant, hanc attulit: (a) quod flãmulenta hæc naturæ ſint ætheræ,

ea-

eaque ratione aërem illuminant: noctu maximè, ob externi luminis abſentiam, quod alioqui exoleſcere exiguum facit lumen, leviter enim noctu ſubluſtrant aërem.

a) *l. 3. de viſu.*

Ligna putrida (intellige jam pridè putrefacta: núc demum arefacta: ut ἐκ τῆς σαπρότητος ἄναυσις facta ſit: Si enim adhuc humor intus continetur, non videtur exiturus, Aridorum enim hoc. Fit autem per candoris in aëre reflexionem. *Scal. exerc. 174.*) propter ſum̄am partium raritatem, quæ eſt ex abſumto humido, noctu lucent.

Bartholin. lib. 3. Phyſ. cap. 17.

XXXI.

Candida cur in tenebris luceant?

Candidi natura quam maximè accedit ad naturam lucis. In cubiculo enim undiquè concluſo, micant fulgores enſium, ac ſpeculorum. Candor autem in putridis, humore abſumto, ſicut & in cineribus Caumontiæ Heroinæ, in mediis tenebris, capillus, dum pectitur, ignem vomere videtur. Ad Montem Bellum, in excubiis militaribus, procul in arbore viſa eſt lucis ſpecies. Senſim acceſſi, miratus immobilem, Gallina erat candida, quæ metu, ob tumultum, rapinamque Germanorum peditum conterrita, ex villa cùm aufugiſſet, ibi pernoctabat.

Equum ad cataphracti uſum è Calabria candidum, habuimus. Is in tenebris, ubi ſtrigili fricaretur, ſcintillas ejaculari videbatur. Id erat ſquamma, ſive furfur candidum, è ſudore ſicco, quod diſtrictum exſiliret.

Scalig. de Subtil. exerc. 174. XXXII.

XXXII.

Noctu, cur quædam animalia videant?

Quod noctu quædam animalia acutè cernant, interdiu verò eorum oculi hebeſcant, id obvenire putavit Plutarchus, humoris ſiccitate & tenuitate, non ferentis τὴν πρὸς τὸ φῶς σύγκρασιν.

Heürn. c. 1. de morb. oculor. ex quo Ruland. l. 2. probl. 97. & 98.

Noctuis, nycticoraci, veſpertilioni, felibus, ſoricibus, muribus, gliribus, lux meridiana videndi functionem labefactat, nocturnæ tenebræ exacuunt, argumento, quod ſi faces, candelas ac funalia illis noctu objicias, obcæcantur.

Lemn. l. 4. de occ. nat. mirac. c. 6.

vide centur. 2. memorab. part. 50.

XXXIII

Homo SOLVS animalium ſtare poteſt.

SOLUS animalium Homo rectus eſt & ſtare poteſt, quia ipſi ſoli, ſecundum rectitudinem crurum, ſpina etiam rectâ lineâ extenditur, quare & reliquum corpus, cum ipſâ ſpinâ, veluti carina quædam eſt; & ſi pedibus firmetur, tunc exactè erectus ſtat; ſi verò ſpinam humi reclinaverit, ſupinus omnium fiet; reliquorum verò animalium, alia magis, alia minus prona ſunt, & alia medium locum inter prona exactè & plana recta, ut equus, bos, canis, obtinent. Et licet aves bipedes ſint, cum tamẽ hæ crura, cum ſpina, in recta linea non habeant, rectè ſtare non dicuntur.

XXXIV.

Homo SOLVS ſedere poteſt.

SOLUS Homo ſedere poteſt, quadrupedum autem

Cccc

tem nullum, quia omnia poſteriorum crurum flexionem antrorſum habent: anteriora enim membra, ſcapulis eorum, quemadmodum hominibus, poſteriora verò coxis committuntur, flexiones verò amborum contra quam hominibus: his enim priorum quidem retrorſum, poſteriorum verò antrorſum fiunt: at in quadrupedibus flexiones ad ſe invicem converſas eſſe præſtabat, contra in homine melius erat, manus ad ſe converti, crura verò flexionem in genu retrorſum habere: hoc enim ſolo modo ſedere pulchrè licebat.

Ut autem Homo, vel rectus ſtaret, vel ſederet, neceſſum fuit, quia his duabus figuris egent, qui manibus opificium exercere volunt: nam aut erecti aut ſedentes manibus operantur, non verò proni aut ſupini. Quare natura Hominem SOLUM fabricata eſt, qui erectus ſtare vel ſedere poſſit, cum illi SOLI manus dederit.

Galen. l. 3. de uſ. part. c. 3. fol. mihi 447. Bauhin. theatr. anatom. l. 4. c. 30.

XXXV.

Homo SOLUS erectam corporis figuram accepit.

Homo eſt animal πρακτικὸν & πολιτικὸν. Oportebat ergò oculos ejus & vultum loco alto & libero collocari, ut poſſet apertâ & ſerenâ fronte, cum aliis hominibus colloqui, & ab iisdem intelligi, quando non facilè fidimus iſti homini, qui nos aperta fronte non aſpicit, ſed caput verſus terram demittit, neque etiam ſermones ejus rectè percipimus, qui capite ad ventrem, aut pedes etiam demiſſo, loquitur.

Eſt Homo animal ποιητικὸν, non ad otium, ſed negotium

gotium & artes tractandas natum, debebat ergò eam aſſumere corporis figuram, quæ ad operandum apta eſſet. Nemo autem pronus vel ſupinus quid præſtat, inquit Galenus, (*a*) ſed omnes erecti ſtantes aut ſedentes.

Eſt denique animal θεωρητικὸν, natum contemplando inprimis cœlo, ac pulcherrimis iſtis in ſublimi corporibus; in quorum admirabili ordine infinitam Dei ſapientiam, in magnitudine denique, diſtantia ac motu rapidiſſimo potentiam conſiderare debeat, ſimulque ſuam, ad quam conditus fuerat, patriam, apertis oculis intueri. Illa verè, ſine qua, vel ad contemplandum, vel agendum, inſtituere animum nemo rectè poteſt, corporis valetudo, quàm dubia, quàm lubricoſa futura eſſet, ſi quadrupedum inſtar, capite ad terram inclinato, perpetuò nobis incedendum eſſet? quia terra, radiis ſolaribus tepefacta, varii generis vapores, corpori noſtro planè adverſos & ſpirituum vitalium & animalium puritati contrarios, quotidie emittit, quos ſine vehementi valetudinis jactura haurire nemo poſſet. Hæc ſanè cauſa facit, ut peſte alicubi exortâ, bruta citius intercidant, quàm Homines, nimirum ipſa dejecta in terram & prona in paſtum, noxios halitus, trahunt proclivius homine, cujus eſt ſurrectum corpus.

a) *l. alleg.*

XXXVI.

Qua cauſa efficiens erectam in homine figuram ſuffulciat.

Calore ac ſpiritu inter cuncta animantia fœcundior eſt Homo, propriæ molis reſpectu, circa præ-

Digitized by Google

cordia inprimis, hinc fit, ut erigatur corpus, propulſione ſpiritûs & ſanguinis ad ſuperna. Faciliorem hanc ſurrectionem reddit partium ſuperiorum, quæ ſunt in Homine, levitas & inferiorum pondus. Sicuti enim pueri, caput proportione majus habent inferioribus membris (quæ etiam cauſa eſt, cur erecti incedere nequeant) ita contra in adultioribus, major eſt partium inferiorum moles, (intellige, non ſecundum cavitates, ſed craſſitiem carneam & oſſeam) quàm ſuperiorum. Alimentum enim minùs ſecundum ſuam naturam fertur, ad ſuperas, quàm ad inferas partes, unde his craſſeſcentibus, illæ gracileſcunt.

Keckerman. curſ. phil. diſp. 19. probl. 1.

XXXVII.

Homini tantùm, ſtatus rectus eſt datus, ut cœleſtia intueatur, contempleturque.

Quam variis terras animalia permeant figuris,
namque alia extento ſunt corpore, pulveremq́ verrunt
continuumque trahunt, vi pectoris incitata ſulcum.
Sunt quibus alarum levitas vaga, verberetq́ ventos
& liquido longi ſpatia ætheris enatet volatu.
Hæc preſſiſſe ſolo veſtigia, greſsibusque gaudent,
vel virides campos tranſmittere, vel ſubire ſylvas
quæ variis videas licet omnia diſcrepare formis:
Prona tamen facies, hebetes valet ingravare ſenſus.
VNICA gens Hominum celſum levat altiùs cacumen
atq́ levis recto ſtat corpore, deſpicitq́ terras.
Hæc (niſi terrenus malè deſipis) admonet figura
qui recto cœlum vultu petis, exeriſque frontem
in ſublime feras animum quoque, ne gravata peſſum,
inferior ſidat mens, corpore celſiùs levato.

Boët. l. 5. metro 5.

II.

II.

Apuleius apolog. 1. Eſt enim ea pars hominis, loco celſa, viſu prompta, uſu fœcunda. Nam feris & pecudibus os humile & deorſum ad pedes deductum, veſtigio & pabulo proximum, nunquam ferè niſi mortuis, aut ad morſum exaſperatis: hominis vero nihil prius tacentis, nihil ſæpius loquentis contemplare.

Plin. l. 11. Os, ait, eſſe viſcerum excelſiſſimum, proximum cœlo capitis (id eſt, palato, quod οὐρανὸν Græci vocant, ut viciſſim Ennius palatum cœli dixit) Sed nemo meliùs & copioſiùs, ſententiam Ovidii nobis explicabit, quàm Seneca, *ep. 94.* Illa (Natura) vultus noſtros erexit in cœlum, & quicquid magnificum mirumque fecerat, videri à ſuſpicientibus voluit: ortus, occaſusque & properantis mundi volubilem curſum. Interdiu terrena aperiuntur, noctu cœleſtia: tardos ſyderum inceſſus, ſi compares toti: citatiſſimos, ſi cogites quanta ſpacia nunquam intermiſſâ velocitate circumeant: defectus Solis & Lunæ, invicem diſtantium. &c.

Lactant. l. 6. c. 20. Ajunt Philoſophi multò eſſe præclarius & homine dignius, cœlum potius, quàm cœlata intueri & hoc pulcherrimum opus intermicantibus aſtrorum luminibus tanquam floribus adornatum, quàm picta & ficta & gemmis diſtincta mirari. Veruntamen aliorſum trahit iſtam ſublimitatem oris noſtri, & ſine dubio melius de cauſa ſentit *l. 7. c. 8.* Solus ex omnibus, cœleſte ac divinum animal Homo, cujus corpus ex humo excitatum, vultus ſublimis, ſtatus erectus originem ſuam quærit, & quaſi contemptâ humilitate terræ ad altum nititur, quia

ſentit ſummum bonum in ſummo ſibi eſſe quærendum, memorque conditionis ſuæ, quâ Deus illum fecit eximium, ad artificem ſuum ſpectat.

Vide eundem l. 3. c. 9. & de opif. Dei. c. 8. & de ira Dei cap. 7. & Minutium in Octavio. Cic. l. 2. de nat. Deor. verba refero.

Quæ (providentia) primùm eos humo excitatos & erectos conſtituit, ut Deorum cognitionem cœlum intuentes capere poſſent. Sunt enim in terra homines, non ut incolæ & habitatores: ſed quaſi ſpectatores ſuperarum rerum atque cœleſtium, quarum ſpectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Locum hunc Ovidianum opinor Silium verbis mutatis imitatum.

Nonne vides hominum ut celſos ad ſydera vultus
Suſtulerit Deus & ſublimia finxerit ora,
Cum pecudes, volucrumq; genus, formasq; ferarum
Segnem atque obſcœnam paſſim ſtraviſſet in alvum.

Germana his loquitur & Saluſtius, Catilinariam conjurationem exordiens.

Vide inſuper Rhodig. l. 3. c. 11. & Chryſoſt. conc. 1. de provid. & fato. p. 810. edit. Pariſ. Greg. Niſſen. de hom. opific. c. 8.

Meâ quidem ſententiâ, nihil magnificentius de Homine nec Ovidius ſcripſit, nec à quoquam, aut dici, aut ſcribi poteſt, quàm hîc de ejus creatione legimus, modò de Prometheo commentum tollas.

Pontan. in comment. l. 1. Ovid. Metamorph. verſ. 85.

Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terram,
Os Homini ſublime dedit, cœlumque tueri
Juſſit & erectos ad ſydera tollere vultus.
Ovid. l. 1. Metamorph.

XXXVIII.

XXXVIII.

Manus Homo SOLVS habet.

Cum Deus ter Opt. terque Max. Hominem SOLUM, inter creata animalia nudum & inermem (*a*) creaſſet, (cujus nomine Epicurus, Plinius, aliique Ethnici DEUM imperfectionis & injuſtitiæ Ethnicè (*b*) accuſant) ad SUI tamen imaginem clementer formaſſet, ne brutis animalibus inferior foret, Rationem & manum ei dedit, quæ cæteris animantibus denegavit. Rationem cerebro indidit, quæ omnium artium officina & ars ante artes. Manus verò corporis trunco adnaſci voluit, (*c*) quæ ὄργανον τῶν ὀργάνων, ut Philoſophus loquitur, (*d*) ſive inſtrumentum, ante omnia inſtrumenta, data autem Homini, tanquam animalium ſapientiſſimo conveniens, & id pro corporis nuditate: ne inermis eſſet, ſed manu ſibi varia tùm inſtrumenta, tùm arma, pro neceſſitate & ſui defenſione pararet, & pro temporis occaſione & arripere, & deponere poſſet, ſicque foret inſtrumentum, ad omnes artes neceſſarium, paci non minus, quàm bello idoneum (*e*) Manu enim & hoſtes debellantur & vita defenditur, ſphæræ & novi quidam cœli conduntur, urbes, domus, naves conſtruuntur: manu veſtes texuntur, omnia imitatione naturæ pinguntur, figuræ celantur, ſtatuæ ſculpuntur, picturæ adumbrantur, & denique leges, hiſtoriæ, libri ſcribuntur. (*f*) In hujus autem nobiliſſimi organi deſcriptione, ita ſpaciatur Galenus, (*g*) ut poſteris gloriam omnem eripuerit. (*b*)

a.c.e) *Bauhin. l. 4. th. anat. c. 1. & 30. Barthol. l. 4. inſtit. anat. c. 1.* b) *Keckermann. curſ. phil. diſp. 19. problem.*

blem. 2. Centur. noſtr. memor. part. 99. d) *l. 4. de part. animal. c. 10. Galen. l. 1. de uſ. part. c. 4. Majer. de laud. majeſt. divin. pag. 231.* f) *Septal. de nav. p. 19.* g) *totis duobus primis libr. de uſ. part.* h) *Laurent. anatom. lib. 5. cap. 7.*

XXXIX.

Cur facta homini ſint manus, brachia & digiti?

Cum Homini non ſit collum longum, roſtrum, aut facies prominens, oput erat eum habere membra, quibus cibaria apprehenderet, atque ori inferret, propterea ſunt illi brachia & Manus donatæ: hæ quinque digitis eâ de cauſa præditæ, ut ſi invicem dilatentur, moxque flectantur, figuram ſphæricam repræſentent, atque ita datæ, ut unumquodque facilè ac commodè apprehendere poſſint: illa verò tali longitudine, atq; articulatione prædita, ut ipſis flexis extrema digitorum ſimul copulata, labia oris contingant. Quòd verò manus & brachia ob prædictam cauſam ſint à natura fabricatæ: inde colligas argumentum, quia pueri recenter nati, quodcunque apprehendant, intra os inſerant.

Varolius l. 4. anatom. c. 1.

XL.

A manibus indicia.

Grandes manus brutum hominem: latæ fortem: (a) longæ mollem; craſſæ voracem: planæ laborioſum, ſtolidum, fallacem: cavæ, acutum, mulieroſum, muſicum; molles mores conſimiles: ſolidæ judicium acre,

acre, animum ſolutum: venoſæ veneris appetentem, iracundum: maculoſæ ſubdolum, crudelem: maculentæ irritabilem: piloſæ robuſtum, libidinoſum, (*b*) tardum, avarum, cogitabundum, ſignificant. (*c*)

a) *Selimus Bajazetis F. Turcarum Tyrannus X. lata manu & teretibus membris fuit, fuit & bellator fortiſſimus, nullo unquam labore aut corpus ejus fatigari, aut animus debilitari poterat.*

Sfortia habuit manum amplam, & pralongam, & digitorum compage adeò firmam, ut ferream ſoleam rumperet & pralongam equeſtrem lanceam à calce ſublatam attolleret. Porta l. 2. phyſiogn. c. 42. & 46.

b) *Scotus in phyſiogn. c. 92. Nos quoq; diutina experientia comprobatum habemus. Porta l. c. c. 42.* c) *Scalig. comment. in hiſtor. Ariſtot. de animal. l. 1. text. 135. Ariſtot. phyſiogn. c. 6.*

Brachia quando in tanta prolixitate extenduntur, ut erecto corpore extremitas medii digiti appropinquet ad genu, licet fortè à menſura quatuor digitorum deficiat, hujuſmodi habiles homines & fortes ſunt: quum autem prolixitas hæc ad femur deſinit; vel parum ultrà, declarat homines malevolos & malis alienis gaudentes. Manus nimium breves & exiguæ fortes deſignant & ſagaces. Craſſæ manus, ſi digitos breves ultra modum habent, tergiverſorem declarant, inſidioſum, furem. Manus indomitæ, id eſt, intortæ & tenues, loquaces ſignificant & voraces.

Ioan. de Combis. com. tot. theolog. f. 204.

Digitized by Google

XLI.

Ambidexter qui, & quidnam morum portendat.

Ἀμφιδέξιον vocant, qui utrâque manu, tanquam dextrâ utitur, quaſi utrinque dextra ſit. (*a*) id quod paucis viris contingit, mulierum nulli. (*b*) Homerus ἀϛεροπαῖον, utraque manu pariter utentem. Ariſtophanes ambilævum, ſive ambifariam lævum, Hipponax ambidextrum. Ambidextrum autem fieri hominem, illâ ratione produnt Phyſici, quòd calor cordis affatim ſe promat in ſiniſtrum latus, & hepatis ad dextrum. Quòd verò ſiniſtrâ aliquis utatur pro dextra, cauſam aſſignarunt cor item & hepar. Ubi horum viſcerum affluentior ſeſe vis in ſiniſtrum latus corrivat: id verò contingere, ubi in ſiniſtris, tàm cor, quàm epar ſitum nanciſcatur.

Hos ego viros, nunquam rectos vel optimos exiſtimarem, tùm quia, quod præter naturæ ordinem naſcitur, defectum naturæ arguit, & præcipuè circa duo inſignia viſcera, cor & hepar, cum ex ſuperabundanti calore, ob id iracundos, callidos, injurioſos & deceptores argumentarer, nec meam opinionem fefellit unquam experientia, cum ejumodi viros ſemper tales conſpexerim, & peſſimi hominum ſint, qui ſiniſtrâ ſolâ utantur.

Iſmael Sophi Perſarum Rex ſiniſtrâ manu agiliore & validiore erat, ob id ardens in credulitate, vel ad breviſſimum temporis momentum, & in venerem pronus. (*c*)

a *Liebault. in comment. aphor. 43. l. 7.* b) *Iunius in Lexic.*

Lexic. c) *Porta de hum. phyſiogn. l. 2. c. 42. de cal. phyſiogn. l. 5. c. 3.*

Illud mirum, cur quibus ſiniſtræ manus potior eſt, quàm dextræ uſus: ferè omnes, ut leniſſimè, quod obſervavi, loquar, pravi ſunt? an perverſæ ſunt eorum cogitationes, quorum & perverſa corpora? *Scalig. exerc. 267.*

XLII.

Mulier non ſit ambidextra cur?

Si dextra robuſtiora ſunt ſiniſtris, quia calidiora, ut quis utrâque manu tanquam dextrâ utatur, fiatque ἀμφιδέξιος, oportet copioſum admodum & potentem, non in utrâque manu tantum, ſed & in utrâque corporis parte adeſſe calorem; ut vix, ac ne vix quidem ullus vir reperiatur, (niſi ſupra comunem hominum naturam) qui uſque adeò polleat ſanguine, ſpiritu & calore, (ex quorum copia, robur omniũ facultatum dependet) ut utrâque manu uti ad exercitationes & validas actiones, ac ἀμφιδέξιος eſſe poſſit.

Quantò minus ergò Mulier ἀμφιδέξιος eſſe potuerit, quæ frigidiſſimo temperamento eſt prædita: quæ molle admodum habet muſculorum genus: quæ parum ſanguinis laudabilis, paucos ſpiritus, paucumque calorem, tùm vitalem, tùm naturalem habet, & quæ ſi calidiſſima in ſuo ſexù aliqua fuerit, nunquam tamen calorem viri etiam frigidiſſimi æquare poterit. (*a*)

Argumento ſunt Amazones (fœminæ Scythiæ fuère, quæ ad Thermodoontem Thraciæ fluvium ſedem habue-

habuerunt, bello & imperio celebres, Rempublicam ſine viris adminiſtrarunt, hinc quaſi ἁμαζῶσαι dictæ, quòd ſimul ſine viris *(b)* vivant, vel à victu, quod ſine pane, qui μαζά dicitur, lacertis, teſtudinibus, & id genus feris *(c)* alerentur) quæ dextram mammam ſibi præcidebant (quaſi ἄνευ μάζυ, quòd unam mammam exuſtam habeant, & *(d)* unimammæ dictæ) ut inde ſpiritu & ſanguine revocato, brachio dextro robur adderent, tantùm abeſt, ut ambidexiæ unquam evadere potuerint. *(e)*

Plato, (*f*) quòd pauci viri, nullæ verò fœminæ (*g*) fiant ἀμφιδέξιοι, non ad caloris imbecillitatem, ſed ad defectum exercitationis, cauſam refert, omneſque tùm viros, tùm fœminas à naturâ ἀμφιδέξιυς genitos aſſerit, exemplo ſumpto à pedibus: nam ſiniſtro æquè ac dextro utimur, ſed nutrices dimidio roboris atque agilitatis nos fraudaſſe, quæ ſiniſtræ manus uſum tenellis adhuc infantibus denegant. Id quod probat exemplo Scytharum, qui in tendendo arcu utrâque manu, æquè validê utebantur.

a. c) *Liebault Heller. Viſcer. Heürn. in explicat. aphor. Hippocr. 43. ſect. 7. Stupan. in comment. aphor. Hipp. p. 110. Ruland. lib. 1. problem. 34.* b. d) *Servius in com. l. 1. Aeneid. p. 490. a. & lib. 11. p. 1692. e. Pontan. in com. eleg. 2. 3. de Ponto fol. 916. a. Curtius l. 6.* c) *Decimator part. 2. ſylv. vocabul.* f) *l. 3. de legib.* g) *hoc eſt, ex eorum numero, quæ magnâ ex parte ita accidere ſolent, id quod teſtatur etiam Philotheus his verbis* ὅθεν μᾶλλον ἄῤῥενες ἀμφιδέξιοι, ἢ γυναῖκες: *hinc viri magis, quàm mulieres ambidextri. Fuchſ. in explicat. aphoriſ. citat.*

XLIII.

XLIII.

Infantes cur proclivius feruntur ad motum manus ſiniſtræ, quàm dextræ?

Non in omnibus id fit infantibus, & in quibus fit, cauſa eſt accidentaria, nempe ſanguis, qui propter copiam, in manu dextra fit gravior, & quòd vis, in dextri lateris muſculis & articulis, propter vaſorum fluiditatem ac molliciem ſeſe non ita exſerat: 2. quòd faſciis illa manus dextra comprimatur magis: & denique, quòd matrum & nutricum plerarumque conſuetudine, Infantes in cunis reclinentur in latus dextrum, unde violentior compreſſio exiſtit.

XLIV.

Siniſtræ manus promtitudo dextræ alacritati nihil cedens, vel etiam illam ſuperans, unde?

Cauſa triplex eſſe poteſt.

I. longa & diuturna aſſuefactio, cujus tanta efficacia, ut quoſdam per naturam manibus mutilos, pedibus etiam exſecutos, quæ manibus ſolent alii, legamus. Quòd ſi ergo in pedibus conſuetudo id effectum dare potuit, quid ni poſſet in ſiniſtra manu?

II. cauſa eſt, major aliqua caloris & ſpirituum, tùm vitalium, tùm animalium inprimis copia, & quæ ad motum & robur utrique manui præſtandum ſufficere queat, unde viros utraque manu utentes ſæpenumero videri, mulieres verò nunquam, ob caloris & ſpirituum defectum, Hippocrates autor eſt.

III. denique cauſa eſt, præternaturalis aliqua & inuſitata certarum partium in homine conſtitutio & ſitus, ſicut cor, à medio, ad ſiniſtrum latus lon-

giùs

gius recedat, Epar autem conſuetum ſuum in dextra parte ſitum obtineat; tùm enim affatim ſe promens in ſiniſtrum latus cordis calor, & hepatis in dextrum, utramque manum æquè mobilem efficiet. Quòd ſi in ſiniſtris, tàm Cor, quàm Epar ſitum nanciſcantur, aut in dextro quidem collocatum Epar, obductis pannulis craſſioribus, ne quid in dextrum virtutis effundat, præpediatur, tùm affluentiore eorum viſcerum vi, in ſiniſtrum latus ſe corrivante, potior erit manus ſiniſtræ uſus, dextrâ tantùm non deſtitutâ.

Keckerman. curſ. philoſ. diſp. 19. probl. 3.

XLV.

Dextra pars coporis valentior & robuſtior ſiniſtrâ, cur?

Dextra ſiniſtris, in omnibus animalibus, potiſſimùm in Homine, robuſtiora ſunt 3. maximè de cauſis. *(a)*

I. Exercendi conſuetudine: dextram enim ſimul atque in lucem ſumus editi exercere, operique admovere conſuevimus: argumento ſunt pueri quidam utentes ſiniſtrâ pro dextra manu, quibus ſiniſtra vincitur, ne uti aſſueſcant. *(b)*

II. Agendi ac movendi vi, ac efficacia majore: motionis enim origo eſt à parte dextra, *(c)* illaque movere, ſiniſtra moveri apta eſt, propriumque eſt dextris efficere, ut ſiniſtris effici ac affici. *(d)*

III. Eaque potiſſima, quia calidiora ſunt: *(e)* non quia (quemadmodum Ariſtoteles *(f)* voluit) in dextro cordis ventriculo, plurimus & calidiſſimus ſanguis gignatur: ſed quia cor in medio eſt pectore, *(g)* non in ſiniſtris collocatum, & jecur in dextro latere ſitum

ſitum eſt, quæ duo viſcera fontes ſunt caloris duplicis.

a) *Hippocr. l. 3. de morb.* b) *Ariſtot. ſect. 31. probl. 13.* c) *de inceſ. animal. l. 2. text. 16.* d) *ſect. 31. problem. 19.* e) *l. 4. de gener. animal. c. 1.* f) *l. 3. de part. anim. c. 4.* g) *Cor in ſiniſtro latere collocatum eſſe, ſiniſtra eſt & vulgi opinio, de quâ prolixè Matthæus in quæſt. med. p. 73.*

XLVI.

Cur dextræ partes citiùs, promptiùs ac frequentiùs reſolvuntur, quàm ſiniſtræ?

An quia ſiniſtrum debilius, priùs ac magis repletur excrementis dextro, & quod plenum eſt, excutit & à ſe propellit in dextrum vacuum? an quia calor dextri allicit humorem, ac proinde repletur potiùs ac priùs, quàm ſiniſtrum? an quia partes dextræ, quia calidiores *(a)* patentiores habeant meatus, excipiendis ob id excrementis promtiores, quàm ſiniſtræ? *(b)*

a) *Ariſtot. l. 4. de gener. animal. c. 1.* b) *Scalig. exerc. 67. Liebault. & Viſcer. in explicat. aph. 43. l. 7. Ruland. l. 1. probl. 24. & 25.*

Quia pars dextra noſtri corporis valentior ſiniſtrâ, ob ſanguinem à jecore craſſiorem, viribus augendis ideò aptiorem: itaque apoplexiæ in ſiniſtram frequenter ſolvuntur.

Scalig. in comment. l. 1. Ariſtot. hiſtor. de animal. text. 1.

Si Paralyſeos cauſa, humorum in nervos influxus, ut volunt Medici, nulla poteſt reddi cauſa, cur magis in nervos ſiniſtri lateris, quàm dextri, materia irruat, cùm æquè hujus, quàm illius viæ pateant.

Nyman. de apopl. c. 38. XLVII.

Digitized by Google

XLVII.

Dextra manus promptior & agilior ſiniſtrâ cur?

Communis eſt omnium hominum notio, manum dextram præſtare ſiniſtræ, dum nempe & fidei ſedem conſtituunt in manu dextra, & fœdera ac promiſſa ſancientes dextras jungunt, non ſiniſtras, & honorificè aliquem excepturi dextram præbemus, usque adeò, ut ſi ſiniſtra præbeatur, nec promiſſam firmiter fidem, nec habitum nobis amorem exiſtimemus: qua de cauſa etiam Parentes, ita conſuefaciunt liberos ſuos, ne ſiniſtra manu aliquid apprehendant, aut porrigant, atque ita ſcævolæ fiant.

Et hoc eſt, quod Ariſtoteles docet, natura eſſe potiorem manum dextram, ſiniſtrâ. (*a*) Quin & in genere id docet, (*b*) quòd primus impetus, ſive principium motus, ſit à parte dextra, quodque adeò avis, dum volare incipit, prius moveat alam dextram, quàm ſiniſtram: (*c*) & homo progreſſurus prius moveat pedem dextrum, quàm ſiniſtrum. Etſi autem hæc certa ſint, cauſam tamen non vidi, quæ aſſignaretur hujuſmodi, in qua poſſem conquieſcere. Ipſe quidem, dum in hujus problematis inquiſitione occupater, nihil vidi ab Auctoribus afferri magnopere aliud, quàm de Epatis ſitu in latere dextro, ſed addendæ aliæ ſunt.

Inter quas I. pono, impreſſionem caloris primogenii uberiorem in muſculos & articulos dextri lateris, fœtui implantatam in utero matris, propterea quod uterus maternus, à dextra parte, propter vicinitatem epatis, in matre plus caleat, quàm ſiniſtrum latus uteri, à quo fons alter caloris, nempe Cor, eſt remotius.

II. Cau-

II. Cauſa eſt, quòd arteria venoſa ex corde in pulmones derivetur, non ſiniſtrorſum. Quia ergò animal, impetum motus, quem progreſſurum, reſpiratione maximè juvat, fulcit, ideò mirum non eſt ſi ab ea parte plus virium habeat ad motum, ubi eſt ſedes ſpiritus ac reſpirationis.

Sunt etiam, qui hanc cauſam afferunt, quôd ad partem dextram arteriæ latiores ex corde deriventur, atque adeò huc plus ſpirituum vehatur.

Denique & illa cauſa minimè poſtponenda eſt, quod lien officina ſucci terreſtris, ponderoſi ac gravis hæreat in latere ſiniſtro, atque idcirco latus illud ſuo pondere gravet, quò minùs tàm expeditum eſſe poſſit, ut dextrum, ubi calidiora & leviora ſunt viſcera, ſuccus nempe ventriculi coctus, declinans eſt Epar.

Quibus cauſis particularibus ac propinquis, non omnium præpoſterè accenſeri poſſit cauſa univerſalis & remotior, nempe cœli motus, qui, docente Ariſtotele, eſt à dextra verſus ſiniſtram: à motu autem cœli, tanquam primo, omnes motus inferiores reguntur, tùm ratione virtutis, tùm etiam ratione termini à quo & ad quem. *(d)*

a) *l. 5. Ethic. c. 7.* b) *de progr. anim. c. 1. & 2.* c) *fortaſſis in avium alis verum non eſt. Scalig. comm. text. 16. l. 2. Ariſt. hiſt. de animal.* d) *Keckerm. curſ. phil. diſp. 19. probl. 3. Ariſt. probl. 5. ſect. 2. Montald. de hom. ſano. l. 1. c. 7.*

Vide Centur. 6. part. 29.

Manus dextra geſticulationibus promtior, ſiniſtra oneribus levandis accommodatior. *(a)* Hinc, quidam Grammatici levam à levando derivarunt. *(b)*

a) *Solin. l. de mirabil. c. 5.* b) *Mich.* Bapſt im Artzney- und Wunderbuch. *f. mihi 316.*

XLVIII.

Dextra cum dextra conjunctio, cur fidei ſymbolum?

Οἱ τότε δὲ δικαιότατοι ἄνδρες τὰς δεξιὰς, ἑαυτοῖς παρεῖχον ὑπὲρ ἀσφαλείας πράγματος τὸν δέκα ἀριθμὸν προβαλλόμενον, ait Philoſophus: (*a*) idcirco priſcos viros juſtitiæ amantes, pactorum firmandorum cauſa dextras jungere inſtituiſſe, quòd hac conjunctione numerus efficiatur denarius, quô nihil ſit perfectius in ratione numerorum. Quæ ratio non omnino ſatisfaciebat avunculo meo D. Matthiæ Bergio, cùm ei hunc locum aliquando in familiari ſermone commonſtraſſem. Itaque ad oram libri mei adſcribebat ἀνασκευήν, quam totidem verbis ſubjiciam. Si numerum [inquit] ſpectabant, quî minus ſiniſtræ ad ſiniſtram adjunctio rem perficit? mihi quidem aliud videntur ſpectaſſe illi δικαιότατοι ἄνδρες: illud nimirum, quod, ut manus eſt omnium organorum organon præſtantiſſimum: ita rei omnium, quæ ſunt in humanis præſtantiſſimæ (Fidei videlicet) Symbolum eam eſſe voluerunt: indeque dextra dextræ jungebatur, cum fideliſſima res ſanciebatur, quòd dextra in corpore pars potior ſiniſtra habeatur, communi omnium hominum conſenſu. (*b*)

a) *Aphrodiſ. l. 2. probl. 47.* b) *Rittershuſ. in not. ad verſ. 53. l. 8. Gunther. Ligurin.*

XLIX

In dextra manu eſſe ſignum pacis aut ſimultatis.

Non unicuique dexteram eſſe porrigendam, Pytha-

thagorica extat admonitio, tacitè innuens non temerè eſſe quempiam in amicitiæ facultatisque fœdus admittendum. Quemadmodum autem olim in ſalutatione majores, dextram dextræ jungebant, cujus rei cauſa eſt, quod omnis eorum honor dextrarum conſtitit virtute, ob quam rem hâc ſe venerabantur corporis parte: ita apud Principes & Magnates, hodie, velut & olim, uſitatum eſt, ut dextram ſuam, niſi in ſignum benignitatis & honoris cauſa porrigere non ſoleant. Sic quoque ut tactus Palmarum ſignificat concordiam: ita tangendo manum inimico, intelligitur facta pax, & injuria remiſſa. (*a*) Eodem modo Livius ſcribit, dextras nudas oſtendiſſe oppidanos nonnullos, amicitiam & deditionem ſignificantes. (*b*) Lacedæmonii quoque circumventi ab Athenienſibus, τὰς χεῖρας ἀνέσειον, manus quatiebant, utpote ſignum pacis & deditionis. (*c*) Unde ſeriò denegare, vel de induſtria ſubducere dextram exſpectanti, ſolet eſſe plerumque ſignum evidens apertæ ſimultatis & inimicitiæ.

De hac re habemus exemplum in Philippo Duce Burgundiæ, Patre Caroli, qui in prælio ad Nancejum occubuit. Quum enim, propter nonnullas offenſiones abſente filio Carolo, Brugis graviter ægrotare cœpiſſet, & vox uſusque loquendi eum deſtituiſſet; Carolus certior factus, quô in periculo Pater verſaretur, Gandavo celeriter occurrit, projecitque ſe patienti ad pedes, flensque largiter veniam oravit omnium, quæ in illum admiſerat, paternamque benedictionem demiſſiſſimè petiit. Confeſſario autem ſuggerente, ſi loqui non voleret, ſignum ſaltem filio oſtenderet ſuæ bonæ voluntatis: pius Princeps ocu-

los aperuit, filiique dextram prehendens, illam ſuâ firmiter manu preſſit, quod ſignum amoris erat & veniæ. *(d)*

Nebridius quidam, cum contra Conſtantium unus omnium conjurare recuſaſſet, & metu militum, qui ferrum in eum ſtrinxerant, ad Julianum profugiſſet, ſuppliciter rogavit, ut timoris levandi cauſa ei dextram porrigeret. Cui Julianus, ecquid ait, præcipuũ amicis ſervabitur, ſi tu dextram attigeris meam. *(e)*

Huc ſpectat, quod eruditiſſimus Lipſius, *(f)* ex Gemiſto Plethone allegat, Perſarum Regem, Mentorem dextrâ datâ conſervaſſe: *(g)* ob hanc cauſam Alexand. de Alex. refert, *(h)* religionem quandam in dextris eſſe, nam, eam inquit, porrigimus, ſi quid data fide futurum, pollicemur. In ipſa enim, fidem ſacratam, Numa Pompilius voluit, ſacrumque fidei inſtituit, ad quod Flamines curru arcuato, manu ad digitos involuta, ſolenni pompa vehi juſſit, magno argumento, illam in dextris ſanctam ſacratamque & propterea minimè violandam ratus. Conſtat quoque apud Perſas uſitatum fuiſſe, ſi quid firmum illibatumque volebant, ut illud dextræ & fidei pignore ſancirent: itaque nihil apud eos fide antiquius fuit. Teſtis eſt hac de re Gobryas, apud Xenophontem, qui laudat dextram Cyri. Nihil enim, inquit, mentitur de iis, quæ pollicitus eſt. *(i)* Ubi parens meus, p. m. in ſuis annotationibus allegat Homericum hoc: καὶ δεξιαὶ ᾗς ἐπέπιθμεν & addit: nam datâ dextrâ, fides firmatur, atque Reges Perſarum hanc mittebant quoque, i. e. ſuo nomine dari jubebant, &c. Eodem modo Imperatores & Reges Germaniæ, olim chirotecas ſuas, ad ſtabiliendam pacem & actiones, quibus intereſſe

ſereſſe non poterant, mittere ſolebant, ſicut jus vel Speculum Saxonicum teſtatur.

In dextra etiam magnam viro ineſſe autoritatem majeſtatemque, ex hoc notatur, quum tumultuantem multitudinem dextra compeſcimus, ac ſilentium indicere, pacemque manu exporrecta afferre ſignificamus. Quò Poeta quoque reſpexit, ubi dicit:

Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni. (k)

Teſtes inſuper ſunt hac de re ſtatuæ Principum antiquæ, quas porrecta dextra plerumque conſpicimus. Unde de Mario, Plutarchus ſcribit: & quum in ſuos cives innumeris cædibus ſæviret crudeliter, & ſui ſtipatores obvios quoſque interficerent, quos ſervare voluerit, dextra porrecta, aut ſalute data, incolumes feciſſe.

Poſtremò, ut autoritatem ſacrarum literarum adducamus, ex iis conſtat; dextram felicitatis & dignitatis locum eſſe; ſiniſtram infelicitatis & miſeriæ. Unde quemadmodum per dextram ſæpè indicatur beata vita, & per ſiniſtram perpetua damnatio: ita dextera Dei paſſim dicitur gloria æterna: ſiniſtra, opprobrium, ſuppliciumque perpetuum. *(l)*

a) *Gloſſ. in leg. 1. de cenſibus. Iaſon. in 1. col. 3. de pactis.* b) *l. 28.* c) *Thucyd. l. 4.* d) *Meyer. in annal. Flandr. l. 16.* e) *Ammian. Marcellin. l. 21. rer. geſt.* f) *in Tacit. l. annal. 15.* g) *l. 2. de reb. Grae.* h) *l. 2. genial. dier. c. 29.* i) *de Cyri diſcipl. l. 6.* k) *Virgil. libr. 7. Aeneid.* l) *Camerar. horar. ſucciſ. cent. 1. c. 35. Joſeph. l. 18. antiq. Jud. c. 12.*

Mos olim erat apud Romanos præſertim, quando bella civilia gerebant, ut diverſarum copiarum duces, ſeſe ſimul jungere volentes, priùs invicem dextram porrigerent, in ſignum fœderis & integræ fidei ſer-

vandæ, ut plures retulere auctores. Dextera fidei teſtis, inquit Cicero; *(a)* Quod hodie Germanis frequenter in uſu eſt, ut vel ſe mutuo ſalutantes, vel certi quippiam promittentes, vel etiam ſingularem amorem aut ſinceram fidem demonſtrare volentes, dextram porrigant. Sed & quicquid hoc modo invicem ſtipulati fuerint, hoc inviolata fide, non ſecus ac ſacrum jusjurandum diligentiſſimè obſervant. Erat hoc & priſcis fœderis quoque concordiæ indicium, ut qui mutuo ſeſe amore amplecterentur, etiam manibus, ſic auxilio atque conjungerentur. Quod etiam apud D. Paulum videre eſt, dextras inquit, dederunt mihi (*b*)&c. hanc ſententiam Canoniſtæ adducentes, jungere, ajunt, dextras ſolet eſſe ſignum confœderationis, quo utebantur antiqui, cum invicem confœderabantur.

Nec abſque myſterio jam olim & hodie in Eccleſia eandem conſuetudinem obſervari videmus, ut quos animorum candor, caſtus amor & ſpontaneus conſenſus, perpetuo matrimonii vinculo conjungere decrevit, hoc omnino etiam dexterarum copula publicè corroboret. *(c)*

a) *Philip. 2.* b) *Epiſt. ad Galat. cap. 2. verſ. 9.* c) *Sebaſt. Stockamer. in commentar. ad embl. 27. l. 1. Alciat.*

L.

Cur ſupra dextrum latus ſuaviùs ſoporamur?

An, ut docet Ariſtoteles, quia dextra pars, quæ motus principium eſt, & diuturno labore magis fuerat defatigata, tùm quieſcit & imota conſtituitur? *(a)* an, ut alii putant, cum ventriculi os, ad ſiniſtram vergat, ſi in lævam recumbas, neceſſe eſt ſtomachi ori-

orificium premi & gravari, atque adeò concoctionem in ventriculo ita commoveri, ut varii vapores & halitus emergant & evaporent in caput? *(b)* an etiam propterea hoc fieri dicendum eſt, quia corde minùs preſſo, nullâ ex parte ejus impeditur motus? *(c)*

a) *ſect. 6. probl. 5. & 6.* b) *Colleg. Conimbr. in lib. Ariſtot. de ſomn. & vigil. cap. 9.* c) *Keckerman. curſ. phil. diſputat. 17. coroll. 31.*

De legitima forma decubitûs. vide centur. 7. part. 53.

LI.

Frictio Carpi cui uſui.

Noſtri ruſtici tonſillarum inflammationem, (Antiades) furoulx vocant, easque curant, longa frictione facta in carpo, exiſtimantes tumores quosdam factos & apertos, frictione illa dura in carpo prædictum affectum tollere, prodeſt autem reverà ob diverſionem.

Rondelet. meth. cur. morb. l. 2. c. 4. fol. mihi 322.

LII.

Sonus in pede inter ambulandum unde?

Ἀςράγαλος latinis talus, vulgò os baliſtæ, baſis inſtar, ſubjicitur oſſibus tibiæ, jungitur enim cum tibiæ appendice per γίγγλυμον, jungitur etiam cum oſſe naviculari: ſed & inferiùs cum calce, duplici articulo, ubi pars ejus inferior inæqualis eſt, bis cavata & ter gibboſa. Oſſis calcis caput recipit. Sed notanda in horum articulorum medio cavitas, (cui calcis ſinus reſpondet) in qua continetur pinguedo & mucoſa ſubſtantia, ad humectanda ligamenta cartilaginea, talum oſſi connectentia, præſertim oſſa ipſa, ne in

Digitized by Google

motu exſiccentur. Hinc obſervavi, quoties humidæ & pinguis hujuſmodi ſubſtantiæ inopia eſt, aut carentia, vel ex vulnere ibi facto, vel alia cauſa quacunque, inter ambulandum, ſonum in pede fieri, ex duorum oſſium colliſione, absque tamen dolore, cum intus ſit pars nulla ſenſibilis, ſed tantùm oſſa, cartilagines & ligamenta.

Bartholin. l. 4. inſtit. anatom. c. 21.

LIII.

Cur datus ſit Homini motus progreſſivus.

Quoniam Hominẽ ad cognitionem omnium rerũ ſuapte naturâ ſe dirigere inconveniens utiq; fuiſſet, ſi veluti planta terræ affixa, nunquam ab eodem loco recedere potuiſſet, idcirco datus fuit Homini motus progreſſivus, ut univerſum peragrans, omnium in eo exiſtentium cognitionem acquireret. Hinc colligas, eos, qui ſemper in patria quieſcunt, ad humanam perfectionem minimè pervenire poſſe, nam præter varietatem terrarum & aquarum ab iis, qui mundum percurrunt obſervatam, hâc ſolâ ratione certa mineraliũ notitia haberi poteſt; quia in diverſis regionibus naſcuntur ferrum, ſulfur, aurum, æs, ſtannum, argentum vivum & reliqua. Præter hæc, innumeræ plantarum & animalium ſpecies, non nobis innoteſcunt, niſi omnibus orbis regionibus exactè exploratis: neque omnia cœleſtium corporum aſtra, eorundemque coitus, acceſſus aſpectui noſtro repræſentantur, niſi ſaltem dimidium totius globi ex terra & aqua conflati petranſiverimus, ad quorum omnium notitiam dicas, obſecro, quomodo mens humana perveniret, niſi hoc noſtro corpore quovis ad libi-

libitum progrediente, eorum ſimulachra ſenſibus apprehenderemus?

Varolius anatom. l.1.c.9.

LIV.

Ordo in motu Animalium.

1. Objectum perceptum ab externo, vel etiam intellectu judicatur, ab internis, an ſit conveniens vel non.

2. Si illud, conſequitur appetitus.

3. Appetitus ferit cerebrum.

4. Cerebrum ciet nervos.

5. Nervus muſculum.

6. Muſculus dilatat ſe vel contrahit.

7. Caro muſculi dilatata contrahit tendinem, contracta eundem laxat.

8. Atque ſic membra externa vel extenſa, de loco ad locum moventur.

Bartholin. enchir. Phyſ. l. 8. c. 22.

Keckermannus hoc modo diſponit ſeriem cauſarum in locomotiva.

1. Adeſt objectum tanquam cauſa procatarctica.

2. Senſus externi objectum percipiunt.

3. Senſus communis objectum diſcernit ac diſtinguit.

4. Phantaſia dijudicat, bonum ne ſit, an malum, utile an inutile.

5. Inde per conſpirationem commovetur cor.

6. Cor commovet ſpiritum & ſanguinem, primò interiorem, deinde etiam exteriorem.

7. Spiritus ita moti, movent nervos.

8. Nervi movent muſculos.

Digitized by Google

9. Muſculi trahendo vel retrahendo movent chordas.

10. Chorda juncta oſſi, in oſſium cardine os movet & membrum.

11. Ex motu membrorum, tractione & pulſione facto, prodit motûs totius animalis, conſpirante ſemper externo aliquo firmo, & immobili.

Curſ. philoſ. 17. probl. 8.

Appetitus non eſt principium immediatè eliciti-vum motus localis, ſed datur in membris ipſius animalis virtus alia, quæ activè exequitur motum. Verùm quia hæc potentia, in propria motus actione, omninò ab appetitu, ſeu voluntate dependet, ideo motus ille dicitur eſſe ab appetitu. Quo evidenter videtur conſtare, intellectum vel imaginationem non movere primò, nam appetibile eſt, quod movet appetitum: at intellectus & imaginatio applicant, & proponunt hoc appetibile, ſiquidem ſine cognitione non movetur appetitus.

Mercat. oper. med. tom. & lib. 1. part. & claſſ. 5. art. 2. quæſt. 153.

LV.

SOLVS Homo titillatur.

Titillationes ſeu γαργαλισμὸς Ariſtoteles tribuit SOLI Homini, eosque accidere ei dicit, propter cutis (*a*) teneritatem (intellige ſimul nervorum ſenſum acerrimum & præſtantiſſimum) & quod Riſus Hominis proprius ſit, & Homo SOLUS omnium animantium rideat. Unde fortaſſe hoc extitit: quòd qui non ſunt γαργαλιτικοὶ, id eſt, quorum corpora non ſunt expoſita titillationibus, minus ἐμπαθεῖς ac in

inhumani & non blandi videntur. Et ſecundum hæc in Equis & aliis quibusdam animantibus brutis non erit γαργαλισμὸς, ſeu titillatio nominanda, ſeu ἀντιπάθεια potius quædam, id eſt, inſolentia. (*b*)

a) *l.35.probl.2.* b) *Goglen. P. de riſu probl. 4. Bauhin. l.2.theat.anatom.c.11.*

LVI.

Cur nemo valeat ſeipſum titillare?

Titillatio fit ex fraudulento & clandeſtino tactu, ſeu attrectatione partium acerrimi ſenſus, ad quas muſculorum ſunt capita. Eæ ſentiunt voluptatem ex tactu, velut delinitis carneis partibus, quæ repentè & latenter accedens transfundit gaudium ad Cor, cum quadam novitatis ſpecie, atque ita Riſus fit. At nullus tactus poteſt ſibi ipſi occultè, ſeu latenter occurrere. Nemo igitur poteſt ſeipſe titillare.

Valleſ. lib. 5. controv. c. 9. Ariſtot. ſect. 35. problem. 6. Scalig. exerc. 317. ſect. 5. Anton. Laurent. lib. 2. de riſu p. 401.

Titillatio eſt riſus cauſa, per ejuſmodi partis motum, quæ alam implet.

Bauhin. l. c.

Si ex me aliquis quærat, cur nemo ſe titillet, nihil habeo reſpondere, niſi hoc, quòd attrectatio hæc propter teneritatem & ſubtilitatem grata ſit: ſed moleſtiam præſentem habeat. Unde titillatio oris tantùm diſtenſio ἀπροαίρετος, ſeu involuntaria & clamor

ferè iis deſtituti, vix manibus aliquid tenere & pedibus conſiſtere, eorumque officio fungi poſſimus. Non itaque abs re iſtud præcipitur à Sapientibus: ἀπεχέτω γέλωτι μὴ ἔχεσθαι: à riſu effuſo abſtine, quod nimirum è Symbolis eſt Pythagoræ.

Goglen. de Phyſiol. riſus p. 862.

LXI.

Exempla riſu mortuorum.

Chryſippus (aliis Palæmon Philoſophus) cum aſinum ad ſatietatem ficubus paſtum vidiſſet, in tantum riſum ſolutus memoratur, ob illam novitatem & deformitatem belluinam, ut expiraverit. (*a*)

Zeuxis quoque inſignis ille pictor, qui nullam non induſtriam, ingenium & artificium ad perfectè depingendam Helenæ pulchritudinem attulerat: cum vetulæ cujuſdam deformitatem ſuo artificio perfectè delineaſſet, eamque attentè intueretur, adeò in effuſum prorupiſſe riſum legitur, ob expreſſam γραφικῶς anus deformitatem ac turpitudinem, ut animam ipſam, inter ridendum efflaverit. (*b*)

a) *Ant. Laurent. de riſu, dial. 2. p. 377. Quercet. diat. polih. l. 1. c. 7. Goglen. de riſu. probl. 17.* b) *Plin. l. 35. c. 9. Cælius l. 1. c. 18.*

LXII.

Αγέλαστος *quidam, detecto fucato pulchro, effuſiſſimè riſit.*

Patricius quidam Florentinus, juvenis, annum agens XXIX. eâ tenebatur atra bili, ut à puero nunquam

quam viſus eſſet ridere. Huic parentum & conſanguineorum interventu, nobilis Patritia nupta fuit, & antequam ab eo conſpecta eſſet, à cœna in thalamum introducta. Quam, cum ille, adſpectu primo, ad lucernæ fulgorem & ſplendenti vultu & auro ac gemmis nitentem, tùm fragrantem odoribus, atque tàm variis & vermiculatis veſtibus adornatam videret: ac inſuper ignoratâ ſandaliorum ope, procero atque præſtanti eam corpore præditam exiſtimaret, ſuſpiciens, amantiſſimè exuere cœpit. Unde ſublatis monilibus, multiplicibusque detractis veſtibus, atque ſandaliis detruſis, cum perpuſillam, deformem & à priori ſpecie diſſimilimam inveniſſet, mandragoram exiſtimans, in ſubitos cachinnos & nunquam antea ſibi notos riſus effuſiſſimè ſolutus eſt. De quâ re, poſtea acta fuit in theatris Comœdia.

Gomes de ſale. 3.c.22.

LXIII.

Quidam, animam agens, Riſu convaluit.

Callimachus, Præceptor Sigiſmundi Regis Poloniæ, & ſcriptor Hiſtoriæ de clade Varnenſi, ex pectoris & diaphragmatis phlegmone animam agebat, familiares, præcioſiora primum, mox quæcunque occurſabant, harpagere, rapere, trahere, vel coram miſerrimo ægrotante non erubeſcebant. Aderat fortè propè moribundi lectulum Simia, ſingula attentè obſervans, atque ut eſt hominum imitatrix, (a) & ipſa pileum rubeum ſibi callidè nimis abſtulit, eumque ſuo capiti peſſimè aptavit, quadravitque dextrè adeò, graphicè & ſtudioſè, ut oppreſſi Homunculi ſpi-

a) *Solin. l. de mirabil. c. 5.* b) *Mich.* Bapſt im Artzney- und Wunderbuch. *f. mihi 316.*

XLVIII.

Dextra cum dextra conjunctio, cur fidei ſymbolum?

Οἱ τότε δὲ δικαιότατοι ἄνδρες τὰς δεξιὰς, ἑαυτοῖς παρεῖχον ὑπὲρ ἀσφαλείας πράγματος τὸν δέκα ἀριθμὸν προβαλλόμενοι, ait Philoſophus: *(a)* idcircò priſcos viros juſtitiæ amantes, pactorum firmandorum cauſa dextras jungere inſtituiſſe, quòd hac conjunctione numerus efficiatur denarius, quô nihil ſit perfectius in ratione numerorum. Quæ ratio non omnino ſatisfaciebat avunculo meo D. Matthiæ Bergio, cùm ei hunc locum aliquando in familiari ſermone commonſtraſſem. Itaque ad oram libri mei adſcribebat ἀνασκευὴν, quam totidem verbis ſubjiciam. Si numerum [inquit] ſpectabant, quî minus ſiniſtræ ad ſiniſtram adjunctio rem perficit? mihi quidem aliud videntur ſpectaſſe illi δικαιότατοι ἄνδρες: illud nimirum, quod, ut manus eſt omnium organorum organon præſtantiſſimum: ita rei omnium, quæ ſunt in humanis præſtantiſſimæ (Fidei videlicet) Symbolum eam eſſe voluerunt: indeque dextra dextræ jungebatur, cum fideliſſima res ſanciebatur, quòd dextra in corpore pars potior ſiniſtra habeatur, communi omnium hominum conſenſu. *(b)*

a) *Aphrodiſ. l. 2. probl. 47.* b) *Rittershuſ. in not. adverſ. 53. l. 8. Gunther. Ligurin.*

XLIX

In dextra manu eſſe ſignum pacis aut ſimultatis.

Non unicuique dexteram eſſe porrigendam, Pytha-

thagorica extat admonitio, tacitè innuens non temerè eſſe quempiam in amicitiæ facultatisque fœdus admittendum. Quemadmodum autem olim in ſalutatione majores, dextram dextræ jungebant, cujus rei cauſa eſt, quod omnis eorum honor dextratum conſtitit virtute, ob quam rem hâc ſe venerabantur corporis parte: ita apud Principes & Magnates, hodie, velut & olim, uſitatum eſt, ut dextram ſuam, niſi in ſignum benignitatis & honoris cauſa porrigere non ſoleant. Sic quoque ut tactus Palmarum ſignificat concordiam: ita tangendo manum inimico, intelligitur facta pax, & injuria remiſſa. (*a*) Eodem modo Livius ſcribit, dextras nudas oſtendiſſe oppidanos nonnullos, amicitiam & deditionem ſignificantes. (*b*) Lacedæmonii quoque circumventi ab Athenienſibus, τὰς χεῖρας ἀνέσειον, manus quatiebant, utpote ſignum pacis & deditionis. (*c*) Unde ſeriò denegare, vel de induſtria ſubducere dextram exſpectanti, ſolet eſſe plerumque ſignum evidens apertæ ſimultatis & inimicitiæ.

De hac re habemus exemplum in Philippo Duce Burgundiæ, Patre Caroli, qui in prælio ad Nancejum occubuit. Quum enim, propter nonnullas offenſiones abſente filio Carolo, Brugis graviter ægrotare cœpiſſet, & vox uſusque loquendi eum deſtituiſſet; Carolus certior factus, quò in periculo Pater verſaretur, Gandavo celeriter occurrit, projecitque ſe patienti ad pedes, flensque largiter veniam oravit omnium, quæ in illum admiſerat, paternamque benedictionem demiſſiſſimè petiit. Confeſſario autem ſuggerente, ſi loqui non voleret, ſignum ſaltem filio oſtenderet ſuæ bonæ voluntatis: pius Princeps ocu-

los aperuit, filiique dextram prehendens, illam ſuâ firmiter manu preſſit, quod ſignum amoris erat & veniæ. *(d)*

Nebridius quidam, cum contra Conſtantium unus omnium conjurare recuſaſſet, & metu militum, qui ferrum in eum ſtrinxerant, ad Julianum profugiſſet, ſuppliciter rogavit, ut timoris levandi cauſa ei dextram porrigeret. Cui Julianus, ecquid ait, præcipuũ amicis ſervabitur, ſi tu dextram attigeris meam. *(e)*

Huc ſpectat, quod eruditiſſimus Lipſius, *(f)* ex Gemiſto Plethone allegat, Perſarum Regem, Mentorem dextrâ datâ conſervaſſe: *(g)* ob hanc cauſam Alexand. de Alex. refert, *(h)* religionem quandam in dextris eſſe, nam, eam inquit, porrigimus, ſi quid data fide futurum, pollicemur. In ipſa enim, fidem ſacratam, Numa Pompilius voluit, ſacrumque fidei inſtituit, ad quod Flamines curru arcuato, manu ad digitos involuta, ſolenni pompa vehi juſſit, magno argumento, illam in dextris ſanctam ſacratamque & propterea minimè violandam ratus. Conſtat quoque apud Perſas uſitatum fuiſſe, ſi quid firmum illibatumque volebant, ut illud dextræ & fidei pignore ſancirent: itaque nihil apud eos fide antiquius fuit. Teſtis eſt hac de re Gobryas, apud Xenophontem, qui laudat dextram Cyri. Nihil enim, inquit, mentitur de iis, quæ pollicitus eſt. *(i)* Ubi parens meus, p. m. in ſuis annotationibus allegat Homericum hoc: καὶ δεξιαὶ ᾗς ἐπέπιθμεν & addit: nam datâ dextrâ, fides firmatur, atque Reges Perſarum hanc mittebant quoque, i. e. ſuo nomine dari jubebant, &c. Eodem modo Imperatores & Reges Germaniæ, olim chirotecas ſuas, ad ſtabiliendam pacem & actiones, quibus intereſſe

tereſſe non poterant, mittere ſolebant, ſicut jus vel Speculum Saxonicum teſtatur.

In dextra etiam magnam viro ineſſe autoritatem majeſtatemque, ex hoc notatur, quum tumultuantem multitudinem dextra compeſcimus, ac ſilentium indicere, pacemque manu exporrecta afferre ſignificamus. Quò Poeta quoque reſpexit, ubi dicit:

Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni. (k)

Teſtes inſuper ſunt hac de re ſtatuæ Principum antiquæ, quas porrecta dextra plerumque conſpicimus. Unde de Mario, Plutarchus ſcribit: & quum in ſuos cives innumeris cædibus ſæviret crudeliter, & ſui ſtipatores obvios quoſque interficerent, quos ſervare voluerit, dextra porrecta, aut ſalute data, incolumes feciſſe.

Poſtremò, ut autoritatem ſacrarum literarum adducamus, ex iis conſtat; dextram felicitatis & dignitatis locum eſſe; ſiniſtram infelicitatis & miſeriæ. Unde quemadmodum per dextram ſæpè indicatur beata vita, & per ſiniſtram perpetua damnatio: ita dextera Dei paſſim dicitur gloria æterna: ſiniſtra, opprobrium, ſuppliciumque perpetuum. (l)

a) *Gloſſ. in leg. 1. de cenſibus. Iaſon. in 1. col. 3. de pactis.* b) *l. 28.* c) *Thucyd. l. 4.* d) *Meyer. in annal. Flandr. l. 16.* e) *Ammian. Marcellin. l. 21. rer. geſt.* f) *in Tacit. l. annal. 15.* g) *l. 2. de reb. Græc.* h) *l. 2. genial. dier. c. 29.* i) *de Cyri diſcipl. l. 6.* k) *Virgil. libr. 7. Aeneid.* l) *Camerar. horar. ſucciſ. cent. 1. c. 35. Ioſeph. l. 18. antiq. Iud. c. 12.*

Mos olim erat apud Romanos præſertim, quando bella civilia gerebant, ut diverſarum copiarum duces, ſeſe ſimul jungere volentes, priùs invicem dextram porrigerent, in ſignum fœderis & integræ fidei ſer-

vandæ, ut plures retulere auctores. Dextera fidei teſtis, inquit Cicero; *(a)* Quod hodie Germanis frequenter in uſu eſt, ut vel ſe mutuo ſalutantes, vel certi quippiam promittentes, vel etiam ſingularem amorem aut ſinceram fidem demonſtrare volentes, dextram porrigant. Sed & quicquid hoc modo invicem ſtipulati fuerint, hoc inviolata fide, non ſecus ac ſacrum jusjurandum diligentiſſimè obſervant. Erat hoc & priſcis fœderis quoque concordiæ indicium, ut qui mutuo ſeſe amore amplecterentur, etiam manibus, ſic auxilio atque conjungerentur. Quod etiam apud D. Paulum videre eſt, dextras inquit, dederunt mihi *(b)* &c. hanc ſententiam Canoniſtæ adducentes, jungere, ajunt, dextras ſolet eſſe ſignum confœderationis, quo utebantur antiqui, cum invicem confœderabantur.

Nec abſque myſterio jam olim & hodie in Eccleſia eandem conſuetudinem obſervari videmus, ut quos animorum candor, caſtus amor & ſpontaneus conſenſus, perpetuo matrimonii vinculo conjungere decrevit, hoc omnino etiam dexterarum copula publicè corroboret. *(c)*

a) *Philip. 2.* b) *Epiſt. ad Galat. cap. 2. verſ. 9.* c) *Sebaſt. Stockamer. in commentar. ad embl. 27. l. 1. Alciat.*

L.

Cur ſupra dextrum latus ſuaviùs ſoporamur?

An, ut docet Ariſtoteles, quia dextra pars, quæ motus principium eſt, & diuturno labore magis fuerat defatigata, tùm quieſcit & im̃ota conſtituitur? *(a)* an, ut alii putant, cum ventriculi os, ad ſiniſtram vergat, ſi in lævam recumbas, neceſſe eſt ſtomachi

ori-

orificium premi & gravari, atque adeò concoctionem in ventriculo ita commoveri, ut varii vapores & halitus emergant & evaporent in caput? *(b)* an etiam propterea hoc fieri dicendum eſt, quia corde minùs preſſo, nullâ ex parte ejus impeditur motus? *(c)*

a) *ſect. 6. probl. 5. & 6.* b) *Colleg. Conimbr. in lib. Ariſtot. de ſomn. & vigil. cap. 9.* c) *Keckerman. curſ. phil. diſputat. 17. coroll. 31.*

De legitima forma decubitûs. vide centur. 7. part. 53.

LI.

Frictio Carpi cui uſui.

Noſtri ruſtici tonſillarum inflammationem, (Antiades) furoulx vocant, easque curant, longa frictione facta in carpo, exiſtimantes tumores quosdam factos & apertos, frictione illa dura in carpo prædictum affectum tollere, prodeſt autem reverà ob diverſionem.

Rondelet. meth. cur. morb. l. 2. c. 4. fol. mihi 322.

LII.

Sonus in pede inter ambulandum unde?

Α'ςϱάγαλος latinis talus, vulgò os baliſtæ, baſis inſtar, ſubjicitur oſſibus tibiæ, jungitur enim cum tibiæ appendice per γίγγλυμον, jungitur etiam cum oſſe naviculari: ſed & inferiùs cum calce, duplici articulo, ubi pars ejus inferior inæqualis eſt, bis cavata & ter gibboſa. Oſſis calcis caput recipit. Sed notanda in horum articulorum medio cavitas, (cui calcis ſinus reſpondet) in qua continetur pinguedo & mucoſa ſubſtantia, ad humectanda ligamenta cartilaginea, talum oſſi connectentia, præſertim oſſa ipſa, ne in

motu exſiccentur. Hinc obſervavi, quoties humidæ & pinguis hujuſmodi ſubſtantiæ inopia eſt, aut carentia, vel ex vulnere ibi facto, vel alia cauſa quacunque, inter ambulandum, ſonum in pede fieri, ex duorum oſſium colliſione, absque tamen dolore, cum intus ſit pars nulla ſenſibilis, ſed tantùm oſſa, cartilagines & ligamenta.

Bartholin. l.4. inſtit. anatom. c. 21.

LIII.

Cur datus ſit Homini motus progreſſivus.

Quoniam Hominẽ ad cognitionem omnium rerũ ſuapte naturâ ſe dirigere inconveniens utiq; fuiſſet, ſi veluti planta terræ affixa, nunquam ab eodem loco recedere potuiſſet, idcirco datus fuit Homini motus progreſſivus, ut univerſum peragrans, omnium in eo exiſtentium cognitionem acquireret. Hinc colligas, eos, qui ſemper in patria quieſcunt, ad humanam perfectionem minimè pervenire poſſe, nam præter varietatem terrarum & aquarum ab iis, qui mundum percurrunt obſervatam, hâc ſolâ ratione certa mineraliũ notitia haberi poteſt; quia in diverſis regionibus naſcuntur ferrum, ſulfur, aurum, æs, ſtannum, argentum vivum & reliqua. Præter hæc, innumeræ plantarum & animalium ſpecies, non nobis innoteſcunt, niſi omnibus orbis regionibus exactè exploratis: neque omnia cœleſtium corporum aſtra, eorundemque coitus, acceſſus aſpectui noſtro repræſentantur, niſi ſaltem dimidium totius globi ex terra & aqua conflati petranſiverimus, ad quorum omnium notitiam dicas, obſecro, quomodo mens humana perveniret, niſi hoc noſtro corpore quovis ad libi-

Digitized by

libitum progrediente, eorum ſimulachra ſenſibus apprehenderemus?

Varolius anatom. l.1.c.9.

LIV.

Ordo in motu Animalium.

1. Objectum perceptum ab externo, vel etiam intellectu judicatur, ab internis, an ſit conveniens vel non.
2. Si illud, conſequitur appetitus.
3. Appetitus ferit cerebrum.
4. Cerebrum ciet nervos.
5. Nervus muſculum.
6. Muſculus dilatat ſe vel contrahit.
7. Caro muſculi dilatata contrahit tendinem, contracta eundem laxat.
8. Atque ſic membra externa vel extenſa, de loco ad locum moventur.

Bartholin. enchir. Phyſ. l.8.c.22.

Keckermannus hoc modo diſponit ſeriem cauſarum in locomotiva.

1. Adeſt objectum tanquam cauſa procatarctica.
2. Senſus externi objectum percipiunt.
3. Senſus communis objectum diſcernit ac diſtinguit.
4. Phantaſia dijudicat, bonum ne ſit, an malum, utile an inutile.
5. Inde per conſpirationem commovetur cor.
6. Cor commovet ſpiritum & ſanguinem, primò interiorem, deinde etiam exteriorem.
7. Spiritus ita moti, movent nervos.
8. Nervi movent muſculos.

Digitized by Google

9. Muſculi trahendo vel retrahendo movent chordas.

10. Chorda juncta oſſi, in oſſium cardine os movet & membrum.

11. Ex motu membrorum, tractione & pulſione facto, prodit motûs totius animalis, conſpirante ſemper externo aliquo firmo, & immobili.

Curſ. philoſ. 17. probl. 8.

Appetitus non eſt principium immediatè elicitivum motus localis, ſed datur in membris ipſius animalis virtus alia, quæ activè exequitur motum. Verùm quia hæc potentia, in propria motus actione, omninò ab appetitu, ſeu voluntate dependet, ideo motus ille dicitur eſſe ab appetitu. Quo evidenter videtur conſtare, intellectum vel imaginationem non movere primò, nam appetibile eſt, quod movet appetitum: at intellectus & imaginatio applicant, & proponunt hoc appetibile, ſiquidem ſine cognitione non movetur appetitus.

Mercat. oper. med. tom. & lib. 1. part. & claß. 5. art. 2. quæſt. 153.

LV.

SOLVS Homo titillatur.

Titillationes ſeu γαργαλισμοὺς Ariſtoteles tribuit SOLI Homini, eosque accidere ei dicit, propter cutis (*a*) teneritatem (intellige ſimul nervorum ſenſum acerrimum & præſtantiſſimum) & quod Riſus Hominis proprius ſit, & Homo SOLUS omnium animantium rideat. Unde fortaſſe hoc extitit: quòd qui non ſunt γαργαλιτικοὶ, id eſt, quorum corpora non ſunt expoſita titillationibus, minus ἐμπαθεῖς ac in

inhumani & non blandi videntur. Et ſecundum hæc in Equis & aliis quibusdam animantibus brutis non erit γαργαλισμὸς, ſeu titillatio nominanda, ſeu ἀηπάθεια potius quædam, id eſt, inſolentia. (*b*)

a) *l. 35. probl. 2.* b) *Goglen. P. de riſu probl. 4. Bauhin. l. 2. theat. anatom. c. 11.*

LVI.

Cur nemo valeat ſeipſum titillare?

Titillatio fit ex fraudulento & clandeſtino tactu, ſeu attrectatione partium acerrimi ſenſus, ad quas muſculorum ſunt capita. Eæ ſentiunt voluptatem ex tactu, velut delinitis carneis partibus, quæ repentè & latenter accedens transfundit gaudium ad Cor, cum quadam novitatis ſpecie, atque ita Riſus fit. At nullus tactus poteſt ſibi ipſi occultè ſeu latenter occurrere. Nemo igitur poteſt ſeipſe titillare.

Valleſ. lib. 5. controv. c. 9. Ariſtot. ſect. 35. problem. 6. Scalig. exerc. 317. ſect. 5. Anton. Laurent. lib. 2. de riſu p. 401.

Titillatio eſt riſus cauſa, per ejuſmodi partis motum, quæ alam implet.

Bauhin. l. c.

Si ex me aliquis quærat, cur nemo ſe titillet, nihil habeo reſpondere, niſi hoc, quòd attrectatio hæc propter teneritatem & ſubtilitatem grata ſit: ſed moleſtiam præſentem habeat. Unde titillatio oris tantùm diſtenſio ἀπροαίρετος, ſeu involuntaria & clamor

mor potius riſui ſimilis, quam riſus, quibuſdam habetur.

Goglen. l. c. probl. 5. & 3.

LVII.

SOLVS Homo ridet.

Etſi ſolus Homo non gaudet, tamen SOLUS Homo ridet, ſicuti contra SOLUS etiam lachrymari propriè à doctiſſimis ſtatuitur. Quæritur igitur, cur Riſus ita ſit naturalis Homini, ut ei proprius ſit?

I. Hujus rei cauſa eſt petenda, à forma Hominis & eſſendi proprietate, quia Anima rationalis, à quâ γελαςικὸν, id eſt potentia ridendi fluit, ſolius hominis eſt. Solius igitur quoq; Hominis eſt ipſa facultas ridendi. Itaque, & ſolius hominis eſt actus ridendi. Sic forma individuans canis, quæ ſoli cani convenit, eſt cauſa potentiæ latrandi, quæ etiam ſolius canis eſt, itaque & ipſe latrandi actus.

Adde quod tale quippiam eſſe, ut excitet riſum, intellectus judicium eſt, ut eſſe aliquid deforme & admirabile intellectus judicat, non ſufficit hîc ſenſus & imaginatio. Sed iſtud judicium bruta non habent. E.

Gogl. l. c. probl. 13. Anton. Laur. de riſu, dial. 2. p. 374.

LVIII.

Cur in bruta non cadat riſus?

Si quis cauſam ex me quærat, ſimpliciter reſponderim, quia Bruta deſtituuntur potentiâ ridendi, ridere non poſſunt: ἐνέργεια enim ſeu actus ante requi-

requirit potentiam, id eſt, actus ſecundus, primum. (*a*)

Riſus eſt ſignum & ſoboles duarum paſſionum, gaudii (quamlibet non cujuslibet) & admirationis. At Solius Hominis eſt admiratio, propter ratiocinationem. Tantum enim abeſt, ut admirentur bruta, ut etiam objecto rerum novarum, quæ nobis miræ ſunt, terreantur, terror autem non movet, ſed cohibet riſum. (*b*)

a) *Goglen. l. c. probl. 7.* b) *Fracaſtor. de ſympath. & antipath.*

LIX.

Cur fatui plus rideant intelligentibus?

Fatui & ſtulti multùm rident, quia levioribus de cauſis, objectis rebus magis afficiuntur, plus eis adjuvantur, ob ignorantiam ſuam, & ſunt ingenio leviore, leichtſinnig. Qui enim temerè multùm & facillimè rident, vel non, vel minus rectè utuntur ratione. Itaque riſus rationis quædam diſſolutio eſt (*a*) temerè ridens Græcis eſt *ἀχρειόγελως* (*b*) Hinc,

poſt riſum multum debes cognoſcere ſtultum (*c*)

a) *Goglen. l. c. problem. 9. & 8.* b) *Eraſm. adag. chiliad. cent. 4. adag. 12.* c) *Plat. l. 1. prax. p. 96. obſerv. l. 1. p. 36.*

LX.

Riſus cauſa mortis.

In nimio riſu, propter caloris & ſpirituum effuſionem & reſolutionem fiunt vires adeò imbecilles, ut ferè

Digitized by Google

ferè iis deſtituti, vix manibus aliquid tenere & pedibus conſiſtere, eorumque officio fungi poſſimus. Non itaque abs re iſtud præcipitur à Sapientibus: αἰσχέτω γέλωτι μὴ ἔχεσθαι: à riſu effuſo abſtine, quod nimirum è Symbolis eſt Pythagoræ.

Goglen. de Phyſiol. riſus p. 862.

LXI.

Exempla riſu mortuorum.

Chryſippus (aliis Palæmon Philoſophus) cum aſinum ad ſatietatem ficubus paſtum vidiſſet, in tantum riſum ſolutus memoratur, ob illam novitatem & deformitatem belluinam, ut expiraverit. (*a*)

Zeuxis quoque inſignis ille pictor, qui nullam non induſtriam, ingenium & artificium ad perfectè depingendam Helenæ pulchritudinem attulerat: cum vetulæ cujuſdam deformitatem ſuo artificio perfectè delineaſſet, eamque attentè intueretur, adeò in effuſum prorupiſſe riſum legitur, ob expreſſam γραφικῶς anus deformitatem ac turpitudinem, ut animam ipſam, inter ridendum efflaverit. (*b*)

a) *Ant. Laurent. de riſu, dial. 2. p. 377. Querc. diat. polih. l. 1. c. 7. Goglen. de riſu. probl. 17.* b) *Plin. l. 35. c. 9. Cælius l. 1. c. 18.*

LXII.

Ἀγέλαστος *quidam, detecto fucato pulchro, effuſiſſimè riſit.*

Patricius quidam Florentinus, juvenis, annum agens XXIX. eâ tenebatur atra bili, ut à puero nunquam

quam viſus eſſet ridere. Huic parentum & conſanguineorum interventu, nobilis Patritia nupta fuit, & antequam ab eo conſpecta eſſet, à cœna in thalamum introducta. Quam, cum ille, adſpectu primo, ad luçernæ fulgorem & ſplendenti vultu & auro ac gemmis nitentem, tùm fragrantem odoribus, atque tàm variis & vermiculatis veſtibus adornatam videret: ac inſuper ignoratâ ſandaliorum ope, procero atque præſtanti eam corpore præditam exiſtimaret, ſuſpiciens, amantiſſimè exuere cœpit. Unde ſublatis monilibus, multiplicibusque detractis veſtibus, atque ſandaliis detruſis, cum perpuſillam, deformem & à priori ſpecie diſſimilimam inveniſſet, mandragoram exiſtimans, in ſubitos cachinnos & nunquam antea ſibi notos riſus effuſiſſimè ſolutus eſt. De quâ re, poſtea acta fuit in theatris Comœdia.

Gomes de ſale. 3.c.22.

LXIII.

Quidam, animam agens, Riſu convaluit.

Callimachus, Præceptor Sigiſmundi Regis Poloniæ, & ſcriptor Hiſtoriæ de clade Varnenſi, ex pectoris & diaphragmatis phlegmone animam agebat, familiares, præcioſiora primum, mox quæcunque occurſabant, harpagere, rapere, trahere, vel coram miſerrimo ægrotante non erubeſcebant. Aderat fortè propè moribundi lectulum Simia, ſingula attentè obſervans, atque ut eſt hominum imitatrix, (a) & ipſa pileum rubeum ſibi callidè nimis abſtulit, eumque ſuo capiti peſſimè aptavit, quadravitque dextrè adeò, graphicè & ſtudioſè, ut oppreſſi Homunculi ſpi-

ſpiritus admirabile id perceperint, cum voluptate exierint, RISUM expreſſerint, præcordia adeò, pectusque vibrantes, jactantesque, ut Phlegmon, fortè fortuna (ut ajunt) ſuppuratus eo conatu, obnixuque diſrumperetur, expurgatoque pure convaleſceret. (*b*)

a) *De Simiarum moribus, vide pulchra cent. 9. part. 38.*
b) *Manl. loc. commun. p. 749. Ant. Laurent. l. 2. de riſu, fol. mihi 440.*

LXIV.

Homines derident deformia, admirantur pulchra.

Nigritæ, ſervi Legati Regis Luſitanorum, in ludis agi ſolitis ante carnium introductionem, Romæ, perſonati incedebant, adeoque omni ex parte corporis obtecti, ne quà color appareret, ut chirothecis manus occultarent, palpebras fuco dealbarent, capita verò vermiculatis peltis mirificè adornarent. Quorum pulchritudinem vehementer augebat procera atque præſtans habitudo corporis, qua in oculis multitudinis chari erant. Tum & choreas ducebant compoſitiſſimas, quas præ foribus arcis S. Angeli, ad molem Adriani, coram Julio III. Pontifice, univerſo inſpectante populo agebant. Quos cum magnopere admirarentur omnes, jamque Heroas potius, quam vulgares Homines reputarent, ecce derepentè Nigritæ, inter ſaltandum, ut more Hiſpanico, digitorum percuſſione ſaltationes conciñarent, chirothecas è manibus excuſſerunt. Quorum deformi colore viſo, populus quaſi deluſus, ex admiratione, in tantum, cum

cum indignatione riſum ſolutus eſt, ut protinus exſibilandos Nigritas, atque inde amoliendos curaverit.

Gomes loc. cit.

LXV.

Cur ab uno & eodem ridiculo, non æqualiter Riſus excitatur?

Cauſa eſt in diverſo hominum temperamento. Quidam enim calidioris complexionis, ſanguine & ſpiritibus abundant: quidam frigidiores, illiusque defectu laborant. Cum autem calore dilatetur cor, frigore condenſetur, hinc fit, ut magis illi rideant, qui majore ſunt præditi copia caloris, quique ſanguinis minus pituitoſi & melancholici. Qui lienem habent magnum, faciliores ad riſum ſunt propterea, quia lien magnus promptius excipit, prolicitque ad ſe è venis humorem lentum & craſſum. (*a*) Unde deinde provenit ſanguis benignus, clarus & lucidus. (*b*)

a) *Si lien ſanguinem non depuret, ſpiritibus tenebræ offunduntur & pallet livetq; univerſum corpus: unde Stratonicus Cytharadus, in Caria, dicebat, mortuos ambulare, quòd omnes Caurici, populi Cariæ, propè Rhodum, propter lienis vitium, miris modis pallerent. Bauhin. l. 1. theat. anatom. c. 43.*

Hinc Perſius, Satyr. 1.

-- -- ſed ſum petulanti ſplene cachinno.

b) *Keckerm. curſ. Philoſ. diſp. 19. probl. 22. Vide cent. 2 memorab. part. 41.*

LXVI.

Vnde cachinnus in Riſu; unde & effuſio lachrymarum in eodem?

Cachinnum (qui eſt Riſus (a) cum gurgulione) facit ſpirituũ è corde ebullientium & foras, ad latius ſpacium occupandum, prodeuntium mutuus concurſus & conflictatio. (a)

Lachrymæ ex cerebro, per dilatationem ad latera cranii impingente, originem trahunt. Sunt autem lachrymæ iſtæ, quas ridentes profundimus, frigidæ, ſicut eæ, quas lugentes emittimus, calidæ; quia in luctu eſt compreſſio partium exteriorum, quâ compreſſione lachrymæ incaleſcunt, & quia etiam incaleſcentes per lætitiam partes externæ, humorem minus calidum apprehendunt ut frigidum, quem alias calore deſtitutæ, tanquam calidum fuiſſent apprehenſuræ, perinde ac ex calido balneo egreſſi, aquam tepidam judicant frigidam. (b)

a) *Nicol. Ioſſius de riſu. c. 8.* b) *Celſ. Mancin. tract. de riſu. Ariſt. probl. 24. ſect. 31.*

Plura de Riſu, vide cent. 10. part. 87. & cent. 11. part. 31. & ſeqq.

Sed ſatis riſimus.

LXVII.

SOLVS Homo lachrymat.

Omni & SOLI Homini Natura tribuit lachrymas propriè ita dictas. SOLVS ſiquidem Homo mæret & gaudet: unde dilatantur & comprimuntur venæ.

Barthelin. phyſ. l. & c. 7.

LXVIII.

Digitized by Google

LXVIII.

Cur lachrymantes naſcamur.

Naſcimur lachrymantes, tùm, quia repentinus iſte ex calidiſſimo utero materno in aërem frigidiorem ingreſſus, nobis moleſtiam affert: tùm, quia partium omnium in Infante compreſſio dolorem efficit, & ex capite ſtillare facit quosdam humores, qui per oculos erumpentes, fletum producunt.

Keckerman. curſ. phil. diſp. 19. probl. 23. Sap. cap. 7. verſ. 4.

Plorans venit in hanc lucem Infans, velut præſagiens calamitates hujus vitæ, in quam ingreditur. Plorat autem ideò, quia motus ille, ac tractatio, non fit ſine dolore aliquo, & offenſione teneri corpuſculi.

Melanth. de anim. f. 29. a. Aphrod. probl. 64.
Vide cent. 11. part. 23.

LXIX.

Vitæ humanæ curſus lachrymarum pleniſſimus.

Si totum vitæ humanæ curſum, ab incunabulis videlicet uſque ad decrepitam ætatem, conſiderare volumus, tunc is pleniſſ. lachrymarum, tàm externarum, quàm internarum, reperietur, adeò ut ortus & exitus noſter iis uberrimè ſcateat; idque hiſce verſiculis exponitur:

Lachrymans ſum natus, ſed & lachrymans moriar.
In lachrymis univerſam comperi vitam.

O genus Hominum lachrymoſum, debile, miſerabile
Tractum in terra, ſolutumq́ !

Ut autem veteres Sapientes idipſum indicare voluerunt, ubi fingunt Prometheum, lutum ex quo hominē finxit, non maceraſſe aquâ, ſed lachrymis: ita hoc nuper meliùs & veriùs, doctus & pius quidam vir, eleganti tetraſticho expreſſit:

Naſcimur in lachrymis, lachrymis quoq; vita madeſcit,
Et vitam ruſum linquimus in lachrymis.
O multas Hominum lachrymas: abſterget at omnes
Omnibus Electis, ipſe DEVS lachrymans.

Camerar. oper. ſucciſ. cent. 1. c. 29.

LXX.

Fletus & lachrymarum generatio.

Sicut Riſus oritur ex dilatatione, ita conſtrictio Fletûs cauſa eſt. Membra enim ſingula, imminente aliquo malo, quàm poſſunt arctiſſimè contrahuntur, ut ita unitis partibus & viribus collectis ab externo malo ſint ſecuriores & tutiores. Per hanc ergò, tùm reliquorum, tùm cordis imprimis & glandularum, in angulis oculorum compreſſionem, humor quidam lachrymalis, qui in glandulis oculorum, velut abſconditus latet, foras ſecernitur. Eſt autem humor iſte, pars illius ſubſtantiæ ſeroſæ, quæ partim per renes, expurgatur, partim unà cum ſanguine, in totum corpus, atque adeò etiam in oculos ſubit, ad irrigationem opportunam membris præſtandam, quæ alias jugi & continuò motu facilè exareſcerent. Quod ſi fletus eſt diuturnior, tùm oculi fletu incaleſcentes aliunde etiam, nempe ex cerebro & aliis membris humores ſibi attrahunt. Hinc quandoque per

perfletum cerebrum ab humiditatibus excrementoſis purgatur.

Keckerm. l. c. Bauhin theat. anatom. l. 3. c. 32. Knobl. diſp. anatom. 9. arcu B. 3. b.

LXXI.

Lachrymæ unde proveniant.

Admirabile naturæ artificium, quo lachrymæ ad oculos perveniant, non tacendum, paucis admodum notum. Fabricavit igitur natura in interno oculi angulo, ad naſum, meatum quendam, cui ſupereminet caruncula rubra, ex hoc meatu ad utramque palpebram, tàm ſuperiorem, quàm inferiorem, in parte interna, canaliculus quidam provenit, cum meatu in medio palpebræ, per quem lachrymæ ad oculos proveniunt, & humor tenuis ad humectandum oculos, ne exſiccentur. Si quis autem velit hunc meatum in mortuis inſpicere, palpebram inferiorem invertat, & videbit in medio illius eminentiam quandam, ubi eſt meatus ille, ſicuti in ſuperiori palpebra, per quem ſi ſetula quædam mittatur, perveniet per canalem, ad meatum lachrymalem.

Roder. à Fonſeca, centur. 1. conſult. 18.

LXXII.

In magnis perturbationibus animi, cur non emittuntur lachrymæ?

In magnis & inſolitis perturbationibus animi, plerumque accidere ſolet, ut lachrymæ ſtupore quodam retentæ, non emittantur, (*a*) cum tamen in me-

mediocribus miſeriis, eæ vix comprimi queant. Quod Phædræ apud Senecam accidit, ubi ita conqueritur:

Curæ leves loquuntur, ingentes ſtupent. (b)

Quemadmodum enim in profundioribus vulneribus corporis, acutis armis factis, antequam ſanguis fluere incipiat, priùs veluti candida fiſſura lineáve apparet: non ſeciùs animus ſubito dolore ſicut ſagitta percuſſus, lachrymas ſiſtit, neque eas erumpere permittit, niſi cor paulatim dolorem velut concoxerit. Nam ſunt lachrymæ inſtar ſanguinis animi perturbati & afflicti: ſiquidem animus triſtitia & dolore obrutus, ad ipſam cerebri pelliculam fertur, ubi humorem, quem illic offendit, interdum comprimit, interdum erumpere cogit. Unde quidam putant, humorem hunc, lachrymam, à Latinis dici, quaſi lacerrimam, quoniam ex animi laceratione cientur lachrymæ. (c)

a) *An quod cor repentino, καὶ ἀθροωτέρῳ recurſu caloris vitalis ſpirituumq; velut attonitum fatiſcat, tum etiam obrigeſcat cerebrum & humores velut in eo durati conſiſtant; aut ſerum omne, ſanguinis vehiculum & lachrymarum materia, cor verſus undiq; confluxerit? Ruland. l. 1. probl. 246. Pontan. in comment. eleg. 2. Ovid. l. 1. de Ponto. p. 660. e.* b) *In Hippolito.* c) *Camer. hor. ſucciſ. cent. 1. c. 89.*

LXXIII.

Cur lachrymæ afflicto relevationem faciunt?

Natura noſtra ita comparata eſt, ut lachrymæ quaſi animo afflicto recreationem & ſublevationem afferre pu-

re putentur, (*a*) ſicut Naſo non uno in loco, haud inutiles lachrymas eſſe teſtatur, ſed in eo potiſſimum, ubi canit:

—— Eſt quadam flere voluptas,
Expletur lachrymis, egeriturq́ dolor. b)

Flentes enim ante oculos ſibi conſtituunt res charas quibus privati ſunt: amicorum vultus, colloquia & quicquid inde jucunditatis aliquando perceperunt. Quarum rerum cogitatio & dulcem fletum excitat & excitatum auget. (*c*) Teſtem laudo Senecam: Ineſt quiddam dulce triſtitiæ, cum occurrunt ſermones eorum, quos amiſimus jucundi, converſatio hilaris, officioſa pietas. Tunc oculi velut gaudio relaxantur. (*d*) Non enim ſimpliciter in omni lachrymatione eſt voluptas: immò in quibuſdam ira magna & furor, & non niſi acerbus dolor, qui profectò ipſis lachrymis creſcit, non expletur, nec egeritur. (*e*)

arbitrio tuo ——
implere lachrymis, fletus ærumnas levat. (f)

An quia acribus ſalſisque fumis abſumptis, ichoribusque per lachrymas exhauſtis, & cerebro facto ſicciore, cor quaſi laxatur, & à ſui compreſſione cerebrum liberatur, utrumque in angore primitus, non tàm ſpirituum & ſanguinis, quàm aliorum humorum excrementitiorum, ſocietate illi junctorum, in intima cordis ſe abdentium, mole aggravatum. (*g*)

Imò licet Menander lachrymas nihil prodeſſe arbitretur, tandem tamen fatetur, mœrorem eas ferre, ſicut arbores ſuos fructus: ſunt autem hi ejus verſiculi:

Τί οὖν πλέον ποιοῦμεν; οὐδέν. ἡ λύπη δ' ἔχει
ὥσπερ τὰ δένδρα καρπὸν τὰ δάκρυα.

Hos verſus eruditus & magno ingenio vir Henricus Stephanus ita vertit:

Quid ergo prodeſt flere? nil: ſed lachrymas
Fert mœror, arbores ſuum ut fructum ferunt. (*h*)

a. h) *Camer. l. c.* b) *l. 4 triſt. eleg 3.* c. e) *lac. Pontan. in comm. f. 437. b.* d) *ep. 99.* f) *Senec in Troad.* g) *Ruland. l. 1. probl. 244. Keckerm. & Knobl. l. c.*

LXXIV.

Cur quidam ſunt ἀδάκρυες *& lachrymari neſciunt?*

An quibus pori δακρυοφόροι perangusti ſunt, atque impediti, angulorumque caruncula ſupra modum increvit, ita ut arctet meatus? an quia cerebrum pumice aridius habent? an quia ſunt ἄλυποι & indolentes, ἀπόπληκτοι ſive ſtupidi: ἢ ἀναίσθητοι, horridi atque rigidi, naturaque immites & feri? an quia inter τοὺς ὀξυθύμους temperamento præditi ſunt calido & ſicco, quibus ineſt τὸ δὲ σφοδρὸν ἐκεῖνον καὶ διάπυρον πρὸς ὀργήν: quibus bilis in naſum concitur, quorumque oculi ſcintillantes vice lachrymarum ignem ſpirant.

Ruland. libr. 2. problem. 318. Bartholin. anth. phyſ. l. 6. c. 7.

LXXV.

Cur alii aliis ad fletum faciliores?

Cur Infantes & mulierculæ facilè & longè flent, nonnulli etiam qualibet & vel minima occaſione lachry-

chrymant? an ob largam cerebri humiditatem, nec non ob carunculæ illius & meatuum angulorum laxitatem? an quia εὐπαθέσατοι, & totius corporis, cerebri præſertim & cordis nimis madentium humiditatibus circumflui, facilimè in lachrymas funduntur, ab agitatione ſpirituum, liquatis humoribus aut foràs protruſis?

Barthol. & Keckerm. l. c. Rul. l. 1. probl. 247.

LXXVI.

Quare gaudentes quandoque lachrymantur?

Quia in ſpirituum diffuſione, ex actione caloris propria, rareſcunt partes exteriores, conſequenter aperiuntur meatus lachrymales, atque ſic expellitur humor lachrymalis.

Barthol. l. 8. c. 21. Aphrod. probl. 32. Ruland. l. 2. probl. 316. Mercur. l. 3. de excrem. c. 2. Capovac. l. 1. Med. pract. c. 41. Liebault. in explic. aph 3. l. 8. Hippocrat. Plaut. in Sticho. act. 3. ſcen. 2. fol. mihi 335. Terent. in Adelph. act. 4 ſcen. 1. Rittershuſ. in not. ad lib. 8. verſ. 289. Gunther. Ligurin.

Joſephus memoriæ tradidit Ptolemæum Philadelphum Regem Ægypti, quum illi libri ſacri, literis aureis deſcripti porrigerentur, præ gaudio lachrymas uberrimas profudiſſe.

l. 12. antiq. Iud. c. 2.

LXXVII.

Nemini mortalium interdicendum lachrymis.

Nemo omnium mortalium unquam diu lachrymas impunè tenuit. Si namque ut Plutarch. refert, (a) πολύ τι τῆς λύπης ἅμα τῷ δακρύῳ ξυνεξάγεται, & ſecun-

cundum Senecam, fletus ærumnas levat: (b) ſuppreſſo eo, fieri profectò haudquaquam poteſt, quin ab aggeſtu peruſtorum halituum, qui intra præcordia concluſi retinentur, Cor magnopere periclitetur, non etiam nunquam fatiſcat penitus, & unà cum eo calor vitalis pereat, more flammæ, quæ obſtructis ſpiramentis à proprio ſuffocari fumo ſolet. Quæ cauſa videtur eſſe, cur XII. Tabulæ, generi mulierum, quod ad lugendum, lamentandumque nimis quàm propenſum eſt, olim ejulatibus ſolùm interdixerint, fletu non item. In

PUERIS.

diutiùs coërcitæ lachrymæ, creduntur juſtum corporis augmentum hoc ipſo nonnihil remorari, quod inſito calori, tàm inimica fuligo eſt, quàm quod maximè, niſi tempeſtivè lachrymis egeratur. Eſt autem Calor, non tantùm coctionis opifex & quaſi ἀρχιμάγειρος, ſed & autor incrementi, quo corpus ad juſtam conſtitutamque metam certorum annorum ſpaciis provehitur. Quæcunque aluntur & creſcunt, inquit Tullius, continent in ſe vim caloris, ſine qua neque ali poſſunt, neque creſcere.

INFANTIBUS.

quoque, & qui in flexu ſunt pubertatis, ideo non ſunt prohibendi fletus & ploratus, quòd vice cujusdam exercitationis corporum conferre ad augeſcendum, videantur. Sicut enim operantibus, ita plorantibus ſpiritus contentio vires ſuggerit. Quo nomine à Stoicis etiam gemitus in dolore conceſſus eſt, quatenus ad confirmandum animum valet. Adhæc niſi in lugentibus pueris ſupervacua materia, ſolito more, per ſpiramina palpebrarum excluſa fuerit, periculum

eſt,

Digitized by Google

eſt, ne ſenſim acervata, atque ultrò citroque concita, aut in ventriculos cerebri elidatur & morbum ſonticum creet, vel ſtuporem attonitum: aut adacta in nervos corpus paralyſi oblædat. In

ALIIS,

lachrymarum ſuppreſſio, magnorum morborum author eſt & vires lædit.

ADULTIORIBUS

etenim nulla major flendi cauſa eſſe videtur, quàm cum flere in angoribus omnino nequeunt: ut cum parentibus ςύλοι ὄικων παῖδες ἄρσενες decedunt, in quibus ſpes reſidua erat exædificandi ac propagandi generis. (c)

a) *lib. de cohib. iracund.* b) *in Troade.* c) *Sal. Albert. in append. Orat. de ſudore cruento.*

An cordi ex retenta fuligine, calori ſpiritibusque vitalibus longè infeſtiſſima, lachrymarum cohibitio? cerebro verò, quia metus eſt, ne humor in ventriculos expreſſus repentino ſit exitio, conculcans ſpiritus, animæque functiones peſſundans, perimensque, ut flamma obſtructis ſpiramentis, à proprio fumo ſuffocatur: ita ἡ οἰκονομοῦσα τὸ ζῶον δύναμις, quæ calori inſidet, contabeſcere ſolet, niſi excrementa favillacea, quæ ſanguinis ardor commiſit, maturè revocentur.

Ruland. l. 2. probl. 221.

LXXVIII.

Nulli Hominum non lachrymandum.

Ne quidem Hercules, cui cætera penè cuncta ſunt domita, ſuam ipſius naturam ita potuit vincere, ne ploratum ederet, idque nequaquam, ut ipſi viſum eſt, fœmi-

Digitized by Google

ſœminatæ virtutis argumentum fuit; nec enim virtutem σκληρᾶ illâ, aut inhumana ἀπαθείᾳ metimur.

Amputa & exinani Zeno affectiones animi, unde lachrymæ ſcaturiunt, aut quantum potes obnitere, ut totis careas, quod tamen priùs non præſtabis, quàm hominem exueris ex homine, aut planè ſuſtuleris: jam nuſquam virtus erit, languebit protinus animus, atque torpebit, affectionum adminiculis, tanquam vigoribus ſuis privatus, inque corpore ignavæ & quaſi enervatæ vitæ prorſus conſeneſcet.

Neque verò muliebri ſolùm ingenio fletus additus eſt, ſed ad officium pertinet humanitatis, cujus ut quisque plurimùm obtinet: ita maximè ad lachrymas proclivis eſt, ut in verbum jam olim abierit, *ἀγαθοὶ δὲ ἀριδάκρυες ἄνδρες.*

Næ ille mihi fibris planè carneis præditus fuiſſe videtur, qui mortem amici negavit deplorandam eſſe, ſed cogitandum potiùs cenſuit, illum mortalem natum eſſe & Hominem. Quantò humanior Heraclitus fuit, rerum humanarum fragilitatem, perpetuo fletu proſequi ſolitus. Nulli profectò verendum, ne fines officii lachrymando tranſeat, modò non abjectè, non deſperanter id faciat, animumque, quâ poſſit ratione, placet, labentem in proclive erigat, adeoque à deſperatione ad ſpem revocet. Quemadmodum enim alibi, ita hic τὸ σφοδρὸν ſeu nimium ipſum, ſolummodò vitium eſt, quod ſi repreſſerimus, nihil præter decorum à nobis fiet. Nam cum homines ſimus, nihil humani, hoc eſt, ad hominem pertinentis, à nobis alienum eſſe putemus.

LXXIX.

LXXIX.

Lachrymæ miſericordiæ ſignum.

Ecquid autem eſt, quod ad homines & conjunctionem Hominum inter Homines & ipſam charitatem, atque complexum gentis humanæ magis pertinere videtur, quàm affici rebus communibus, & in hac valle miſeriarum, in qua omnibus fortunæ telis vita noſtra expoſita eſt, alterum alterius miſereſcere, & quantùm in ipſo eſt, levationem affere, idque adeo teſtatum facere, argumentis veris, non fictis, neque ſimulatis. Veriora autem argumenta non ſunt, neque illuſtriora, quàm lachrymæ illæ miſericordiæ, quibus & propriam moleſtiam exhaurimus, & alienam levamus, magna ejus parte in noſmet derivatâ. Nempe in hoc conſiſtit ſocietas humani generis & vitæ quaſi communitas, ad quam optimo naturæ ſatu edimur, & homines appellamur, ut ὁμῶς, quod eſt, πολιτικῶς, invicem conjuncti ſimus, civili atque populari conciliatione.

LXXX.

Cur in lachrymis ſuſpiria & gemitus ferè conjungantur?

Suſpiria & Gemitus, in acerbitate luctus, pro uno qui putent hodie multi ſunt: at verò mihi differre videntur.

SUSPIRIUM enim inſpiratio quædam, altè petita & ab imo ductu pectoris, ſecundum Naſonis illud:

— — & ſuſpiratibus hauſtis
nec Dea ſum, dixit —

GEMITUS expirationi aliquanto vicinior eſt, quando

do nimirum, preſſo præ anguſtia pectore, in ſonum prorumpimus: aëre cum impetu foràs acto, quæ eſt vox inarticulata, eſtque ambitus paulò latioris. Nam ingemiſcere dicuntur inter cædendum ligna operarii, ac dùm exercentur athletæ: ſimiliter pugiles, cùm feriunt adverſarium, in jactandis cæſtibus: non quòd doleant, animóve ſuccumbant: ſed quia in profundenda voce, omne corpus contenditur, fitque plaga vehementior. Hæc ad lamentabilem alterum ac flebilem gemitum non inſcitè trahi poſſunt ac debent: qui tametſi levationis aliquid affert naturæ, cum moleſtiis angoribusque confligenti, nulli tamen viro permiſſus eſt, quorundam Philoſophorum ſententiis, conantium ſpeciem viri fortis & animoſi, qualis futurus ſit, ſi modo aliquandò fuerit in virorum numero, non adumbrare, ſed planè exprimere: quem adhuc noſtra quidem ætas vidit neminem, nec viſura unquam eſt poſteritas. Idem judicium illis eſt de ſuſpirio, quod de gemitu. At enim nos neutrum ulli hominum abnegamus, utpote remedium dolorum, non minus præſentaneum, quàm ſunt lachrymæ, aut fortaſſe tantò magis, quantò à corde utrumque abeſt propiùs, tùm ad ventilandum calorem ejus, quàm ad educendum vitalem ſpiritum, quorum uterque poſtea reipublicę membrorum corporis univerſi, proportione quadam influens, quoquo verſum diſpenſatur atque diſtribuitur.

LXXXI.

Suſpiriorum & gemituum vis magna.

Suſpiria & gemitus, æquè curis mæroribusque mederi, atque lachrymas, controverſum non eſt. Alterna

ambo

ambo ſunt, & fiunt inter lachrymandum neceſſariò. Dum enim Cor icitur à notitiis, & triſti cum re intus conflictatur, vitalem calorem exterioribus ſubtrahit, ut ſibi eum impendat, ſeſe ſervet ac tueatur. Calor coactus in anguſtum, ac ceu concluſus, eo nomine evadit acrior juſto, quod ventilator cordis, qui Pulmo eſt, partes ſuas tùm obeat ſegniùs, aëriſque novi minus ſubintret, atque adeò ſanguis ille, qui ex arterioſâ venâ in pulmones delatus & in vaporem, ab inſitâ ipſis vi, atque temperie, tùm motu eorundem jugi, aſſiduoque verbere elaboratus eſt, in venoſam arteriam, indeque in ſiniſtrum cordis thalamum, ritè tranare, abſque impulſu aëris nequeat. Interim multum fumorum circa Cor acervatur, qui, niſi maturè exhalati fuerint, calorem ejus opprimunt. Proinde neceſſariò pulmones ſe contrahunt aſpirantes, ſpirituque dilatant viciſſim: hîc ſuſpiramus, hauſtâ altiùs animâ: illîc contra ingemiſcimus, explorata fuligine. Utroque modo cordi opitulamur adverſus injuriam ſuffocationis, ampliore reſpiratione, quod vices minutæ crebræque ſpirandi eſſent facturæ.

LXXXII.

Suſpiria & Gemitus in acerbitate luctûs, qui fiant, eorumque neceſſitas.

Suſpiria & Gemitus, fiunt juxta formulam motus, in pectore παῤ ἐκλαλάξ, ἀλλὰ ὐ καθ' ἁρμονίαν τινα καὶ λόγον, hoc eſt, non modulata quadam ratione: & quidem neceſſariò fiunt, licet cordatiores naturâ reprimere ſeſe queant, quò minùs quid præter τὸ πρέπον agant: effæminatiores non poſſunt. Suſpirio hauritur bonus

nus aër, adduciturque pulmonibus; Gemitu ad refrigerandum inutilis & jam præuſtus redditur. In utroque vigor vitæ conſiſtit.

Qui enim anguntur & dolent, iis animus, in eam rem, quæ dolori eſt, incumbit, in eam quaſi defigitur & derivatur totus, interimque ſui officii obliviſcitur, neque thoracis muſculis vim movendi ſuppeditat. Cor igitur, cùm neque per intentionem pectoris aërem accipiat, quo ventilari refrigerarique poſſit: neque per remiſſionem ſevocet, quæ ſanguinis ardor commiſit, recrementa favilloſa, inſtante ſuffocationis periculo, animam cogit ad deſerti muneris provinciam obeundam: idque facit, cùm ope caloris & ſpiritus, tùm acrimonia fuliginis, velut ſtimulo adhibito. His vigilibus excitata ac laceſſita anima, protinus cordi proſpicit, diſplodens per nervos animalem ſpiritum, quo thorax velut animatus, vices priſtinas, ſed paulò largiùs præſtat, ut expiratione & inſpiratione Cor vitæ fontem redimat liberetque: expiratione exhauritur, quicquid eſt exuſtæ fuliginis: inſpiratione copia ſuggeritur aëris frigidi: abſque quibus ſi foret, cor penitùs fatiſceret.

Salom. Albert. l. c.

LXXXIIII.

Lachrymarum vis.

Lachrymis ineſt ad expugnandos animos vis maxima, ſi nullis argumentis & precibus rem quiveris impetrare, adhibe lachrymas, his inito gratiam. Seneca. Major fides lachrymis, quas fundimus danda eſt, quàm verbis, quæ loquimur. Sæpe enim fallit in verbis lingua, ſed perraró in lachrymis fallunt oculi.

Qui

Qui lachrymis non moventur, nulla re alia movebuntur. Quis enim neſcit, pro voce & Oratione aliquando eſſe ſolas lachrymas? tantas præſertim, ut vocem ex ſingultu intercludant. Quare divinus Orator ſapienter Orationem illam, omnium ſuarum reginam, Milonianam puta, ſic claudit: ſed finis ſit, neque enim præ lachrymis jam loqui poſſum.

Gratia ſi nulla eſt, lachrymæ tibi gratia fiant:
hac potes, aut nulla parte movere Deos.
Ovid. l. 3. de ponto, eleg. 1.

Et rurſum:

Interdum lachrymæ pondera vocis habent.
Iac. Pontan. in comment. p. 916. c. 922. c.

LXXXIV.

Cur fletus diutius perſeverat, quàm Riſus?

Evenit ex natura ipſius objecti, vel cauſæ moventis; quoniam Riſus ab inani lætitia, quæ veluti per tranſitum afficit, generatur: Fletus autem à re gravi & dolorificâ seriò, quæ diutius movere poteſt: inſtat enim alta quædam cogitatio, & quò magis appellit animum, eò magis diſplicere conſuevit.

LXXXV.

Cur turpius eſt plorare, quàm ridere?

Fletus magis turpis eſt, quàm Riſus, ac minus etiam decens, quia Riſus non eſt immediatè contrà aliquam virtutem morum: Fletus autem videtur è medio tollere magnificam illam fortitudinem, quam omnes affectare ſolent, & contra virilem illum vigorem, quem omnes habere exiſtimant, ſiquidem arguit animi remiſſionem, ac propterea, qui mores inſtituunt, dicunt, Fletum eſſe rem puerilem, indignam viro &

muliebrem, animi videlicet mollioris & paulò remiſſioris, & quemadmodum objecta Riſus & inanes lætitiæ frequentius accidunt, propterea magis eſt familiaris illa operatio, affectioque, cum itaque nemo velit apparere demiſſus, propterea nimis abſtinent, & cenſent Fletum eſſe rem indignam.

LXXXVI.

An Fletibus Homo poſſit mori & quomodo?

FletibusHomo poteſt mori, cum modum ſuperant, intemperatè ſcilicet laxatis habenis & ſoluto motu, quoniam profuſius ſoluto diaphragmatis motu, poteſt accidere difficultas attrahendi ſpiritum, multo præſertim evacuato: quapropter calor ipſius cordis ſuffocatur, noñunquã apparatus aliqui & medii quidam effectus generantur, ſcilicet lypothymia & ſyncopes, ſi paulò remiſſiùs illud fiat: cùm autem in Riſu ſolutior fiat motus, utpote celerius ac vehementiùs vellicante ridiculo quaſi prurigine, nullaque retrahente cogitatione, propterea mors multò faciliùs ridendo, quam flendo poteſt accidere: nam ploratus cauſa minùs inſolenter movet, & alta cogitatio animum retrahit, partesque ipſas mobiles.

LXXXVII.

Cur Homines, alioqui triſtes & dolentes, ſæpè cùm tacerent, non plorabant, cùm autem doloris cauſam volunt dicere, & enarrare, confeſtim plorant?

Soluto in dicendo ſpiritu, ac partibus illis, quæ alio-

alioqui continebãtur,factoque dolore, magis in actu, cum explicetur & forſitan aucto, cum dicendo innoteſcat & explicetur miſeria, coram aliis dicunt. Etiam puer, volens accuſare illum, qui in ſe violentas & laſcivas manus injecerit, non poteſt compeſcere fletum: cùm enim propriam infamiam explicet & infamem ſe eſſe aliis declaret, flere conſentaneum eſt, qui quidem non fleret, temerè accuſando: nam fictio eſſet, citra dolorem & potius cum voluptate & alieno affectu.

Nic. Ioſſius de fletu, c. 4.

LXXXVIII.

Cur Animantium Homo, maxime fumo affici poteſt?

An quod Homo lachrymam maximè emittit: fumatio autem non niſi cum lachryma eſt?

Ariſtot. ſect. 10. probl. 50.

LXXXIX.

Dolores leviores, triſtitiæ, cur cient lachrymas?

An dum contrahitur in ſe, atque conſtringitur Cor, calor & ſpiritus, quibus ad omnem actionem, tanquam inſtrumentis primariis utitur anima, & unà ſanguis ad principium undelibet arceſcuntur, ac paulatim abducuntur, quod, dum fit, præter cætera, quæ in ſummo corpore ſunt, cerebrum frigeſcit & humores in ſupervacui naturæ fugientis, & ad loca ſibi penitiora deſcendentis regimine deſtituuntur, qui jam permiſſi ſibi ultrò effluunt, tùm frigoris, quo

 mea-

meatus arctari ſolent, impulſu quadamtenus exiguntur.

Ruland. l.2. probl.315. Barthol. l. 8. phyſ. c.21. Viſcer. in explic. aphor. 52. ſect. 4 Hippocr.

Et ſatis lachrymavimus.

XC.

Cur hominis etiam temperatiſſimi ſtercora fœtent magis, quàm reliquorum animalium?

Hominum ſtercus peſſimè omnium olet, quòd is & vario & humido veſcitur nutrimento, idque etiam intempeſtivè, & cum minimè indiget. Tùm minus exercetur, minusque quàm cætera animantia caloris habet; quare cum neque planè concoquatur, neque ob copiam perfletur, ſed veluti commerceat, mali eſt odoris.

Laurent. oper. anatom. l. 1. q. 22. Aphrodiſ. probl. 30. Mercurial. l. 2. de excrem. c. 5. Panſa part. theor. gener. de produc. vita, c. 56.

XCI.

Cur alvi dejectiones diutiùs retentæ, minùs; Vrina contra diutius retenta, magis fœtet.

An quod ſtercus, quò diutiùs retentum ſit, eò magis ſiccatur; quo autem ſicciuseſt, minùs id putredini patet: Urina contra effici craſſior ſolet, recensque potioni ingeſtæ ſimilior eſt.

Ariſtot. l. 13. probl. quæſt. 1.

XCII.

XCII.

Cœli & aëris mira vis.

Mirum profectò eſt, quòd Luſitani noſtri, in Oceano navigantes, narrant; ubi enim lineam æquinoctialem tranſeunt, ſtatim in navibus moriuntur omnia animalcula, quæ ex putredine naſcuntur, cimices, pulices, pediculi, mures & cætera ejus generis, tanta eſt cœli & aëris illius vis.

Roder. Fonſec. de ſanit. tuend. c. 18.

In Africa cætera frequens eſt morbus gallicus, is curatur migratione in Numidiam & Nigritarum terram. Nulla vis magica quæritur in ſalubritate Nili & Neapolitanâ terrâ, marique adverſus phtiſim.

Libav. l. 1. batrach. ſchol. ad c. 9.

vide cent. 4. part. 58.

XCIII.

Non omnibus idem convenit cœlum.

Non omnibus idem convenit cœlum, quod virtute, vel occultâ influentiâ, per aërem tranſmiſſâ, nos afficere poteſt. Multi in regionibus quibusdam ſemper ſunt valetudinarii: quod ſi enim locus iſte eſt in culpa, nec alia quædam ægritudinis cauſa ſubeſt, homoque mutata regione ſalubriùs degit, meritò is accuſandus eſt.

Legati ex Perſia in Germaniam ablegati, ſæpiſſimè majorem ſociorum ſuorum in itinere numerum perdiderunt, antequam ad Regem ſuum reverſi fuerint. Sic Germani in Perſiam ablegandi, ſimilem lega-

Digitized by Google

tionis ac ſocietatis jacturam patiuntur, adeò ut vix unus & alter cœlum mutatum abſq; vitæ diſcrimine ferre, & ad regionem præſtitutam pervenire queat: vide quantopere aër alterare poſſit.

Quotnam ex Gallia olim in novas Inſulas Indiæ fuerint ablegati, & quotnam in regionem determinatam ſalvi & incolumes pervenerint, notum eſt ex Hiſtoricis, qui hâc de re conſulendi ſunt.

Panſa l. 1. de pror. vita c. 27.

XCIV.

Aſiatici cur molles, Europæi fortes?

Spiritus vitalis, ut variè comparatus fuerit, ita multifariam θυμοειδῆ facultatem concitat, hinc varia hominum pectora & mores proficiſcuntur, pro diverſa craſſitudine & raritate horum ſpirituum, in quibus hæc animoſa facultas ſedet. Variè autem afficiuntur hi ſpiritus, ab alimentis & ab externo aëre: unde fit, ut qui populi, frigore ſtrictas mundi partes incolunt, ob denſos ſpiritus, qui ex ſanguine fluunt craſſo, animoſi ac formidabiles ſint, quique intrepidè periculis ſe objiciunt.

Quæ naturæ conditio in Aſiaticis deſideratur, qui molles, labaſcunt duro aliquo incommodo, quia exiles habent ſpiritus, ob tenuem, quo præditi ſunt, ſanguinem: ſpiritusque propterea habent evanidos: irâ incandeſcunt quidem ociùs & acriter bellum ineunt, ſed ad primum ſanguinis intuitum labaſcunt.

At Europæi conſpecto ſanguine acriùs in hoſtem inſurgunt, ac in pugnam incaleſcunt ardentiùs. Quod

Digitized by Google

Quod diſcrimen animorum in bello civili obſervatum, his expreſſit Lucanus:

Quicquid ad Eoos tractus, mundiq́ teporem
labitur, emollit gentes clementia cæli.
Omnis in Arctois populis quicunq́ pruinis
naſcitur, indomitus bellis & mortis amator,
Felices errore ſuo, quos ille timorum
maximus haud urget lethi metus.

Heurn. l. 3. inſtit. c. 4.

XCV.

Cur geminis perceptus auribus ſonitus, nunquam duplex auditur?

Ratio eſt, quòd viſus per rectam lineam ſuum officium facit: quod in ſonitu percipiendo neutiquam accidit.

Heurn. cap. 1. de morb. ocul. Ruland. libr. 2. problem. 89.

XCVI.

An Talpæ videant ſub terra?

Ariſtoteles videtur viſum derogare Talpis, *(a)* verùm ejus verba de perfecto viſu ſunt intelligenda. Vident omninò Talpæ, ſed viſu admodum debili & imperfecto, veluti per quaſdam pelles: neque enim oculos illis natura fruſtra dediſſet. Et Galenus Talpas eſſe viſus participes ſtatuit: quod non ſemel obſervaſſe ſe & comperiſſe teſtatur, quando quærendi alimenti cauſa è cavernulis in lucem prodeunt. *(b)*

a) *l. 1. hiſtor. de animal. c. 9. & l. 4. c. 8.* b) *l. 14. de uſu part. c. 6.*

Vide acutiſſ. Scalig. exerc. 244.

Talpa ὁ ἀσπάλαξ, animal nigrum, pelle murium, quod ſub terra degit, eamque ſuffodit ac ſubruit egeſtis velut colliculis, viſu deſtituitur: unde Proverbium: Cæcior talpâ; (vide *Eraſm. Chiliad. 1. centur. 3. adag. 55.*) cute tamen detracta, quâ craſſiuſcula eſt, oculorum veſtigia apparent, nimirum orbiculus nigricans, & in ejus medio pupilla, quam κόριον vocant, tandemque utrique circumfuſum τὸ κυκλώπιον.

Freig. de Zoograph. l. 34. pag. 1134. Plin. natur. hiſtor. lib. 11.

XCVII.

An Talpæ ſub terra audiant.

Audiunt, etſi valdè debiliter, ob medii nimirum imperfectionem; at quomodo ſonus penetrat elementum terræ? non per elementum terræ ſoni tranſmittuntur ad talpas, ſed per aërem terræ poris incluſum.

Keckerman. curſ. philoſ. diſput. 15. coroll. 22. & 47. Scalig. commentar. ad text. 74. libr. 1. Ariſt. hiſt. de animal.

XCVIII.

Talpa caſu in anum irrepens, indeq; cum labore evulſa, quî?

Quidam ruſticus, febre quartanâ laborans, cùm in die quietis, animi gratiâ, in hoſpitio cum aliis ſuæ con-

conditionis commeſſaretur, & de febre, quâ affligebatur conquereretur, ut ab ea liberari poſſet, quidam illi conſuluit, ut talpam vivam tamdiu, donec moreretur, manu retentam preſſamque retineret, eſſe enim hoc certum remedium. Quod ut ſtatim experiretur, unus ex iis in pratum talpis plenum, exiens, unam ligone, ſub terra, ſe moventem, quo modo eas capere ſolent, erutam, vivam cœpit, ligulaque pede illius poſteriore adſtricto, in hoſpitium delatam, ægro dedit. Quam ille donec domum reverſus, eâ uti poſſet, in ſacculum linteum, caligis inſutum occluſit. Ex quo talpa ruſtico in menſa moram trahente, exitum quærens, primùm panem, mox & ſaccum perterebravit, & in clunium interſtitium ſe ingerens, ad podicem uſque progreſſa, pedibus anterioribus, quibus manuum inſtar terram fodere ſolent, anum dilatans, caminariique inſtar, in eum medio corpore irrepens, rectum inteſtinum cum magno patientis dolore ſubivit, qui illicò exclamans, demiſſis caligis, ut opem ferrent, aſtantes rogavit, qui ligulam talpæ alligatam adhuc propendentem, apprehendentes, dum trahendo talpam extrahere nituntur, illâ contranitente, pedibusque & acutis ſuis unguibus inteſtino infixis ſe firmante, cruciatum ſummum ægro adferentes, ab opere deſiſtere coguntur. Tandem æger exagitatus dolore, poſteriora ſupra ſcamnum, ſæpè & validè concutiendo, eam attonitam reddidit, ita ut ulterius in podicem tota ſe non ingereret ſed viribus amiſſis, poſtea extrahi potuerit; Perſeverante nihilominus dolore, ob læſionem inteſtini, quam unguibus talpa pepererat. Quamobrem tenaſmo laborans, per quoſdam ad me conſilii cauſa miſ-

ſos, caſum hunc mihi explicavit, ridiculum quidem, periculoſum tamen. Antequam autem ſanaretur, anodynis unguentis podici immiſſis, & dein ulcus ſanantibus, ac fumis podice exceptis, eum uti oportuit.

Plater. obſ. l. 2. fol. 456.

XCIX.

Feræ ignobiliores, crudeliores.

Nullum animal tàm minutum, aut contemnendum, quod laceſſitum non excandeſcat, & à parvis maxima detrimenta importata narrant Hiſtorici. (*a*) Tradit Plinius: à cuniculis ſuffoſſum in Hiſpania oppidum: à TALPIS in Theſſalia: à Ranis civitatem in Gallia pulſam; à locuſtis in Africa: ex Gyaro Cycladum inſula, incolas à muribus fugatos: in Italia Amyclas à ſerpentibus deletas. (*b*) Ineſt enim & formicæ ſua bilis.

Iac. *Pontan. in comment. eleg. 5. l. 3. triſt. Ovid. p. 318.* *a*, b) *l. 8. c. 29.*

Vide Emblem. Alciati 54. lib. 1. à minimis quoque timendum, eique adjunctum commentarium, Seb. Stockhameri.

C.

Venator vulturi ſanat ſtupiditatem.

Juratô mihi atteſtatus eſt Venator quiſpiam, quòd vulturem habuerit, qui aptiſſimus venationi eſſet: qui quum veniret ſtupidior atque ineptior, remedii loco cauterium igneum capiti ejus adplicuerit, atque ſic eum ſanârit.

Æſchac. Major. ſerutin. ingen. p. 168.

CEN-

Digitized by Google

CENTVRIÆ XV.

Particula I.

Quidam ſepultus reviviſcit.

Exemplum memorabile.

FRanciſcus Civilis, è vicina nobilitate, juvenis ſtrenuus ac robuſtâ valetudine, cum ſua cohorte, inter propugnatores ſtabat, (Rotomagi) inter Hilarianam portam, & Brihoreliamas furcas; is glande plumbea, (Anno 1562. circa III. Eid. VIIIbris,) per maxillam dextrã, ad cervicem penetrante ictus, cum è pomerio concidiſſet, ſtatim foſſores, qui paulò infra vallum ducebant & mortuum putabant, prius ſpoliatum cum altero itidem ſeminece compoſitum, terra obruunt, ſub meridiem, finito dein ſub veſperam certamine, cum quisque ad ſua ſe reciperet, percontante lixa, qui cum equo militari herum in platea proxima expectabat, an fama de interfecto Civili vera eſſet, à Mongomerio reſponſum eſt, & illum interfectum & juſſu ſuo terræ mandatum, quo intellecto lixa, pro ſummo beneficio petiit, ut locus indicaretur, quò Heri cadavererutum ad ſuos referret, index ei datus à Mongomerio, Joannes Clerius, ipſius ſtipatorum legatus, cum quo lixa ad locum profectus, cum terra eruta cadavera, tabo deformata, confuſis oris lineamentis reperiſſet, & in prato nequicquam expoſita minimè agnoviſſet, rurſus re deſperata in foveam recondit, manu alterius terra extante, quod cum aliquan-

quantulum progreſſi, à tergo reſpicientes animadvertiſſent, veriti ne manus indicio, canes ad cadaver eruendum, ac devorandum invitarentur, humanitate adacti, eodem redeunt, acciditque ut dum manum terra tegunt, adamas triangularis añulo incluſus, quem Civilis geſtare conſueverat, ad Lunam refulſerit, ex quo lixa Herum ſuum, quod ex facie non potuerat, agnovit, & cum os ori admoviſſet, ſpirare adhuc & caloris fomitem, in eo nondum omnem extinctum comperit, protinusque corpus in equum, quo vectus venerat imponit, & ad Claræ fanum, in quo vulnerati publicè curabantur, defert: ſed cum chirurgi, in homine dubiæ vitæ curando operam ac medicamenta inutiliter conſumi cauſarentur, præſertim in tanta ſauciatorum multitudine, lixa ſemianimem, in hoſpitium infert, in quo per quadriduum, ſine cibo ac potu, vitam incertam toleravit, tandemque advocatis, Guilielmo Guerenta, & Craſſo Medicis, ex eorum conſilio, diducuntur convulſione contracti dentes, & juſcula in os adhuc ſpirantis immituntur, vulnereque deterſo, medicamenta idonea adhibentur; ex eo ſenſim refici vires, aperiri oculi, aures ad circumſtantium ſtrepitum excitari cæperunt, tandem vox pænè mortuo rediit, ſed mox capta urbe (Rotomago) ob antiquas cum fratre ſimultates, cum inimici homines, in illius hoſpitium, infeſtis animis veniſſet, non reperto eo, in ſeminecem fratrem ſævierunt, ipſumque è conclavi, in quo jacebat, per feneſtras, in ſubjectam aream, per lixas præcipitarunt, ſed Deus rurſus miſero præſto fuit, nam accidit, ut in ea ingens fimi cumulus eſſet, qui cadentem

tem ſublevavit, atque ita ab omnibus relictus, per triduum rurſus ſine potu, & cibo vixit; donec Groſſetus cognatione conjunctus, eum per milites, clam ac noctu extra urbem in ruſticum prædium transferendum curavit, in quo per otium plenè curatus eſt, priſtinamque valetudinem poſt tot veluti mortes, ita recuperavit, ut XL. annis, ac nunc quoque, cum hæc ſcribo, deinceps in vivis fuerit.

Iacobus Auguſtus Thuanus, hiſtor. libr. 33. fol. mihi 507.

II.

Mulier ſepulta reviviſcens.

Dividoduni mulier peſte per aliquot dies laborans, ſubitò in ἔκςασιν, ſeu potius ζυγκοπὴν incidit, quâ aliquandiu detenta, mortuam eſſe judicabant, ideò ſub veſperam à veſpillonibus, in foſſam communem (erant enim in ſepeliendis mortuis tàm occupati, ut cuilibet peculiare ſepulchrum facere nequiverint) cum aliis ſepeliebatur. Quæ ibi per totam noctem jacens ſub auroram ad ſeſe rediit, animumque collegit, neſciens tamen, quonam in loco eſſet, neque egredi potens, propter debilitatem & pondus aliorum corporum mortuorum, ac terræ, clamare incepit, ſed quoniam longe ab hominibus diſtabat iſte locus, neque ullus propter fœtorem & timorem illuc appropinquabat, exaudiri non potuit, quæ tamen interim maximè eſurit, ſiquidem ſpacio IV. dierum, neque cibum, neque potum aſſumſerit, ad compeſcendam aliquo modo famem, portionem pepli ſui, quo facies ejus obtecta erat, rodit atque comedit; tandem

dem poſt XXIV. horas, & alia corpora à libitinariis inhumanda, eundem in locum afferuntur, qui dum ſtrepitũ quendam ſuſcitabant, illa iſtum percipit & tamdiu vociferatur, donec ab illis exaudiebatur, qui maximè obſtupefacti, intentiùs auſcultant & vocem humanam eſſe percipiũt, ideò illico ipſam effodiunt, & reviviſcere videntes, ideò in domum ſuam apportant, ubi mox convaluit & adhuc per aliquot annos Divioduni degit.

I. Iac. Crafft. in epiſt. ad G. Fabric.
Fabric. cent. 2. obſ. Chirurg. 96. fol. 400.
vid. cent. 7. part. 46.

III.

Quidam pro mortuo habitus, & loculo impoſitus, revixit.

Quidam è nobili Tatoriediorum familia, Veſulii Burgundiorum, peſte correptus & pro mortuo jam deploratus ad majorum ſepulchra in oppidum Tatorideam, IV. milliaribus Germanicis inde diſtans loculo impoſitus, deferebatur. Nocte ingruente, cum à ruſticis in horreo loculus deponeretur, animadverterunt, ſanguinem purum copioſum, per rimas effluere. Loculum aperiunt, humerum ſummum à clavo, per latus loculi profundè adacto, vulneratum, ex agitatione inſuper currûs, vehementer dilaceratum, pectus interim totum, adhuc calere deprehendunt. Properè igitur è feretro exemptus & ad ignem poſitus, tanquam è profundo ſomno, omnium quæ contigiſſent, ignarus ad ſeſe rediit.

Zvvin-

Zvvinger. volum. 2. theatr. l. 7. Winckelman. de vita fœtus in utero, fol. 63.

IV.

Quædam pro mortua habita revixit.

Vivit hîc Wittebergæ Arcularii vidua, quæ cum adhuc virgo eſſet, & ante aliquot annos, in vicino oppido AKen, in magna peſte, apud materteram viduam commoraretur, accidit, ut peſtis hujus etiam viduæ domum invaderet, & aliquot perſonis in ea jugulatis, demum etiam prædictam, tùm temporis virginem, annum XXIII. agentem, corriperet: imò ita affligeret, ut eam omnes pro mortua haberent, corpusque ferali amiculo veſtitum, ex loco calido in frigidum deportarent, ibique ſtramine ſuppoſito, ad horam ſepulturæ conſervarent, quæ II. erat poſt meridiem, nam extincta credebatur poſt mediam noctem, aliàs horâ XII. pro more iſtius loci tum conſueto ſepulta fuiſſet. Quid fit? paulò ante adventum Veſpillonum poſt meridiem, pro mortua habita & jam loculo imponenda, ſeſe movere incipit, caputque erigit, imò ſurgere tentat. Vidua, quæ cum alia muliere adhuc in domo ſupererat, expaveſcit & ſpectrum eſſe rata, arrepto fuſte, ægræ jam reſurgenti mortem parat; impedita autem ab aſtante muliere, nihilominus iſtam, in priorem locum, ſumma cum violentia trudit, ſeque mox in hypocauſtum, foribus benè occluſis & munitis recipit: ægra ita malè tractata & in priſtinum locum detruſa, quaſi ecſtatica, ſed cum manifeſta jam reſurrectione decumbit: & elapſis ab eo tempore (funus enim dilatum fuit) XII.

horis,

horis, plane reviviſcit, & adhuc hîc vivit, etſi pretium, quod Scholæ, Paſtoribus & pro pulſu campanæ debetur, diu pro ea ſolutum ſit.

Gr. Nyman. de apoplex. c. 31. fol. 179.

V.

Vivi Sepulti.

I.

Gero Epiſcopus Colonienſis.

Gero Epiſcopus Colonienſis vivus ſepultus eſt, quia aperto ſepulchro repertum fuit cadaver ſe vertiſſe, cum cruoris ſtigmatibus in ſepulchro.

Granz. l. 3. metropol. c. 45.

VI.

II.

Patricius Anconitanus.

In urbe Roma vidi Anconitanum Patricium, ſepultum in Eccleſia D. Mariæ populi, quem non verè mortuũ noverunt omnes VIII. die, poſtquam ſepultus fuit, nã aperto ſepulchro, ut alium ibi reponerent, inventus eſt miſer ſedere & manus liberas, ad ſuos habere crines. Conſimilem caſum vidi Fabriani.

Augen. tom. 3. ep. medic. l. 11. epo. 4. fol. mihi 434. tom. 1. l. 8. fol. 179.

VII.

III.

Zeno Imperator.

Zeno Imperator, poſtquam ultra annos XVII. imperaſ-

Digitized by Google

peraſſet, digno impiâ vitâ fine, eſt extinctus. Quippe morbo comitiali, quo crebrò laborabat, (*a*) arreptus, ſive nimia crapula & ebrietate ſopitus, (*b*) vel ex alia quapiam ægritudine, pro mortuo habitus, vivus ſepultus eſt: cùm verò in ſepulchro lamentabiliter domeſticos & ſatellites implorare auditus eſſet, prohibente Adriana uxore, cui inviſus eſſe cœperat, ne quis monumentum aperiret, miſerè periit, ſuis ipſius lacertis & caligis, quas geſtabat, comeſtis, ut poſt compertum eſt. A. 491. VIII. Idibus, alii VII. Aprilis. (*d*)

a) *Evagrius l. 3. c. 29.* b) *Zonaras 3. annal.* c) *Cedren. in compend. Hiſtor. Beſold. ſynopſ. hiſtor. univ. p. 251.* d) *Bucholtz. ind. chronol. fol. mihi 262.*

VIII.

IV.

Patritia Auguſtana.

Auguſtæ Vindelicorum Matrona quædam, ex familia Patricia orta, in tumbam concameratam, ſub templo, ejus familiæ propriam, ſuper ſeſſibulum fuit poſita, oſtio ejus magno monumenti lapide occluſo. Poſt annum unum aut alterum alius ex eâdem familiâ moritur, qui in eundem locum ponendus, lapis ab oſtio revolvitur & Matrona iſta, ſupra gradus propè oſtium, mortua, ſine digitis in dextra manu, invenitur. Exitum enim hinc inde quærendo, hoſce gradus quidem reperit, lapidem tamen dimovere, & clamando exaudiri non potuit, digitosque ad famem pellendam devoravit, ſicque eo

in loco occluſa, miſerè vitam ſuam finire coacta fuit.

Fabric.cent. 2. obſ. 96. fol. mihi 405.

IX.

Ioannes Scotus, bis mortuus.

Joannes Scotus, ultima in Brittania, ad Caledoniam ſylvam natus, novi in Philoſophia dogmatis autor, (*a*) Franciſcanus, (*b*) cum ἔκςασιν aliquando paſſus eſſet, omnibus ſenſibus, atque etiam cordis ipſius motu, qui quidem animadverti ab hominibus poſſit, ſpoliatus, pro mortuo elatus ac ſepultus, eodem tamen momento, quo terra obruebatur (fruſtra (*c*) ad petendam opem miſerabili mugitu edito) conflictari cadaver cœpit, & membra collidere feretro, quod Libitinarii ſentientes, ſemimortuum ac palpitantem fovea detrahunt: ſed jam effuſo ſanguine & cervice confracta, ſeriò animam ejecit. (*d*) Unde bis mortuus eſſe dici poteſt. (*e*) Primùm imperfectè: deinde perfectè.

De hoc Johañe Duneſio (Duns eum vocare ſolebant, Scaliger) quem vulgò Scotum vocant, antequam naturaliter mortuus eſſet, aliquando hoc feci diſtichon:

Ante obitum feretro portor tumulandus in ipſo
Crede mihi, vivens heu perii tumulo.

Et,

Hic SCOTUS in tenebris jaceo tumulatus in alvo
MATRIS, adhuc vita cum ſuper aura foret. (f)

a. c) *Sabellic. l. 7. exemp. c. 4.* b. d) *Bodin. dæmon. l. 2. c. 5.* e) *Sennert. l. 1. Pract. part. 2. c. 33. fol. 675. b.* f) *Goglen.*

glen. P. diſcuſ. quaſt. Log. & Phyſ. adverſ. H. Buſcherum, fol. 5.

Moritur Coloniæ A. 1308. VIII. Novemb. Doctor Subtilis dictus, cujus ſectatores dicti ſunt Scotiſtæ. *Bucholtz. ind. Chron. fol. mihi 367. ex Chr. Trithemii.*

Improbat hunc Paulus Langius (CitezenſisMonachus, qui A. 1518. Chronicon ſcripſit) quòd Ariſtotelica & Phyſica doctrina, contrarius fuerit S. Apoſtolo Paulo. *D. Præceptor Cruſius, annal. Suev. l. 4. part. 3. c. 1.*

X.

Quidam prius funere elatus, quàm natus.

Georgius Epirota, fortis & clarus vir, in funere matris ſuæ, utero elapſus, inopinato vagitu ſuo, lectum ferentes conſiſtere coëgit: novumque ſpectaculum patriæ præbuit, non tantùm ex ipſo Genitricis rogo, lucem, ſed etiam cunas aſſecutus, eodem enim momento temporis, altera jam fato functa parit, alter ante elatus, quàm natus eſt.

Valer. Maxim. fact. dict. que memor. libr. 1. capite 6.

Gravida mortua peperit, vide centur. 7. partic. 41. & ſeq.

XI.

Quidam capite truncatus, concutitur.

Florentiæ, Gualterii Ubertini diſſecto publicè à Carnifice capite, cadaver arcæ impoſitum, dum ad Eccleſiam S. Crucis humandum geſtaretur, adeò re-

pentè concuſſione validâ ſpontè exagitatum, ut arcæ tabulata invicem disjungerentur, ac penè ex geſtantium humeris decideret, quòd ad jactum baliſtariæ ſagittæ, dum funus progrederetur, perſeveravit, non ſine omnium adſtantium inſigni admiratione.

Matth. Villan. hiſt. ſui tem. l. 3. c. 46.

XII.

Capita obtruncata quî loqui valeant?

Hominis anima (unde vita humana dependet) ſimplicem penitus naturam non obtinet, ſed eſſentialiter compoſitam ex rationali anima & rationis experte; quæ partes animæ, quamvis in unam coëant animam humanam, ipſæ tamen ſecundum ſe, hoc potiſſimum diſcrimine disterminâtur, quòd pars animæ ratione vacans, toti corpori coextenditur, atque ad ſubjecti partitionem dividitur, rationalis autem illi adjuncta eſt, non coextensè, at in una parte corporis, quæ omnium præcipua ſit, ſive hæc ſit Cor, ſive Cerebrum, nihil enim refert, utra talis ſit. (*a*) Siquidem aſſeramus, rationalem animæ portionem, cum Platone, ac Medicis in Cerebro habitare, facile eſt cauſam, cur hominum capita obtruncata loquantur, aſſignare, quia dum Caput à reſiduo corpore ſeparatur, ſimul dividitur anima humana, quoad ſui partem irrationalem, rationali euſque in cerebro permanente, quonsque in eo remanet calor innatus & pars animæ irrationalis, quæ vinculum eſt, quo Mens corpori annectitur, (*b*) quare tantillo temporis morata Mens in capite obtruncato, nil mirum, ſi conſueta

ta munia exerceat & loquutionem promoveat, vivit enim adhuc vitam humanam, eo parvo temporis ſpacio caput obtruncatum ; & proinde loqui poteſt.

Sin autem ponamus, rationalem animæ partem irrationali uniri in corde, difficilior evadit dubitatio ; ſolvi tamen poteſt, quoniam etſi loquutio eſt functio vitæ humanæ, nihilominus prodit à parte animæ, tùm rationali, tùm etiam irrationali ; namq; in loquutione, quæ nihil aliud eſt, quàm diſtincta ſignificatio internorum conceptuum, duo ſunt, unum eſt, motus linguæ, ac inſtrumentorum vocis ad exprimendum ſonum articulatum, quò diſtinctè ſignificentur internæ paſſiones animi: alterum autem eſt præceptio ac nutus mentis imperantis facultati motrici, quæ vis eſt animæ ſentientis, ut tali motu moveat organa loquutionis: quum verò mentis præceptio primo loco fiat, fiat, inquam in inſtanti, ſive in tempore minimo, atque inſenſili, cui præcepto mox obtemperat anima ſentiens: hæc verò exequatur mandatum mentis, per motum inſtrumenti corporei, qui cum tempore fit, tempore, inquam, ſenſibili; eapropter intellectus præcipiens, quamvis repente, poſt præceptionem unà cum buſto, ab animæ parte illa ſenſitrice, quæ in capite reſidens vocis organa movere debet, ſejungatur ; id tamen non tollit, quò minus anima ſentiens, quæ in capite remanſit, illud mandatum exequatur, quod ſibi nuper impoſitũ fuerat ab intellectu, dum ipſum ſibi adjunctum obtinebat, ejusque conſortio fruebatur, nihil enim Mentis opere, aut præſentiâ, indiget anima ſentiens, ad voces de articulandas, ubi jam intellectus nutum cogno-

Digitized by Google

gnoverit; exequitur autem anima ſentiens iſtud Mentis mandatum, quouſque permanet adjuncta corpori, ſeu quouſque calore, ac ſpiritibus affluens, movere poteſt inſtrumenta vocis; quæ ſanè voces ſunt ſigna earũ paſſionum, quæ paulò antea fuerunt in anima rationali, haud enim opus eſt, ſignum ſemper eſſe rerum præſentium, ſed tùm futurarum, uti ſunt indicia prognoſtica, & in Aſtrologia & in Medicina, tùm quoque præteritarum, quâ ratione cineres dicuntur eſſe ignis præcedentis indicia: ita planè, dum caput hominis decollati loquitur, ſi dicamus, Intellectum in corde habitare, verba illa erunt indicia eorum, quæ nuper in mente præexiſtebant: quum ergò loquutionis forma & ratio præcipua pendeat à parte animæ & naturæ rationalis, quã intellectum dicimus, quamvis materia ſermonis, ejusque pars inſtrumentaria, in animæ humanæ partem ſenſitricem referatur, ac licet, capita obtruncata, dum non vivant amplius vitam humanam integram, loqui valeant, illa tamen loquutio, quoniam fit formaliter in virtute vitæ humanæ præcedentis, non autem in virtute vitæ ſenſitivæ præſentis, propterea non abre, loquutio ſive ſermo, inter functiones & opera vitæ humanæ connumeratur, ſic enim lapis projectus totâ motione, à projiciente moveri dicitur, etſi projiciens intereat ante lapidis quietem. (c)

a) *Ariſtot. 7. Metaph. text. 35.* b) *Themiſt. l. 3. de animal. c. 27. & 28. Plato in Timaeo.* c) *Fort. Licetus de vita l. 3. c. 24.*

XIII.

Caput abſciſſum loqui non poſſe.

Sunt qui dicant, caput abſciſſum loqui poſſe, Homeme-

merumque teſtemadhibeant,, quaſi ob eam rem illud dixerit:

Ipſe dum loquitur, miſcetur pulvere vertex.

Non enim dum ipſe Homo, ſed dum ipſe vertex, intelligi volunt. In terra Caria, res adeò pro vera habita eſt, ut reũ quendam ex incolis egerint. Cùm enim Iovis Hoploſmii ſacerdos eſſet occiſus, & à quo, nõ conſtaret, nonnulli ſe audiviſſe retulerunt, capite præciſo dicente ſæpius:

Virum ſuper viro Cercidas occidit,

itaque hominem, cui nomen Cercidas, in provincia quæſierunt, compertumque in judicium duxerunt. Sed fieri non poteſt, ut caput præciſa arteria & ſine motu pulmonis loquatur. Nec apud Barbaros, qui caput ſumma cum celeritate abſcindunt, tale quid unquam eveniſſe accepimus.

Ariſtot. de part. animal. l. 3. 10.

XIV.

Quadam crepuit.

Tomaxina, Hieronymi Cardani matertera, cùm præter morem ſolitum occultare vellet, atque ſupprimere, ſumi luctus acerbitatem, ex amiſſâ in peſte ſobole, idque ob immodicam verecundiam patris Cardani, ſenis ςκυθρώπου, tetrici ac vultuoſi, tandem crepuit, atque intus diſrupta è medio exceſſit. Poſteaquam enim cordis fuligo, dolore perſeverante, eatenus exaggerata fuerat, ut jam amplius hoſpitari tàm in anguſto præcordiorum ergaſtulo non poſſet; per thoracem verò occaſio emergendi nuſquam daretur, diverticula quæſivit, & alio verſum

iter ſibi vi molita eſt: non ſecus ac anima, in viſceribus terræ; ubi in vacuum ſpacium penitùs applicuerit, non patente exitu, primum luctari ſecum ipſa incipit: mox percita huc illuc reciprocando, tumultuari, lateraque terræ itentidem ſuccutere, donec ictibus crebrioribus eam findat atque perrumpat. Id verò non viventibus modo accidit, ſed & nuper extinctis, licet talibus ἐκ τῦ καταψύχεσθαι textus partium ſolidarum ſpiſſeſcat, ſeque ipſo multò reddatur firmior.

XV.

Latro quidam medius crepuit.

Noribergæ accepimus ſenis cujusdam, eum agentis annum, qui inter ſcanſiles & ad ſuccidendam vitam pollentes decimus eſſet, corpus capite truncato, rotæ obligatum eſſe, quòd uxorem occidiſſet. Qui, cùm nec à pueris orare didiciſſet, neque in carcere, ætate propè jam acta decurſaque, addiſcere vellet, quicquid à Diaconis de æternorum ſuppliciorum atrocitate ſubjiceretur, fruſtra tentatis rebus omnibus, in planè impia obſtinatione, non ſine fremitu tandem morte multatur. Brevi poſt turgidum abdomen rumpitur, & ilia eructando humi ſpargit. (*a*)

Sic Iſcariotam illum Chriſti proditorem, cum vitam laqueo finiiſſet, crepuiſſe medium, S. Lucas refert. (*b*)

a) *Sal. Albert. in append. orat. de ſud. cruento. p. 70.* b) *Actor. c. 1. v. 19.*

XVI.

XVI.

Cadavera ſceleratorum, an rectè volucribus, præda in rotis inhumata relinquantur?

Dubitò ſanè, utrum Deo placeat noſtratibus uſitatus mos, ubi cadavera ſceleratorum, (qui tamen homines fuerunt, & ſæpè piè inter ſupplicia mortui ſunt) poſtquam extremis ſunt afflicti ſuppliciis, in patibulis & rotis, volucribus cœli lanianda relinquuntur. Poſſet enim ipſe ſupplicii locus terrere alios, non minus, quàm cadavera ſic relicta, &c. Sed nolo tamen legibus Magiſtratuum quicquam derogare. Quamvis lex illa divina videatur diverſum præcipere. *Deuter. c. 21. v. 22.*

Bidenbach. promptuar. exeq. l. 2. claſſ. 10. them. 7.

Deforme ſanè ſpectaculum cadaver Hominis tot annis in cruce ſuſpenſum, & aſpectui prætereuntium expoſitum intueri: imò dedecus prorſus, excellentiam Hominis, ac dignitatem, quâ præ omnibus aliis creaturis ornatus eſt, tàm fœdè deturpari, ſepulchra generi humano deſtinata, in reſurrectionis pignus & ſymbolum. Interim tamen prodeſt, creſcentibus delictis, acuere ſupplicium.

Herrenſchmidt fabric. cruc. medit. 10. f. 236.

XVII.

Princeps quidam medius crepuit.

Melchior Dux Brunſuicenſis, Frater Othonis Neapolitani Regis, ex Tranſylvanis Ducibus Epiſcopus factus Zuuerinenſis, medone venenato Roſtochii hauſto, malè ſe habens, profectus in Butzova arcem,

cruciatu agitatus, fragis ad refrigerium magna copia ingeſtis, intumuit, crepuitque medius.

Crantz. lib. & c. 9. Vandal. Schenck. obſ. l. 7. obſerv. 156.

XVIII.

Arrii mors miſera, deteſtanda, damnanda.

Cùm Arrius Conſtantinopoli in Eccleſiæ communionem recipiendus eſſet, Alexander ejus urbis Epiſcopus, tota nocte templo proſtratus oravit Deum, ut Eccleſiam præſenti periculo liberaret, de Arrio blaſphemiarum pœnas repoſceret. Poſtridie Arrius, magna ſuorum caterva in templum deductus, *(a)* in via cum ventre perurgeretur (ſive naturalis exonerationis neceſſitate, ſive timore ex conſcientia ſceleris exorto, cujus vi laxari ſolet alvus) divertens ad latrinas publicas, quæ pone forum Conſtantini erant, ibi medius crepuit, effundens unà cum excrementis viſcera omnia, *(b)* & inteſtina, impuramque animam, ſortitus fædum, ſuaque impietate dignum exitum *(c)* quam rem geſtam, cùm Athanaſius, tùm alii Græci pariter ac Latini Scriptores affirmant. *(d)* Anno Chr. 336.

a. c) *Theodor. l. 1. c. 14. Socrates l. 1. c. 37. & 39. Sozomenus l. 2. c. 29.* b. d) *Baronius Ann. 336. n. 8. Beſold. ſynopſ. hiſtor. univerſ. p. 188.*

XIX.

Pilo ſuffocatus.

Fabius Senator prætorius, hauſto in lacte pilo, præcluſo ſpiritu animam egit. Adeò parvâre, homi-

minis perſæpè mors conſtat, qui ſuperbè agendo, per amentiam, Deo ſe nonnunquam æquare contendit.

Fulgoſ. l. 9. c. 12. ex Plin. l. & c. 7.

XX.

Vvæ acino quidam ſuffocatus.

Filius cujuſdam Manilii dicti, ex caſtro Bozili, cùm uvæ acerbæ grana avidè ingurgitaret, ſuperveniente matre & eum objurgante, ex illius improviſo & inexſpectato adventu perculſus puer, granū, quod jam in os indiderat, dum feſtinanter devorare ſatagit, fortè in aſperam arteriam delabitur, ita cum nullo auxilio ſublevari poſſet, miſellam animam exhalavit, ſuffocatus.

Dom. Marcellus l. 3. hiſt. med. mirab. c. 7.

XXI.

Piſciculo ſuffocatus.

Puer annorum circiter V. vel VI. Arenbergæ, quod eſt Epiſcopatus Aichſtadienſis oppidum, cum fortè fortuna matri piſciculos ad cocturā præparanti adeſſet, & clam unum ex illis ori inſeruiſſet: factum, ut ille fauces præcludendo, ſpiritum animæque meatum interciperet, ex quo miſellus puer, ſuffocatione exanimatus, interiit, magno parentum & inopinato luctu. A. 1578.

Schenck. l. 2. obſ. 14. fol. mihi 28.

XXII.

Attila Hunnorum Rex Haimopota, proprio ſanguine perit.

Attila Huñorum Rex, qui ſe flagellum Dei voca-

re

re ſolebat ab Italia digrediens, Honoriam Valentiniani Principis ſororē ſibi dari, cùm rogaſſet, nec impetraſſet, in terram ſuam cum indignatione, puellam ſibi ſpecioſiſſimam copulavit. Primâ infauſtarum nuptiarum nocte, cum nimio vino, ciboque preſſus dormiret, manante è naſo ſanguine, & per os guttur petente, prius enectus eſt, quam quiſpiam rem illam præſentiret. JuſtoDei judicio id factum arbitror, ut qui ſemper humanum ſanguinem ſitiverat, proprio quoque ſanguine ſuffocatus interiret. Hic fuit exitus hominis, qui ſtellas armis territare ſibi videbatur. An. ætatis 56. Chriſti 454.

Armis invictus, victus amore fuit.

Otho Friſingenſ. l. 2. c. 21. Campofulg. l. 9. c. 12. Buchholtz. indic. Chron. fol. mihi 251.

XXIII.

Miſeriæ humanæ cum prærogativis animantium, collatio.

I.

Hominis animalium ſuperbiſſimi, exilis origo. Nullum animal, tàm tardè formatur, perficitur, naſcitur, quàm (miſer) Homo. Equam ſi intuearis, ea, dum utero gravis eſt, ſi opus ſit, iter facit, onera geſtat, terram verſat, arat, currit, pugnat, omnique agriculturæ exercitio fungitur, ut non minori ſit uſui gravida, quam cùm prægnans non eſt. At in fœmina Principe vel illuſtri contrarium evenit, quæ prægnationis tempore, ambulando defatigatur, in lecto jacendo delaſſatur; in ſtratis volutatur; parùm comedit; quod edit evomit; quod utile eſt averſatur; quod

quod noxium eſt, appetitu abſurdo concupiſcit: in ſumma fœmina gravida nulla re delectatur, & ipſa ſibi faſtidio eſt atque oneri.

Vide Plin. l. 7. c. 15. Macrob. l. 1. ſomn. 6.

Nihil æquè miſerum, deſtitutumque, naſcendi conditio produxit, quàm hominem. *Sidon.*

XXIV.

Nativitas periculoſa.

II.

Cum autem Matribus, prægnationis tempore oneri, faſtidioque ſimus: tantum abeſt, ut partus horam ſecuram ipſis concedamus, ut non parùm ipſis attrahamus periculi. O infamem hominum conditionem! Animantes quando naſcuntur, ſine interitu naſcuntur matrum: at homines miſeri, antequam videntur nati, faſtidio, dolorique ſunt: ipſo verò partus tempore, & ſibi & matribus periculum creant, quod inde manifeſtum, quod quem apparatum, vir moriturus facit, ad eundem faciendum fœmina paritura adſtringitur.

O neceſſitas abjecta naſcendi, vivendi miſera, dura moriendi. *Sidon.*

Vitæ auſpicium à ſuppliciis. *vide quæ ſcripſi cent. 11. part. 23.*

XXV.

Rationis & ſenſuum uſus nullus.

III.

Brutum, cum ex utero elapſum excidit, ſi minus patrem, à quo procreatum eſt, at matrem ſaltem agno-

gnoſcit, ex qua natum eſt, quod inde evidens, quia ſi genitrix lac habet, mox ſoboles ex uberibus ejus pendet: ſin eo caret, (quemadmodum in pullis gallinarum & reliquis avibus) veſtigia illius ſequitur, & ſub alas illius ſeſe abdit. In homine tantum abeſt, ut idem fiat, ut die, quo naſcitur, nec patrem, à quo procreatus, nec matrem, à qua ſuſceptus eſt, agnoſcat; imò nec oculis videre, auribus audire, guſtu diſcernere poteſt, nec quid tactus ſit intelligit, neque odoratus ſenſu uti novit; ſed cum ad ipſum dominium pertineat, in omnes res conditas, præ cunctis tamen inhabilem ad omnia, videmus naſci.

XXVI.

Alimentorum neceſſariorum ignoratio.

IV.

Animal quantumvis puſillum, matris ubera lactis, aut campos pabuli gratia quærit, aut è fimeto cibum eruit, aut fontes & flumina potandi gratia adit; idque non temporis progreſſu, ab alio animali edoctum diſcit, ſed mox, ſimul atque natum eſt, quæ neceſſaria ſunt, novit. Non ita felix Homo naſcitur, qui edere, bibere, ambulare, ſe veſtire, poſcere, queri neſcit, & quod majus, vix appetere lactis alimentum novit aut vult. Non rarò enim, cum matres etiam ſanguinem è viſceribus ſuum, ſi fieri poſſet, dare filiis vellent, impetrare ab iis nequeunt, ut lac tantùm ex uberibus ſuis ſugant. O miſeriam ingentem humanæ naturæ! Bruta recens nata internoſcere alia ab aliis poſſunt, & quæſitum eunt, &

in-

ſtinctu naturali, quod utile ipſis eſt, ad vitam conſervandam eligunt: at miſer Homo, tantum abeſt, ut quærere valeat, ut ultrò etiam oblatum non agnoſcat.

Diu infans, mox puer, tardè Homo. Tertul.

XXVII.

Nuditas.

V.

Singulis animantibus tegumenta Natura dedit, quò facilius poſſent calorem æſtivum & frigus hibernum ſuſtinere. Ovibus enim lanam, avibus plumam, porcis ſetas, equis pilos, Urſis villos, piſcibus ſquamas, & teſtudini conchas (& involucra) dedit. Quid multis opus eſt? nullum animal neceſſitate adſtringitur, vel manibus veſtem ſibi conficiendi, vel alienis ſe velandi opibus. Hæc verò omnia Homo deſiderat, qui nudus & naſcitur & moritur, ne unicam quidem ſecum veſtem, vel afferens, vel auferens, & ſi vita progrediente, veſte alia vult uti, ab animalibus pelles, lanamque petat, in iisq; operam & induſtriam exerceat, neceſſe eſt.

Libet interrogare Principes & Megiſtanes, quando naſcuntur, ecquid ſecum indumenti afferant, & quando moriuntur, nunquid de theſauris ſecum auferant? nihil verò minus: ſed uno eodemque modo, divites juxta ac pauperes, imi, primique & oriuntur & moriuntur. Etſi enim in hac vita, ratione ſtatus, diſcrimen aliquod inter homines fortuna facit, ortus tamen & mortis tempore natura omnes exæquat.

Excutit redeuntem natura, ſicut intrantem. Non licet plus efferre, quàm intuleris. *Seneca.*

vide

vide Hiob c. 1. v. 21. Ecclesiaſt. c. 5. v. 14. Paul. 1. ad Timoth. c. 6. v. 7. Sapient. 7. v. 6.

Talis hinc exis, qualis veniſti. Ambroſ.

XXVIII.

Labor in parandis alimentis.

VI.

Quid dicam; quòd Natura non ſolùm veſtitu inſtruxit animantes, ſed alimenti etiam cura liberavit? Nullum enim animal ſibi arat, putat, ſeminat; ſed exiguo contenta, alia muſcis aëris, alia viarum granis, alia camporum graminibus, alia, (lumbricis, vermiculis) formicis terræ, alia alga aquæ, alia oſſibus ſterquiliniorum, alia radicibus plantarum, alia pomis cadivis, vitam tolerant, in ſumma, perinde curarum omnium expertes, ſomno ſedant animantes, ac ſi poſtero die non opus futurum eſſet, ut ederent. O quanto miſerum hominem beneficio Deus affeciſſet, ſi laborem illi, ſeſe veſtiendi & curam quærendi nutrimenti ademiſſet? ſed quid faciat miſer Homo? qui priusquam edat, agrum aratro proſcindere, iterare, ſeminare, rigare, metere, triturare, eventilare, molere, farinario cribro cernere, ſubigere & coquere cogitur, quorum nihil ſine mentis cura provideri, ſine proprio (corporis) ſudore confieri poteſt: & ut maximè hâc in parte, ſudore quis ureretur alieno, de peccatis tamen comederet propriis.

XXIX.

Luxuria terrarum mariſque vaſtatrix.

VII.

Animantes ea, quæ comedunt, & aquam, quam bibunt, neque utrum tempeſtiva ſunt, laborant, neque

ſi in-

ſi ingrata guſtu ſint, dolent, ſed qualia Natura producere voluit, talibus ſuaviſſimè veſcuntur. Qua in re, ſi ad animantium exemplum ſeſe conformarent homines, damni nihil facerent. Sed multis eheu! ventri gulæque deditis, neque ad veſtitum quicquam deeſt, & ad victum multa ſuperſunt, qui tamen eo non contenti, adeò in appetenda epularum varietate delicati, adeò in exquiſitis ciborum lauticiis Epicurei ſunt, ut pluris interdum apparandi ſolicitudo, quàm parandi congerendique labor & ſumtus conſtet.

XXX.

Vtilium & noxiorum ignoratio.

VIII.

Animalia è materno utero, vel quoquo modo effuſa, intellectum habent aut ſalutaris, aut mortiferæ rei. Sic lupum agnus, catus canem, felem mus, milvum pullus gallinaceus fugit: ut vix dum apertis oculis ſtatim agnoſcant animantes & amicos, quos ſequantur, & hoſtes, quos devitent, quæ prærogativa tàm eximia miſero homini planè denegata eſt. Multi enim in mundo homines fuerunt, beſtiis deteriores, qui non modò nihil eorũ, quæ noſſe ipſos, cum naſcerentur, oportuerat, adepti ſunt: ſed cum ea ipſa, in qua vixerunt, ignorantiâ & ruditate, mortui ſunt. O nos miſeros, quotquot in lucem prodimus vitalem, qui nec quid nobis noxium, quid comedendum, à quo abſtinendum, quid odio habendum ſit, intelligimus, nec in eo, quod amandum eſt, ſcopum aſſequimur, aut quibus nos credere, vel à quibus cavere nobis debeamus, internoſcimus, nec quid eligendum, quid repudiandum, (abjiciendumque) ſit,

diſcernimus. Imò non raró, ubi vadum nos arbitramur tutiſſimum tranſituros, vix tres paſſus progreſſi, pelago abſorbemur.

XXXI.

Armorum nativorum penuria.

IX.

Cum animantibus arma dedit Natura, quibus tùm ſe tuerentur, tùm hoſtes læderent. Dedit enim teſtudinibus teſtas, avibus alas, cervis pedes leves, elephantis proboſcides, ſerpentibus ſquamas & venenum (*a*) aquilis ungues, falconibus roſtra, leonibus dentes, tauris cornua, urſis robur, vulpibus denique ſagacitatem latibula quærendi, & piſcibus pinnas, quibus natarent. At cum ſatis ſuperque miſeri homines inimicorum habeant, tantùm abeſt, ut potiore in hoc, quam in ſuperioribus illis conditione ſint, ut ab animantibus, quod ſine lachrymis vix referri poteſt, ad obſequium hominis conditis, maximè nunc infeſtentur homines & vexentur.

Quod ne temerè affirmare videamur, cogitet quisque ſecum, quantum in vita ex animantibus mali nobis ſit, dum Leones nos perterrefaciunt, Urſi dilaniant, Lupi deprædantur, Canes mordent, feles unguibus lacerant, ſerpentes veneno inficiunt, Tauri cornibus petunt, aves (avolant &) nobis immorigeræ ſunt, mures nos inquietant, aranei moleſtant, & quod omnium indigniſſimum, Culex ſanguinem nobis interdiu exorbet, (*b*) & Pulex ſomnũ noctu interturbat. Et quænam major cogitari poteſt quàm hominis egeſtas atque inopia? qui ad vitam hanc ærumnoſam ſuſten-

ſuſtentandam, quicquid opus eſt, inter animantes mendicare cogitur, dum jumentorum opera in convehendis lignis, aggerendâ aquâ, faciendo itinere, vineis colendis, frumentis importandis utitur.

a) *Hæc egregiè refellit Lactant. de opif. Dei 2. & 3. c. Seneca l. 2. de benef. c. 29. Roder. à Caſtro. l. 4. de univ. mul. nat. c. 7.* b) *Culicem armavit natura in noſtram injuriam: animal exiguum & frequens, adeò ut vix juxta aquas commodè liceat habitare. Robuſta promuſcide, ut natura Elephantem meditari, dum hoc generat animal, videatur: terebrat humanam carnem, hauriens ſanguinem, acri dolore, denique bombo egregio, ſomnos diſturbat, æſtivis noctibus, ut nihil ſit odioſius. Nec obiter ferit, ut muſcæ, quæ paſſim omnes impetunt, ſed deligit, quos feriat, nam ſolum ſanguine dulci gaudet. Cardan. de ſubtil. l. 9. p. 510.*

Suſtine ſi potes, lectuli & tegetis tuæ beſtias, muſcæ ſpiculum, culicis & lanceam & tubam, Tertul. Homo enim cum benè lacertos exercuit, cujuslibet feræ pabulum, cujuslibet victima. Seneca.

XXXII.

Luctûs abſentia.

X.

Quid? quòd animantes lignis oneratæ, flagris conciſæ, per vias aſperrimas adactæ, pabulo defraudatæ, ſobole orbatæ, nullam ex his omnibus triſtitiam, (ægritudinem ue) præ ſe ferunt; multò minus verò lachrymantur, & ut maximè flere vellent, non poſſunt. Animantes enim cùm parvi æſtiment naſci, longè minoris æſtimant mori: at in hominibus mi-

ſellis atque ærumnoſis aliter fit,qui nihil norunt, niſi deplorare amicorum ingratitudinem, inimicorum perſecutionem; liberorum mortem; penuriam alimentorum: caſus, quos experiuntur adverſos: falſa quibus onerantur, teſtimonia: mille, quæ animo inſident, ægritudines: in ſumma, maximi nonnunquam ſolatii, quo in vita homines utuntur, loco eſt, quòd oculos, velut aquarum rivos faciunt.

XXXIII

Artium ignoratio.

X I.

Quæramus nunc ex Principibus & Dynaſtis, quid artis, eo, quo naſcuntur die norint? an more Oratorum dicere; Curſorum ambulare; Regum gubernare; Equitum pugnare; Agricolarum arare; aurificum operari; magiſtrorum docere poſſint? reſpondebunt ſcilicet infantuli, non ſolùm omnium, de quibus, quæſivimus ignaros ſe eſſe, ſed & dicere non poſſe, nil eorum ſeſe noſſe. Si porro inſtemus, quid ergo ſciant, & nihil eorum, de quibus quærimus, norint: nihil ſeſe noſſe reſpondebunt, præterquam FLETUM, dum naſcuntur, ſeſe explere. Gaudeant eia & lætentur, quicunque mare tàm periculoſum navigant & ſomnum, ſi placet, jucundum dormiant, quaſi adverſitatis venti planè ſileant. Ergo verò niſi fallor & mundi hujus planè rudis ſum, quos nativitatis momento cum FLETU vidimus navem conſcendere, vix futurum arbitror, ut ad littus ſepulturæ ridentes appellant. O infelicem vi-

tam? quid vitam dico? cum Mors potius dicenda ſit, quam pro vita mortales habent, in qua omnes ſcientiæ, omnes artes, omnia opificia, longo indigent, ad diſcendum tempore, & cum optimè cadit, plura ſunt, quæ omittimus, quàm quæ diſcimus; & eorum, quæ diſcimus maximam partem obliviſcimur, ſolam FLENDI artem non opus eſt, ut quisquam diſcat, ſiquidem FLENTES & naſcimur & vivimus, & in hunc diem neminem vidimus ridentem mori.

Infans nihil aliud poteſt, quam conditionis ſuæ fragilitatem ploratu ominari. Lactantius.

Non aliud Natura ſponte Homo ſcit, quàm flere. Plin.

Procellas mundi, quas ingrediatur, in exordio ſtatim, ſuo ploratu rudis anima teſtatur. Cyprian.

Hominem tantummodo nudum & in nudam humum, natali die abjicit Natura, ad vagitus ſtatim & ploratum, nullumque tot animalium, aliud ad lachrymas & protinus vitæ principio. Panſa partic. theor. ſpec. de prær. vitæ cap. 10.

Lucretius:

Tum porrò puer, ut ſævis projectus ab undis
Navita, nudus, humi jacet infans, indigus omni
Vitali auxilio, cum primùm in luminis oras
Nixibus ex alvo matris natura profundit:
Vagituq; locum lugubri complet, ut æquum eſt:
Cui tantum in vita reſtet tranſire laborum.

In ærumnas miſeriasq; ingredientes, quid aſpicimus hilare? quâ re potius non offendimur? quod primus ille naſcentium infantium vagitus & ejulatus ſatis declarat, tributus enim eſt, ab optima parente Natura, quæ nihil inane ſolet efferre, ac potius iis rebus quas efficit,

admiranda ſemper edit, velpietatis, vel juſtitiæ, vel prudentiæ documenta. Cicero de minu. luctus,] fol. mihi 20.

Quæ vitæ pars non eſt plena moleſtiarum? nonne à primo ortu Infans plorat, & à moleſtiis vitam auſpicatur? Æſchines in Axiocho.

Ploratus Infantum cauſam ſapientum plerîq; perquiſiverunt: & alii cœleſtium orbium motiones, quibus tenella corpuſcula commoveantur. Soranus Epheſius c. 17. cauſam dicit, quòd inſuetam tangit terram, & tenellus ſpiritus à luce concutitur; alii & hoc addunt, quòd à lumine exterretur, non, ut quidam ajunt, quòd anima cœleſtium regionum extorris, terrenum corpus prius inhabitet, atq; ideo flere infantes cogantur: alii terræ revolutiones cauſam ridiculè crediderunt, hinc putabant, eos qui in noctibus naſcuntur, non plorare, cujus contrarium quotidiana experientia teſtimonio comprobatur: eſt enim infantium naſcentium ejulatus potiſſima cauſa, ambientis aëris alteratio, diverſa ab ea, quæ intra uterum afficiebatur; adjuvat cohibitus ſpiritus, propter quem vox, quam intra uterum nullam infans adhuc emiſerat, majori impetu prorumpit. Roder. à Caſtro, de natur. mul. libr. 4 cap. 7.

vide cent. 11. part. 23. cent. 14. part. 68. & ſeq.

XXXIV.

Malitia hominum.

XII.

Animantes, quas naſcentes ſecum afferunt inclinationes, eaſdem in vitâ & ad mortem uſque retinent. Lupus enim oves, non apes; falco lepores, non mures; araneus muſcas, non aviculas; accipiter avi-

aviculas non piſces perſequitur: in ſumma, ſi animal in victu quærendo non impediatur, nullâ in re videmus illud exorbitare. Contrarium in hominibus accidit, quos etſi Natura imbecilles creavit, non tamen Creatoris voluntas eſt, ut malicioſi ſint. Illi verò, proh dolor! imbecillitatē non fugientes malitiam amplectuntur; gloriam, ex probitatis conſcientia capiendam, in ſuperbiam; innocentiæ deſiderium in invidiam; ardorem, quo contra malitiam incitari debeant, in iram; liberalitatem, quâ erga bonos uti debebant, in avaritiam; edendi neceſſitatem, in luxuriam; vigilantiam, quâ animæ, (conſcientiæque) conſulere debebant, in deſidiam (ſive acediam) mutant. Conſiderata bruti innocentia, & hominis improbi malitia, longè minus mala eſt brutorum ſocietas, quàm hominum converſatio. Quippe cum animante ſi res ſit, unum eſt, quod caveas: at cum homine, ſi ſit commercium, vix unum eſt, in quo tutò ipſi poſſis fidere.

Hæc Anton. de Guevara in horol. PP. l. 3. c. 36. ſed vide, quæ ſcripſi, cent. 1. part. 99. cent. 11. part. 24. & cent. 14. part. 35. & ſeqq.

XXXV.

Vita Hominis quid?

Vita Hominis definitur eſſe ἐνέργεια ψυχῆς ζωματικὴ functio nimirum ipſius animæ, per corpus tanquam per inſtrumentum obiri ſolita. Adeoque ut totus Homo vivat, attamen reſpectu partium, Anima eſt τὸ ἐνεργοῦν, corpus verò eſt τὸ ἐνεργούμενον. Sic Ariſtoteles Animam eſſe ait, quæ videat: oculum id

quo videt. Simili declaremus candelæ ardentis, candela corpus, Flamma eſt ipſa anima. Candela ellychnio conſtat ſicco & ſevo humido. Corpus pariter & ſolida ſubſtantia & fluida, quibus utriſque, ſpirituoſa quoquè ineſt. Ellychnii corpus facilè vel difficulter reſolubile, radicalis calidi & humidi ſeminalis nota eſt. Sevo vero aſſimilatur humidum duplex: alterum inhærens ipſis partibus jam inde à prima conformatione & nutritione, ex ſanguine menſtruo, inſtar ellychnii in ſevo aliquantum macerati, alterum influens à partibus principibus inſtar ſævi, per calorem eliquati & ellychnio affluentis.

Th. Zvving. l. 2. phyſiol. c. 46.
vide cent. 2. part. 1.

Vita humana ſive rationalis eſt naturalis inexiſtentia humanæ animæ, in corpore noſtro; mediante calore naturali, Fortunius Licetus l. 2. de vita, c. 24.

XXXVI.

Vita in quo conſiſtat?

Vita conſiſtit in calore, (*a*) tanquâm in proximo animæ inſtrumento, cujus beneficio omnium animantium functiones obeuntur, tanquam in quodam corporis & animæ vinculo, eò, quòd animalia vivunt, calida eſſe deprehenduntur, mortua frigida: in humido verò conſiſtit eadem, quatenus humidum caloris pabulum, proximumque ſubjectum eſt, non aliter atque oleum, quod in ellychnio eſt flammæ pabulum. (*b*)

a) *Calor nativus dupliciter conſideratur: vel quatenus in Corde tanquam vitæ principio reſidet, ex eoq; omnibus reli-*

reliquis partibus corporis humani, vita ſuſtentandæ cauſa communicatur: vel quatenus à prima generatione cuilibet parti implantatus eſt, qui per illum influentem conſervatur. Horſtius de natur. conſerv. cadav. fol. 16. Ἔμφυτ@ *calor duplex eſt: unus* ζύμφυτ@ *implantatus & fixus in ſolidis: alter* ἐπίῤῥυτ@ *influens à corde. Uterq; appellatur* ἀρχήγον@ *ſeu* ἀρχαιόγον@, *quia ab initio generationis affluit, imò à prima creatione per ſemen, in ſingulis animantium ſpeciebus propagatur. Viſcer. in explic. aph. 4. l. 1. Hippocr.* b) *Bartholin. l. & c. 8. phyſ. Zwing. l. 2. phyſiol. cap. 2. Licetus de vita, l. 2. c. 11.*

XXXVII.

Vita hominis quare perpetuari nequit?

Vita noſtra quare caduca? an ob caloris nativi impotentiam? eſt enim hic finitæ virtutis, & repatitur agendo, cum ſit agens phyſicum & uſu paulatim atterendum? an ob humoris primigenii privationem? dum enim calor ſibi & toti proſpiciens, humorem iſtum abſumit, præter inſtitutum, & quaſi ex accidenti ruit ad interitum. Accedit, quod quicquid in locum humoris arte ſufficitur, id operâ caloris transmutare neceſſe ſit, qui cum uſu & diuturnitate temporis alteretur, ἀδύνατον videbitur, ſi æqualem & eundem ſubrogare poſſit, hoc eſt, nectar vivificum, non dilutum & aquoſum.

Ruland. l. 2. probl. 262.

Ante diluvium quare homines longævi, vide centur. 7. part. 33. D. Hunnius in comm. in cap. 5. Geneſ. fol. 145.

XXXVIII.

Vita humana araneæ ſimilis.

Vitam ſic texit Natura, ut Aranea telam,
Longus, at in lapſum pronus uterq; labor. (*a*)

Sicut Aranea ex ſubſtantia ſua texit telam, ita ut interdum immoriatur in ipſo opere, unde multæ reperiuntur in nidis: ita quoque homines plerique omnes, in hac vita occupati ſunt, in colligendis divitiis, & huic rei inſumunt, non tantum omne tempus, verum etiam omnes vires corporis, ut videamus multos, ejusmodi immodicis laboribus ſibimetipſis mortem accerſere. Et ſicut aranea magnam adhibet diligentiam, & tamen operis ipſius nulla eſt utilitas: ita homines in hac vita, non curant ſpiritualia, ſed alia, quorum nullus eſt uſus, præſertim ad alteram vitam. (*b*)

a) *Audoen. l. 3. epigram. 63. ad Roger. Audeon. Pſalm. 90. v. 10. Eſa. c. 59. v. 5. & ſeqq.* b) *Franzius de hiſt. anim. fol. 868.*

XXXIX.

Vitæ humanæ vanitas.

Tu, quæ in hoc vaſto mundi deſerto, ſuperſtiti miſero mortali, mihi ſupereſ; ſeu mortua vita, ſeu viva mors, cum vera, viva, æterna vita, volente Deo, commutanda, quantillum recreationis mihi porrò concedes? quantum forſitan illudes? neque enim tibi amplius fido; ô humana! ô mundana! ô vana vita! quæ (ut ex Scaligeri pectore gemitus ſimul emittam meos.)

In-

Incerta, caduca, peruſta ignibus furorum,
In falſa patria hoſpes & exul à teipſa
Sentina malorum, miſerabilis cloaca,
Infida, rebellis tibi, ſerva pravitatis
Tardis laqueus, ſubitis flamma, foſſa cœcis:
Tu delicium carceris & carceris ilex
Deſultoria fabula, ſomnium ebrioſum:
Non vita. Quid auſim, fera, te dicere vitam?
Quid me hic fallis inepta? quid & teipſa ludis?
Tu Mors potius, Mors potius vocanda. Nempe
Nos mors liberat: at facis eſſe morte dignos,
Vita altera, vita aurea; vita vera vita
Adverſarius ubi nullus, dolor laborve.
Roſenberg. rhodol. l. 1. c. 14. p. 133.

Noſtra quæ dicitur vita, Mors eſt: nec unquam vivit animus, niſi compage ſolutus corporis, liber æternitate potiatur. *Cicero de conſolat. p. 18.*

XL.

Miſeria Hominis unde?

Invidiâ diaboli, (ô ærumnæ!) mors introivit in orbem terrarum, & ob peccatum, omnis in unum redundavit Hominem miſeria, *(a)* ita ut eum, animalium quaſi miſerrimum eſſe, Sapientum plurimi animadverterint: Et ſanè Poëta rectiſſimè cecinit:

Quid niſi fator Homo eſt? fator is inter in alvo
Gignitur & latitat, (b) tenerè fatente faviſſa
Eruitur fatens, fatores ejicit ex ſe;
Corpus inane anima, tandem fatore maligno
A ſe abigit cunctos & cum fatore ſepulchro
Fatenti infertur. (c)

a) Sa-

a) Sapient. cap. 2. verſ. 24. b) *En qui ſuperbis homuncio, terra & cinis, inter excrementa natus? Columb. l. 11. anatom. cap. 16. Bartolin. inſtitut. anat. lib. 1. cap. 28. Knobloch. diſput. anat. 8. C. iij. a. hoc videlicet in gremio, hoc eſt, inter ſtercora & urinam, ſuperbiſſimum hoc animal, Homo gignitur. Heurn. in proœm. l. de morb. mulier. Colligas hinc ſplendidiſſimum, prima noſtra habitationis domicilium, ut qui ex fragili & peritura materia, inter ſtercus & urinam nati ſumus & in pulverem rediture.*

(Ex terra corpus nobis, & rurſus in illam
Solvimur, ac pulvis ſumus —— inquit Phocides.)

quare qui ſuperbimus, Plinii dictum ſedulo perpendentes, inquientis: heu dementem jam ab his initiis exiſtimantiũ ad ſuperbiam ſe genitos. Bauhin. lib. 1. theat. anat. cap. 37. Rod. à Caſtro lib. 1. de mul. nat. cap. 2. & l. 2. b. cap. 1. vid. quæ ſcripſi, vernaculâ linguâ, de cura gravid. & puerp. C. ij. a. Non erubeſcis terrea ſtatua, mox pulvis futura, qui in bulla modum, brevi duraturum in te tumorem contines, te ſuperbia repleri, faſtuque tumere? vano ſpiritu atque cogitatione, mentem inflatam habere? an non reſpicis, ad utrumque vitæ humanæ terminum, unde & initium ſumat & in quid deſinat? Gregor. Nyſſen. l. de beatitud. c) *Rimmelin. epil. catropt microcoſm. p. 27.* Würm / Geſtanck / Fäulnus / Verweſung / Koth und Unflat / gehören mit / in unſer Stammlinien. *D. Cramer. comment. ad verſ. 14. c. 17. Hiob.*

Vide centur. 11. part. 3.

XLI.

Digitized by Google

XLI.

Anguis ex medulla ſpinæ cadaveris humani, naſcitur.

In illuſtri Germaniæ loco, monumentum cujuſdam nobilis adoleſcentis, in gentilitio ſacello ſepulti, ſæpiſſimè vidi, qui vivens dicebatur omnium ſuæ ætatis fuiſſe pulcherrimus. Quumque in florenti ætate, in lethalem morbum incidiſſet, à propinquis ſuis exorari non potuit, ut ſuam effigiem poſteritati, vel depictam, vel ſculptam relinqueret, tantùm hoc precibus illorum conceſſit, ut poſtquam terræ mandatus eſſet, pluſculos poſt dies ſepulchrum ſuum aperirent, & quâ formâ cadaver ſuum invenirent, ita depingi curarent. Hoc quum factum eſſet, invenerunt faciem ejus ſemiconſumptam à vermibus, & plures ſerpentes circa diaphragma & ſpinam dorſi extantes. Juſſerunt igitur ejus effigiem, ſicut invenerant, lapidi incidi, quod monumentum adhuc, in loco illo, inter armatas majorum & gentilium ſtatuas conſpicitur.

Camerar. lib. 1. oper. ſucc. c. 11.

Ovid. lib. 15. Metamorph.

Sunt qui cum clauſo putrefacta eſt ſpina ſepulchro,
Mutari credant humanas angue medullas.

Anguem ex medulla hominis ſpinæ gigni accepimus à multis. Plerique enim occulta & cæca origine proveniunt, etiam in quadrupedum genere. Plinius libr. 10. cap. 66. Ex putrefacto bovis cadavere apes: equi veſpæ; (crabrones, à cabo, id eſt, caballo, quod ex eo creentur. Porta lib. 2. mag. nat. c. 2.) aſini ſcarabæi: in humano autem corpore, ex confluente ſanie, quæ circa medullam eſt, [illegible]

[illegible]

XLIII.

Mors quid?

Mors quid ſit rogitas? ſi ſcirem mortuus eſſem,
Ad me cùm fuero mortuus, ergò veni:

Audoen. libr. 1. epigram. ad D. Mar. Neville 101.

XLIV.

Mortis æquitas.

Flumina fluminibus diſtant. Sic nos quoque nobis
Dum ſumus in vita nos, fluviique viâ.
Ingreſſi pelagum ſapor omnibus omnibus idem,
Mors omnes homines æquat, ut æquor aquas.

Idem libr. 1. epigram. ad Henricum Principem VVall. 80.

XLV.

Mors quando optima?

Optima tunc mors eſt, cùm vita eſt criminis expers,
Mors felix vita eſt, cum tibi cara magis.

Idem in monoſt. ethic. & polit. 14.

XLVI.

Modus, quo Mors ingruit.

Homo, cujus cuncti dies doloribus & ærumnis pleni, & qui per noctem non requieſcit ſolus, *(a)* Fortunæ ludibrium eſt, & ejus globulum, ſine ſede, incertè vagantem, imitatur; nonne animo & corpore inconſtans, utriusque morborum inſultus, undiquaque illatorum ſufferens, nec legitimum, mente ſana, in corpore ſemper ſano, vitæ terminum adipiſcens? nonne mutabilis Homo, & in hac fragilitate, ob primor-

mordiorum caducitatem mortalis? nam calor nativus, ſeu ſpiritus inſitus, indies primogenium ſeu radicale humidum depaſcendo, ætatis tandem decurſu & inclinatione, illud tanquam pabulum, ex toto abſumit, corpusque exſiccat: & quanquam in abſumpti humidi locum ſemper quid reponatur, tamen id multò fit deterius, & ſe ut aqua ad vinum, quod ejus permixtione magis, magisque debilitatur & tandem omnino aqueum redditur, habeat, neceſſum ut hic calor, qui vitæ, etiam interitûs ſit cauſa. Dum enim calor inſtar flam̃æ in lychno oleum abſumentis, humidum conficit, ſanè deficiente eo, ipſe extinguitur, ac cui ſeſe ut ſuſtentet, amplius nihil ſuppeditatur, ut inde & Mortem, quæ nil aliud, quam caloris extinctio eſt, *(b)* obrepere videamus. *(c)*

a) *Eccleſiaſt. cap. 2. verſ. 23.* b) *Galenus libr. 2. de temperant.* c) *Rimmelin epilog. catopt. microcoſm. p. 27. Melanth. de anima. fol. mihi 154. b. Cæl. Rhodig. libr. 21. antiq. lect. c. 4. Minderer. thren. med. c. 22. Heurn. de cap. affect. c. 2.*

Vide centur. 11. part. 8.

XLVII.

Anatomia Mortis.

Quemadmodum æthereus, vitaliſque ſpiritus rerum, qui in earum cœleſti quinta eſſentia poſitus eſt, rector moderator ac conſervator vitæ, ſtatuſque earum eſt: ſic alii ſunt impuriores & corruptiores, ab excrementis rerum & earum proprietatib. prodeuntes, qui variis modis vitales illos ſpiritus aggrediuntur & impetunt, Mortemque tandem inferunt, cui ob peccatum Homo, vitâ perpetuâ, quam ab in-

inſpiratione divini flatus ante lapſum obtinuerat, ſpoliatus, factus eſt obnoxius: terra etiam, ex ejus culpa, maledictione divina, ita diris omnibus devota, ut nihil ſit in rerum natura, quod Mortis aculeos devitet & effugiat. Quæ quidem Mors, nil niſi ſeparatio, divulſio & conſumptio ſpiritus iſtius & radicalis vitæ balſami eſt, à quo ſolo anima cum corpore colligatur & perſtat. Hoc enim deficiente, conſequitur corporis interitus. Quod utique videre eſt, in metallorum corruptionibus quum rubigine eroduntur: in fructibus cùm verminantur & arborum truncis carie putreſcentibus. Quæ quidem depravationes & corruptiones, membrorum Hominis ſphacelis & ſiderationibus reſpondent, ac æquipollent, quibus tamen paulatim enecantur, quòd in illis balſamus ejuſmodi putrefactus emoriatur. In hujusmodi autem corruptionibus, certiſſimis Mortis indicibus, deliteſcunt tamen alterius cujusdam vitæ ſeminaria, ex quibus varia vermium genera enaſcuntur in fructibus, arboribus & humanis corporibus, tàm intrinſecus, quàm extrinſecus. Quæ quidem, etſi à corruptione oriantur, cùm vitâ ſint prædita, aliunde, quàm ex vitalibus ſpiritibus procreari nequeunt: qui utcunque ſint ſpiritus, parentum tamen ſuorum impurorum & corruptorum naturam retinent, ut tandem putridos, exitiales ac peſtiferos fructus ſuæ naturæ proprios egerminent, debellato & extincto purioris vitæ & ſinceriorum fructuum balſamo.

Quercetan. tetrad. c. 10. fol. 105.

XLVIII.

Mors cur fiat in momento?

Mors animalium, propriè loquendo, non eſt motus,

tus, ſed ſolum mutatio, quam ob cauſam, non in tempore, ſed in momento ſolùm fieri debet. Idque meritò, nam cum per mortem ſubſtantialis forma è ſua materia, hoc eſt, anima è ſuo corpore pellatur, ideò neceſſarium eſt, hanc mutationem in momento fieri, quia alias forma eſſentialis ſecundum eſſentiam ſuam divideretur, & partim ineſſet, partim non ineſſet, eo modo, quo in aquæ calefactione, calor partim introducitur, partim introductus eſt, quod abſurdum videtur dextrè philoſophantibus, quia nulla forma eſſentialis magis & minus recipit. Antecedens facili negotio probatur: cum enim omne tempus ſit diviſibile, ideò ſequitur, ratione temporis illius in quo Mors fieret, ipſam animam partim ſeparatam eſſe, partim non ſeparatam.

Horſtius de conſerv. & cruent. cadav. p. 18.

XLIX

Quomodo Mors dicitur Naturalis, cum ſit corruptio viventis.

Mors eſt ſecundùm naturam, ratione naturæ univerſalis. 2. Mors relata ad id, quod proximè corrumpit, eſt etiam naturalis. Ignis corrumpit aquam ſecundùm ſuam naturam, etſi non ſecundùm naturam aquæ. 3. Mors reſpectu naturæ corruptæ, vel corrumpendæ, non eſt ſecundùm naturam, ſed contra naturam. 4. Mors eſt ſecundùm naturam, quia eſt ſecundùm intentionem naturæ agentis. Natura agit in corpus vivens, ut generet cadaver, ſed quia non poteſt illud aliud corpus generari, niſi prius præexiſtens corrumpatur, ergo corruptio finis eſt ſaltem

ſecundarius: ut illa mors ita naturalis dici poſſit. (*a*) Homini, ſi in integritatis ſtatu & nobilitate, in quâ primùm creatus fuerat, permanſiſſet, non fuiſſet moriendum. (*b*)

a) *Bartholin. l. 8. phyſ. c. 9.* b) *D. Hafenreff. loc. Theol. fol. mihi 777.*

L.

Mors quotuplex?

Mors alia naturalis, alia non naturalis.

Naturalis, quæ homini ſecundùm penſum vitæ ab Auctore Naturæ, tanquam ab Imperatore præſcriptum, cui vitæ vincula proportione paria ſunt attributa, contingit. Univerſalis enim natura in particularem naturam, cùm reliquam, tùm humanam præſertim agit, & quia in perpetua ζυγκρίσει & διακρίσει verſatur, ipſaque mutatione gaudet, ut generatio unius fiat corruptio alterius, &ècontra, vitalia principia homini inſita, quotidiè movet & ad ſuum fontem ſenſim redire compellit. Sed & ipſorum principiorum ea eſt conditio, ut calidum perpetuò agat in humidum. Quamdiu ergò principia illa interna, & motui cœleſti ſufficiunt, & juſtam proportionem retinent, vita adeſt; ſin minus, Mors naturalis, hoc eſt, naturæ hominis hujus conveniens ſupervenit, tanquam ſomnus.

Non naturalis, quæ homini huic citiùs, quam naturalis corruptionis neceſſitas exigebat, à cauſa non naturali, (hoc eſt, præter inſtitutum naturæ ſuæ) tanquam à Tyranno affertur: ſive jam cauſa illa clàm principia vitæ impetat, ſive apertè.

Hincque adeò Mors non naturalis, vel

Vio-

Violenta eſt, quando palàm, per viam manifeſtam fontes vitæ exhauriuntur, & vita veluti abrumpitur: vel

Non violenta, quando occultè & velut per dolum vita elicitur.

Zvvirg r. phyſiol. l. 2. c. 46. fol. 598.

Vide Gareaum, de judic. nativ. c. ult. pag. 300. H. à Lindhout, introd. in phyſ. judic. cap. 18. fol. 152.

Vna via eſt vitæ, moriendi mille figuræ,
Eſt benè: nam Mors eſt res bona, vita mala.
Ovven. l. epigr. ad D. Stuartam, 266.

Mors eſt inevitabilis.

Qui id, quod vitari non poteſt, metuit, is vivere animo quieto non poteſt. Cic. l. 2. Tuſcul.

Quod nequeas vitare fugis? Mors omnibus inſtat
Nec formidanda eſt, nec fugienda tibi.
Qui ſubitò palles, audito nomine Mortis,
An tibi res nova Mors? unde repente metus?
Audcēn. in mon. ethic. & polit. 82. & 13.

LI.

Terminus Mortis non eſt inevitabilis.

Quia ſic irritæ fierent preces & vota Sanctorum, qui petunt ſibi dies prolongari. *(a)* 2. evacuarentur promiſſiones Dei, qui pollicetur obedientibus longævitatem. *(b)* 3. inanes eſſent comminationes legis, quæ ſanguinariis dies dimidiat. *(c)* 4. caderet omnis ſcientia Medicorum. *(d)* 5. Illi qui ſunt αὐτόχειρες, dicerentur à Deo ad hoc mortis genus tracti eſſe. *(e)*

a) *4. Reg. 20. v. 3. 2. Paral. 32. verſ. 24. Eſaia cap. 38. verſ. 24.* b) *Exod. c. 20. v. 12. c. 23. v. 26. Deut. c. 5. v. 16.*

quo videt. Simili declaremus candelæ ardentis, candela corpus, Flamma eſt ipſa anima. Candela ellychnio conſtat ſicco & ſevo humido. Corpus pariter & ſolida ſubſtantia & fluida, quibus utriſque, ſpirituoſa quoquè ineſt. Ellychnii corpus facilè vel difficulter reſolubile, radicalis calidi & humidi ſeminalis nota eſt. Sevo vero aſſimilatur humidum duplex: alterum inhærens ipſis partibus jam inde à prima conformatione & nutritione, ex ſanguine menſtruo, inſtar ellychnii in ſevo aliquantum macerati, alterum influens à partibus principibus inſtar ſævi, per calorem eliquati & ellychnio affluentis.

Th. Zuving. l. 2. phyſiol. c. 46.
vide cent. 2. part. 1.

Vita humana ſive rationalis eſt naturalis inexiſtentia humanæ animæ, in corpore noſtro; mediante calore naturali, Fortunius Licetus l. 2. de vita, c. 24.

XXXVI.

Vita in quo conſiſtat?

Vita conſiſtit in calore, (*a*) tanquâm in proximo animæ inſtrumento, cujus beneficio omnium animantium functiones obeuntur, tanquam in quodam corporis & animæ vinculo, eò, quòd animalia vivunt, calida eſſe deprehenduntur, mortua frigida: in humido verò conſiſtit eadem, quatenus humidum caloris pabulum, proximumque ſubjectum eſt, non aliter atque oleum, quod in ellychnio eſt flammæ pabulum. (*b*)

a) *Calor nativus dupliciter conſideratur: vel quatenus in Corde tanquam vitæ principio reſidet, ex eoq; omnibus reli-*

reliquis partibus corporis humani, vitæ ſuſtentandæ cauſa communicatur: vel quatenus à prima generatione cuilibet parti implantatus eſt, qui per illum influentem conſervatur. Horſtius de natur. conſerv. cadav. fol. 16. Ἔμφυτ@ *calor duplex eſt: unus* ζύμφυτ@ *implantatus & fixus in ſolidis: alter* ἐπίῤῥυτ@ *influens à corde. Uterq; appellatur* ἀρχήγον@ *ſeu* ἀρχαιόγον@, *quia ab initio generationis affluit, imò à prima creatione per ſemen, in ſingulis animantium ſpeciebus propagatur. Viſcer. in explic. aph. 4. l. 1. Hippocr.* b) *Bartholin. l. & c. 8. phyſ. Zuving. l. 2. phyſiol. cap. 2. Licetus de vita, l. 2. c. 11.*

XXXVII.

Vita hominis quare perpetuari nequit?

Vita noſtra quare caduca? an ob caloris nativi impotentiam? eſt enim hic finitæ virtutis, & repatitur agendo, cum ſit agens phyſicum & uſu paulatim atterendum? an ob humoris primigenii privationem? dum enim calor ſibi & toti proſpiciens, humorem iſtum abſumit, præter inſtitutum, & quaſi ex accidenti ruit ad interitum. Accedit, quod quicquid in locum humoris arte ſufficitur, id operâ caloris transmutare neceſſe ſit, qui cum uſu & diuturnitate temporis alteretur, ἀδύνατον videbitur, ſi æqualem & eundem ſubrogare poſſit, hoc eſt, nectar vivificum, non dilutum & aquoſum.

Ruland. l. 2. probl. 262.

Ante diluvium quare homines longævi, vide centur. 7. part. 33. D. Hunnius in comm. in cap. 5. Geneſ. fol. 145.

XXXVIII.

Vita humana araneæ ſimilis.

Vitam ſic texit Natura, ut Aranea telam,
Longus, at in lapſum pronus uterq; labor. (*a*)

Sicut Aranea ex ſubſtantia ſua texit telam, ita ut interdum immoriatur in ipſo opere, unde multæ reperiuntur in nidis: ita quoque homines pletique omnes, in hac vita occupati ſunt, in colligendis divitiis, & huic rei inſumunt, non tantum omne tempus, verum etiam omnes vires corporis, ut videamus multos, ejusmodi immodicis laboribus ſibimetipſis mortem accerſere. Et ſicut aranea magnam adhibet diligentiam, & tamen operis ipſius nulla eſt utilitas: ita homines in hac vita, non curant ſpiritualia, ſed alia, quorum nullus eſt uſus, præſertim ad alteram vitam. (*b*)

a) *Audoen l. 3. epigram. 63. ad Roger. Audeon. Pſalm. 90. v. 10. Eſa. c. 59. v. 5. & ſeqq.* b) *Franzius de hiſt. anim. fol. 868.*

XXXIX.

Vitæ humanæ vanitas.

Tu, quæ in hoc vaſto mundi deſerto, ſuperſtiti miſero mortali, mihi ſupereſ: ſeu mortua vita, ſeu viva mors, cum vera, viva, æterna vita, volente Deo, commutanda, quantillum recreationis mihi porrò concedes? quantum forſitan illudes? neque enim tibi amplius fido; ô humana! ô mundana! ô vana vita! quæ (ut ex Scaligeri pectore gemitus ſimul emittam meos.)

In-

Incerta, caduca, perusta ignibus furorum,
In falſa patria hoſpes & exul à teipſa
Sentina malorum, miſerabilis cloaca,
Infida, rebellis tibi, ſerva pravitatis
Tardis laqueus, ſubitis flamma, foſſa cœcis:
Tu delicium carceris & carceris illex
Deſultoria fabula, ſomnium ebrioſum:
Non vita. Quidauſim, fera, te dicere vitam?
Quid me hic fallis inepta? quid & teipſa ludis?
Tu Mors potius, Mors potius vocanda. Nempe
Nos mors liberat: at facis eſſe morte dignos,
Vita altera, vita aurea; vita vera vita
Adverſarius ubi nullus, dolor laborve.
Roſenberg. rhodol. l. 1. c. 14. p. 135.

Noſtra quæ dicitur vita, Mors eſt: nec unquam vivit animus, niſi compage ſolutus corporis, liber æternitate potiatur. *Cicero de conſolat. p. 18.*

XL.

Miſeria Hominis unde?

Invidià diaboli, (ô ærumnæ!) mors introivit in orbem terrarum, & ob peccatum, omnis in unum redundavit Hominem miſeria, *(a)* ita ut eum, animalium quaſi miſerrimum eſſe, Sapientum plurimi animadverterint: Et ſanè Poëta rectiſſimè cecinit:

Quid niſi fator Homo eſt? fator is inter in alvo
Gignitur & latitat, (b) tenerè fatente faviſſa
Eruitur fatens, fatores ejicit ex ſe;
Corpus inane anima, tandem fatore maligno
A ſe abigit cunctos & cum fatore ſepulchro
Fatenti infertur. (c)

a) Sa-

a) *Sapient. cap. 2. verſ. 24.* b) *En qui ſuperbis homuncio, terra & cinis, inter excrementa natus? Columb. l. 11. anatom. cap. 16. Bartolin. inſtitut. anat. lib. 1. cap. 28. Knobloch. diſput. anat. 8. C. iiij. a. hoc videlicet in gremio, hoc eſt, inter ſtercora & urinam, ſuperbiſſimum hoc animal, Homo gignitur. Heurn. in proœm. l. de morb. mulier. Colligas hinc ſplendidiſſimum, primæ noſtræ habitationis domicilium, ut qui ex fragili & periturâ materia, inter ſtercus & urinam nati ſumus & in pulverem rediturí.*

(Ex terra corpus nobis, & rurſus in illam
Solvimur, ac pulvis ſumus —— inquit Phocidus.)

quare qui ſuperbimus, Plinii dictum ſedulo perpendentes, inquientis: heu dementem jam ab his initiis exiſtimantiũ ad ſuperbiam ſe genitos. Bauhin. lib. 1. theat. anat. cap. 37. Rod. à Caſtro lib. 1. de mul. nat. cap. 2. & l. 2. b. cap. 1. vid. quæ ſcripſi, vernaculâ linguâ, de cura gravid. & puerp. C. ij. a. Non erubeſcis terrea ſtatua, mox pulvis futura, qui in bullæ modum, brevi duraturum in te tumorem contines, te ſuperbia repleri, faſtuque tumere? vano ſpiritu atque cogitatione, mentem inflatam habere? an non reſpicis, ad utrumque vitæ humanæ terminum, unde & initium ſumat & in quid deſinat? Gregor. Nyſſen. l. de beatitud. c) *Rimmelin. epil. catropt microcoſm. p. 27.* Würm / Geſtanck / Fäulnus / Verweſung / Koth und Unflat / gehören mit / in unſer Stammlinien. *D. Cramer, comment. ad verſ. 14. c. 17. Hiob.*

Vide centur. 11. part. 3.

XLI.

XLI.

Anguis ex medulla ſpinæ cadaveris humani, naſcitur.

In illuſtri Germaniæ loco, monumentum cujuſdam nobilis adoleſcentis, in gentilitio ſacello ſepulti, ſæpiſſimè vidi, qui vivens dicebatur omnium ſuæ ætatis fuiſſe pulcherrimus. Quumque in florenti ætate, in lethalem morbum incidiſſet, à propinquis ſuis exorari non potuit, ut ſuam effigiem poſteritati, vel depictam, vel ſculptam relinqueret, tantùm hoc precibus illorum conceſſit, ut poſtquam terræ mandatus eſſet, pluſculos poſt dies ſepulchrum ſuum aperirent, & quâ formâ cadaver ſuum invenirent, ita depingi curarent. Hoc quum factum eſſet, invenerunt faciem ejus ſemiconſumptam à vermibus, & plures ſerpentes circa diaphragma & ſpinam dorſi extantes. Juſſerunt igitur ejus effigiem, ſicut invenerant, lapidi incidi, quod monumentum adhuc, in loco illo, inter armatas majorum & gentilium ſtatuas conſpicitur.

Camerar. lib. 1. oper. ſucc. c. 11.

Ovid. lib. 15. Metamorph.

Sunt qui cum clauſo putrefacta eſt ſpina ſepulchro,
Mutari credant humanas angue medullas.

Anguem ex medulla hominis ſpinæ gigni accepimus à multis. Plerique enim occulta & cæca origine proveniunt, etiam in quadrupedum genere. Plinius libr. 10. cap. 66. Ex putrefacto bovis cadavere apes: equi veſpæ; (crabrones, à cabo, id eſt, caballo, quod ex eo creentur. Porta lib. 2. mag. nat. c. 2.) aſini ſcarabæi: in humano autem corpore, ex confluente ſanie, qua circa medullam eſt, & in

unum

unum coaleſcente, ſerpentes generantur. Plutarch. in vita Cleom. Lemn. de occult. nat. mir. lib 4. cap. 12. Ex interfecto Homine, Vermes & Serpentes erumpunt, ita ut totum cadaver illis obſideatur. Deodat. libr. 1. hygiaſt. cap. 12.

Cur è ſpina dorſi naſcatur anguis (ſi tamen hoc evenit, non enim à Poetis exigenda eſt fides hiſtorica) contingere id poteſt non ſolum, quia venenata cerebri corrupti putredo, eaque exactè frigida, per ſpinæ meatus, nullo obſtaculo defunditur (conſtat autem de pravis cerebri qualitatibus, è Galeno lib 3. de alim. facult. cap. 7.) verùm etiam, quia juxta ſpinæ meatum, paucis hucusque deprehenſa vena deſcendit, receptaculum virulentæ & melancholicæ ſaniei, è cujus vaporibus caput haud ſecus feritur, ac ſi hypochondriacus aut planè hemicranicus morbus cerebrum obſideret. Ejus venæ inciſione, memini, Baronem quendam Auſtriacum, à morbo, quem omnes Medici Maniam dixerant, brevi & facili negotio curatum fuiſſe. Cùm igitur hujus venæ illuvies, cum putredine cerebri, & ipſa quoque ſpinæ medulla tabefacta coaleſcat, quidnam aliud, niſi venenatiſſimum ex ea materia naſcatur? T. M. R. Z. ad me VII. id. Martii. Anno 1631.

XLII.

Anguis ex ſpinæ medullâ, quid notet?

Anguis ex ſpinæ medulla, documentum certiſſimum eſt, quàm fragilis res ſit formoſi hominis corpus, & quæ pulchra & magnifica conſpiciuntur, nil eſſe aliud, quam putredinem, & eſcam vermium, velut Siracides dicit? In morte Hominis, hæredes ſunt ſerpentes & beſtiæ & vermes *(a)* quod etiam conſtat

ex

ex inſcriptione monumenti Romæ in templo Salvatoris, ubi tale diſtichon legitur:

Sperma fui fædum, vixi domus atra lutoſi
Stercoris: hoc jaceo vermibus eſca loco.

Huc reſpexit D. Bernhardus, ubi dicit: Quid fuiſti? ſperma fœtidum. quid es? vas ſtercorum. quid eris? eſca vermium. *(b)*

Poſt hominem vermis, poſt vermem fætor & horror;
Sic, & in hanc ſpeciem vertitur omnis Homo.

Ita natura, ex corrupto humano cadavere anguem vel draconem generans, quaſi digito autorem noſtrarum calamitatum & corruptionis, & irreconciliabile odium monſtrare videtur: antiquam videlicet ſerpentem, non ſolùm viventibus nobis inſidiari, verùm etiam mortuos laniare & depaſcere non deſinere. *(c)*

a) *Cap. 10.* b) *l. medit. cap. 3.* c) *Camerar. loco citato.*

Poſt mortem non ceſſat miſerum eſſe corpus humanum, licet illud non ſentiat. Etenim tùm demùm à vermib. & ſerpentibus conſumitur; imò ex corpore putrefacto quoque enaſcuntur ſerpentes, Auguſtino teſte. Et de vermibus res manifeſta eſt. O miſeriam deplorandam & cognoſcendam! Sed unde illa? à peccato. Creaverat enim Deus hominem, ut perpetuo viveret. Sap. cap. 2. v. 23. Peccatum itaque, quod corruptionem illam invexit, & ſatanam autorem mortis deteſtâre. Et cave mortem ſecundam. Apocal. cap. 20. v. 14. Hoc autem age, ut corpus conſumptum reſurgat, non ἄφαρτον tantùm, ſed ad gloriam, qua piis promiſſa eſt. Paul. ad Phil. cap. 3. verſ. 21. & hæc ſit conſolatio ſimul piorum. 1. ad Corinth. c. 15. v. 43. Hiob. cap. 19. v. 25.

Bidenbach. prompt. exeq. part. 1. append. ad claſſ. 6. them. 31. fol. 562.

XLIII.

XLIII.

Mors quid?

Mors quid ſit rogitas? ſi ſcirem mortuus eſſem,
Ad me cùm fuero mortuus, ergò veni:

Andoen. libr. 1. epigram. ad D. Mar. Neville 101.

XLIV.

Mortis æquitas.

Flumina fluminibus diſtant. Sic nos quoque nobis
Dum ſumus in vita nos, fluviique viâ.
Ingreſſi pelagum ſapor amnibus omnibus idem,
Mors omnes homines æquat, ut æquor aquas.

Idem libr. 1. epigram. ad Henricum Principem VVall. 80.

XLV.

Mors quando optima?

Optima tunc mors eſt, cùm vita eſt criminis expers,
Mors felix vita eſt, cum tibi cara magis.

Idem in monoſt. ethic. & polit. 14.

XLVI.

Modus, quo Mors ingruit.

Homo, cujus cuncti dies doloribus & ærumnis pleni, & qui per noctem non requieſcit ſolus, *(a)* Fortunæ ludibrium eſt, & ejus globulum, ſine ſede, incertè vagantem, imitatur; nonne animo & corpore inconſtans, utriusque morborum inſultus, undiquaque illatorum ſufferens, nec legitimum, mente ſana, in corpore ſemper ſano, vitæ terminum adipiſcens? nonne mutabilis Homo, & in hac fragilitate, ob primor-

igitized by Google

mordiorum caducitatem mortalis? nam calor nativus, ſeu ſpiritus inſitus, indies primogenium ſeu radicale humidum depaſcendo, ætatis tandem decurſu & inclinatione, illud tanquam pabulum, ex toto abſumit, corpusque exſiccat: & quanquam in abſumpti humidi locum ſemper quid reponatur, tamen id multò fit deterius, & ſe ut aqua ad vinum, quod ejus permixtione magis, magisque debilitatur & tandem omnino aqueum redditur, habeat, neceſſum ut hic calor, qui vitæ, etiam interitûs ſit cauſa. Dum enim calor inſtar flam̄æ in lychno oleum abſumentis, humidum conficit, ſanè deficiente eo, ipſe extinguitur, ac cui ſeſe ut ſuſtentet, amplius nihil ſuppeditatur, ut inde & Mortem, quæ nil aliud, quam caloris extinctio eſt, *(b)* obrepere videamus. *(c)*

a) *Eccleſiaſt. cap. 2. verſ. 23.* b) *Galenus libr. 2. de temperant.* c) *Rimmelin epilog. catopt. microcoſm. p. 27. Melanth. de anima. fol. mihi 154. b. Cœl. Rhodig. libr. 21. antiq. lect. c. 4. Minderer. thren. med. c. 22. Heürn. de cap. affect. c. 2.*

Vide centur. 11. part. 8.

XLVII.

Anatomia Mortis.

Quemadmodum æthereus, vitaliſque ſpiritus rerum, qui in earum cœleſti quinta eſſentia poſitus eſt, rector moderator ac conſervator vitæ, ſtatuſque earum eſt: ſic alii ſunt impuriores & corruptiores, ab excrementis rerum & earum proprietatib. prodeuntes, qui variis modis vitales illos ſpiritus aggrediuntur & impetunt, Mortemque tandem inferunt, cui ob peccatum Homo, vitâ perpetuâ, quam ab

Digitized by Google

inſpiratione divini flatus ante lapſum obtinuerat, ſpoliatus, factus eſt obnoxius: terra etiam, ex ejus culpa, maledictione divina, ita diris omnibus devota, ut nihil ſit in rerum natura, quod Mortis aculeos devitet & effugiat. Quæ quidem Mors, nil niſi ſeparatio, divulſio & conſumptio ſpiritus iſtius & radicalis vitæ balſami eſt, à quo ſolo anima cum corpore colligatur & perſtat. Hoc enim deficiente, conſequitur corporis interitus. Quod utique videre eſt, in metallorum corruptionibus quum rubigine eroduntur: in fructibus cùm verminantur & arborum truncis carie putreſcentibus. Quæ quidem depravationes & corruptiones, membrorum Hominis ſphacelis & ſiderationibus reſpondent, ac æquipollent, quibus tamen paulatim enecantur, quòd in illis balſamus ejuſmodi putrefactus emoriatur. In hujusmodi autem corruptionibus, certiſſimis Mortis indicibus, deliteſcunt tamen alterius cujusdam vitæ ſeminaria, ex quibus varia vermium genera enaſcuntur in fructibus, arboribus & humanis corporibus, tàm intrinſecus, quàm extrinſecus. Quæ quidem, etſi à corruptione oriantur, cùm vitâ ſint prædita, aliunde, quàm ex vitalibus ſpiritibus procreari nequeunt: qui utcunque ſint ſpiritus, parentum tamen ſuorum impurorum & corruptorum naturam retinent, ut tandem putridos, exitiales ac peſtiferos fructus ſuæ naturæ proprios egerminent, debellato & extincto purioris vitæ & ſinceriorum fructuum balſamo.

Quercetan. tetrad. c. 10. fol. 105.

XLVIII.

Mors cur fiat in momento?

Mors animalium, propriè loquendo, non eſt motus,

tus, ſed ſolum mutatio, quam ob cauſam, non in tempore, ſed in momento ſolùm fieri debet. Idque meritò, nam cum per mortem ſubſtantialis forma è ſua materia, hoc eſt, anima è ſuo corpore pellatur, ideò neceſſarium eſt, hanc mutationem in momento fieri, quia alias forma eſſentialis ſecundum eſſentiam ſuam divideretur, & partim ineſſet, partim non ineſſet, eo modo, quo in aquæ calefactione, calor partim introducitur, partim introductus eſt, quod abſurdum videtur dextrè philoſophantibus, quia nulla forma eſſentialis magis & minus recipit. Antecedens facili negotio probatur: cum enim omne tempus ſit diviſibile, ideò ſequitur, ratione temporis illius in quo Mors fieret, ipſam animam partim ſeparatam eſſe, partim non ſeparatam.
Horſtius de conſerv. & cruent. cadav. p. 18.

XLIX

Quomodo Mors dicitur Naturalis, cum ſit corruptio viventis.

Mors eſt ſecundùm naturam, ratione naturæ univerſalis. 2. Mors relata ad id, quod proximè corrumpit, eſt etiam naturalis. Ignis corrumpit aquam ſecundùm ſuam naturam, etſi non ſecundùm naturam aquæ. 3. Mors reſpectu naturæ corruptæ, vel corrumpendæ, non eſt ſecundùm naturam, ſed contra naturam. 4. Mors eſt ſecundùm naturam, quia eſt ſecundùm intentionem naturæ agentis. Natura agit in corpus vivens, ut generet cadaver, ſed quia non poteſt illud aliud corpus generari, niſi prius præexiſtens corrumpatur, ergo corruptio finis eſt ſaltem

Digitized by Google

ſecundarius: ut illa mors ita naturalis dici poſſit. (a) Homini, ſi in integritatis ſtatu & nobilitate, in quâ primùm creatus fuerat, permanſiſſet, non fuiſſet moriendum. (b)

a) *Bartholin. l. 8. phyſ. c. 9.* b) *D. Hafenreff. loc. Theol. fol. mihi 777.*

L.

Mors quotuplex?

Mors alia naturalis, alia non naturalis.

Naturalis, quæ homini ſecundùm penſum vitæ ab Auctore Naturæ, tanquam ab Imperatore præſcriptum, cui vitæ vincula proportione paria ſunt attributa, contingit. Univerſalis enim natura in particularem naturam, cùm reliquam, tùm humanam præſertim agit, & quia in perpetua ϛυγκρίσει & διακρίσει verſatur, ipſaque mutatione gaudet, ut generatio unius fiat corruptio alterius, & èontra, vitalia principia homini inſita, quotidiè movet & ad ſuum fontem ſenſim redire compellit. Sed & ipſorum principiorum ea eſt conditio, ut calidum perpetuò agat in humidum. Quamdiu ergò principia illa interna, & motui cœleſti ſufficiunt, & juſtam proportionem retinent, vita adeſt; ſin minus, Mors naturalis, hoc eſt, naturæ hominis hujus conveniens ſupervenit, tanquam ſomnus.

Non naturalis, quæ homini huic citiùs, quam naturalis corruptionis neceſſitas exigebat, à cauſa non naturali, (hoc eſt, præter inſtitutum naturæ ſuæ) tanquam à Tyranno affertur: ſive jam cauſa illa clàm principia vitæ impetat, ſive apertè.

Hincque adeò Mors non naturalis, vel

Vio-

Violenta eſt, quando palàm, per viam manifeſtam fontes vitæ exhauriuntur, & vita veluti abrumpitur: vel

Non violenta, quando occultè & velut per dolum vita elicitur.

Zvvinger.phyſiol. l.2.c.46. fol. 598.

Vide Garcaum, de judic. nativ. c. ult. pag. 300. H. à Lindhout, introd in phyſ. judic. cap. 18. fol. 152.

Vna via eſt vitæ, moriendi mille figuræ,
Eſt benè: nam Mors eſt res bona, vita mala.
Ovven. l. epigr. ad D. Stuartam, 266.

Mors eſt inevitabilis.

Qui id, quod vitari non poteſt, metuit, is vivere animo quieto non poteſt. Cic. l. 2. Tuſcul.

Quod nequeas vitare fugis? Mors omnibus inſtat
Nec formidanda eſt, nec fugienda tibi.
Qui ſubitò palles, audito nomine Mortis,
An tibi res nova Mors? unde repente metus?
Audoën. in mon. ethic. & polit. 82. & 13.

LI.

Terminus Mortis non eſt inevitabilis.

Quia ſic irritæ fierent preces & vota Sanctorum, qui petunt ſibi dies prolongari. *(a)* 2. evacuarentur promiſſiones Dei, qui pollicetur obedientibus longævitatem, *(b)* 3. inanes eſſent comminationes legis, quæ ſanguinariis dies dimidiat. *(c)* 4. caderet omnis ſcientia Medicorum. *(d)* 5. Illi qui ſunt αὐτόχειρες, dicerentur à Deo ad hoc mortis genus tracti eſſe. *(e)*

a) *4. Reg. 20. v. 3. 2. Paral. 32. verſ. 24. Eſaiæ cap. 38. verſ. 24.* b) *Exod. c. 20. v. 12. c. 23. v. 26. Deut. c. 5. v. 16. c. 30.*

Digitized by Google

c. 30. v. 20. Proverb. c. 3. v. 2. c. 4. v. 11. 13. Sirac. c. 3. v. 7. Paul. ad Epheſ. cap. 6. verſ 3. 1. ad Timoth. 4. verſ 8. c) Pſalm. 5. verſ. 7. Pſalm. 21. verſ 5. Pſalm. 55. verſ. 23. Narrat hiſtoria Sacra, innumerabilem hominum multitudinem, propter peccata, aquarum inundatione periiſſe, in diluvio originalis mundi. Geneſ cap. 7. verſ. 17. ſimiliter in conflagratione Sodomorum Geneſ. 19. v. 24. aliisque horrendis cladibus. Similiter refert S S. duos filios Patriarchæ Judæ, Ger & Onam, propter ſcelera fatalibus pœnis extinctos. Geneſ. 38. v. 7. & 10. Num. 26. v. 19. Duos item filios Heli, ſimiliter ob facinora à Domino percuſſos. 1. Sam. 4. v. 11. Abſolonem ob enormem ingratitudinem, violenta morte peremtum, 2. Sam. 18. v. 15. 16. d) Horum enim opera Dominus ipſe nos uti voluit. A Deo enim eſt medela, & altiſſimus creavit de terra Medicinam, quam vir prudens non deſpiciet. Eccleſ. c. 33. v. 1. & ſeqq. Centur. noſtr. 1. part. 28. & ſeqq: Hac enim mediante, piisq; precibus adjunctis, ſæpènumero ex morbis recreantur, qui alias contemptis hiſce mediis morituri fuerant, ſua ſcilicet temeritatis, neglectiq; doni DEI pœnas daturi. e) Si quis ſub divina providentia prætextu, neglecto ſcalarum beneficio, è celſa turri ſe præcipitem daret, eâ perſuaſione, quod id ſibi fraudi futurum non ſit, cum fatali neceſſitate terminum definitum putet, qui nec retardari, cum adeſt, nec accelerari, cum non adeſt, poſſit: is profectò ſuo interitus, vanitatem commenti de fato Stoico experiretur.

Terminum vitæ noſtræ certum, ſed non fatalem eſſe, luculenter demonſtrant Clariſſimi Theologi, D. Hunnius, diſp. Theol. 39. de vita humana termino, fol. 500. D. Cramerus l. de peſte, arcu H. col. 16 in comment. text. Bibl. 4. Reg. 20. v. 2. Hiob. c. 14. v. 5. Prov. c. 3. v. 2. Eſai. c. 38. v. 5. Baruch. c. 2. v. 17.

Adde

Adde Medicos, Bartolin. l. c. Panſ. l. 1. theor. gen. de prim. vit. c. 2. & ſeqq. l. 2. pract. gen. c. 35. Goglen. E. de prot. vit. p. 2. Deodat. panth. hygiaſt. l. 1. c. 5. Horſt. l. 2. de corp. & an. exerc. 4. quæſt. 11. l. 1. de ſcorb. comment. ad theſ. 14. Minderer. threnod. med. c. 22. Scheibler. de anima, p. 117.

LII.

Memento mori.

Mors incertarum rerum certiſſima: cunctis
Incertum quando: certum aliquando mori.
Nullus ab occaſu procul eſt Homo, nullus ab ortu,
Nec tamen illius, nec memor hujus Homo. (a)

Quis eſt, quamvis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum, ſe ad veſperum eſſe victurum. Cato Major.

Etenim,

Cor niſi cura nihil; caro nil, niſi triſte cadaver,
Naſci ægrotare eſt, vivere, ſæpe mori. (b)

Mors omni homini certa; hora mortis incerta, etiam genus mortis incertum, etiam locus mortis, locus ſepulturæ incerta. Militia eſt vita hominis in terra. *Iob. c. 7. v. 1. D. Prac. Cruſ. orat. de Frider. I. Barb. p. 26.*

a) *Audoën. ad D. Neville, libr. 3. epigr. 68.* b) *ib. epigr. 109.*

LIII.

Mors non metuenda.

Cur mortem metuis? finis quæ ſola laborum eſt?
Omnibus eſt tandem, lex data certa mori.
Quid tibi præſcriptam properas abrumpere vitam?
Quæ tamen ipſa brevi, ſponte ſua fugiet.

Digitized by Google

Debita naturæ ſolvis, lætare triumpho,
Corporeo tandem carcere liber abis.
Tardiùs an citius, nil refert, ſi moriâre,
Semper enim juſto tempore Mors veniet.
Unicuiq; modum moriendi fata dedere,
Et benè qui vixit, non malè obire poteſt.
Si meruit ſcelus, infâmi te morte perire,
Æquo animo quæ fers, ſuſtine, ſalvus eris.
Cum mortis genus & metam neſcimus & horam,
Ad tempus mortis nos præparare decet.
Sæpè ſolum natale miſer felicius extra
Ægrotat, quàm ſi viveret in patria.
Sæpè ſolum natale mori felicius èxtra
Contigit ægrotis, quàm periiſſe domi.
Heu malè decedit, vitam qui crimine finit.
Orandus Deus eſt, det benè poſſe mori,
Nil te ſollicitent morientem commoda rerum,
Nil feret in mundum, qui nihil intulerit;
Ne quæras poſt te, tua quid factura ſit uxor,
Diſceſſu namq; eſt libera facta tuo.
Fac patriæ caſus peritura non moveant te,
Invenies aliam, ſed ſine morte, domum.
Si benè vis de te poſt mortem fama loquatur,
Illuſtrem reddent te benefacta tua.
Mors levior multo ſine natis, prole carentem,
Natorum inſidiæ, nec mala fama premet.
Non ſis ſolicitus, quo tu condare ſepulchro,
Cum tua ſit tandem reſtituenda caro.
Franc. Petracha.

Si dolorum finem Mors affert, ſi ſecurioris & melioris initium vitæ, ſi futura mala avertit, ſi medetur præſentibus, ſi nos ex plurimis, vel morborum,

rum, vel moleſtiarum, vel acerbitatum periculis educit, cur eam tantopere accuſare, aut dolorem ex ea derivare velimus, ex qua potius conſolationem ac lætitiam haurire fas eſſet? *Cicero de conſolat. fol. mihi 21.*

LIV.

Hodie.

Hoc quod adeſt Hodie, quod nomen habebat heri?
Cras.
Cras Hodie quodnam nomen habebit? Heri:
Cras lentum quod adeſt nunquam, nec abeſt procul unquam
Quonam appelletur nomine Cras? Hodie.
Ovven. ad D. Neville, l. 3. epigr. 50.

LV.

Quod differtur, non aufertur.

Differt non aufert mortem longiſſima vita:
Quid differt igitur, cras hodieve mori.
Idem ad D. Sidlet. Bar. l. 2. epigr. 29.

LVI.

Procraſtinatio.

Per multum Cras, Cras, ſemper conſumitur ætas,
tranſit ut unda fluens, tempus & hora ruens.

quare,

Semper ad unguiculos digitûm ſi labile tempus
menſures, nunquam tempus abibit iners.
Craſtina nondum hora eſt, reparari heſterna talentis
Mille nequit: ſi vis vivere: vive hodie. (a)

nam,

-- -- eunt anni more fluentis aquæ,
Nec quæ præteriit curſu revocabitur unda,
nec quæ præteriit, hora redire poteſt.
Utendum eſt ætate, cito pede labitur ætas,
Nec bona tam ſequitur, quàm bona prima fuit (b)

a) *D. Cramer. in menolog.* b) *Ovid. l. 3. de arte amandi.*

Horæ cedunt, & dies, & menſes & anni, nec præteritum tempus unquam revertitur, nec quid ſequatur, ſciri poteſt. *Cic. dial. de ſenect.*

LVII.

Temporis ratio habenda.

Dum licet ingenio ditari, diſce juventus:
Iſte dabit fructus, iſte colendus ager.
Cætera fide DEO, qui preſſis ſubvenit: ille
Excubias noſtro pro grege ſemper agit.
Manlius loc. com. p. 720.
Tempus edax rerum: nos & terit omnia Tempus:
Nos terimus Tempus: jam ſumus ergò pares.
Ovven. l. 2. epigr. ad D. Neville. 171.

Sola temporis poſſeſſione ſemel amiſſa, nulla humana vigilantia, aut induſtria, nulla fortunæ ſecundioris gratia, nullo auri & argenti cumulo, nullis neque, ne Cræſi quidem opibus vel pecuniis, redimi aut reduci poteſt, quippe cum impoſſibile ſit, diem eſſe ſæpius, quæ ſemel fuit. *vide panegyr. Altorf. Freigii, arcu T. b. Embl. Alciat. l. 2. 85.*

LVIII.

LVIII.

Citiſſimè enim & irreparabiliter labitur.

Cuncta fluunt, omnisq; vagans formatur imago,
Ipſa quoq; aſſiduo labuntur tempora motu,
Non ſecus ac flumen; neque enim conſiſtere flumen
Nec levis hora poteſt, ſed ut unda impellitur unda,
Urgeturq; eadem veniens, urgetq; priorem:
Tempora ſic fugiunt pariter, pariterq; ſequuntur,
Et nova ſunt ſemper, nam quod ante, relictum eſt,
Fitq; quod haud fuerat, momentaq; cuncta novantur,
Ovid. l. 15. Metamorph.

Veniet tempus, & quidem celeriter, & ſive retardabis, ſive properabis: volat enim ætas. *Cic. l. 1. Tuſcul. quæſt. fol. mihi 408.*

LIX.

Hominis & Roſæ caducitas.

Ecce Roſis ſimiles homines, quas tempore verno
Una dies naſci vidit & una mori.
Aurorâ Roſa floreſcens, heu veſpere ſero,
Non Roſa quærenti, ſed rubus aſper erit
Ut Roſa manè viget, tamen & mox veſpere languet,
Sic modo qui fuimus, cras levis umbra ſumus.
Roſenberg. rhodol. l. 2. c. 2.
Quam longa una dies, ætas tàm longa Roſarum,
Quas pubeſcentes juncta ſenecta premit.
Quam modò naſcentem ruribus conſpexit Eous,
Hanc rediens, ſero veſpere, vidit anum.
Minderer præfat. aloëdar.

Vide infra part. 65.

LX.

Senectutis incommoda.

Quid de Senectutis incommodis ac miſeriis loquar? quas plurimas eſſe & graviſſimas, & nomen ipſum, languoris, calamitatisque pleniſſimum, indicat, & aſpectus ipſe ſenum hominum patefacit? quid eſt enim aliud ſenem videre trementem, incurvum, canum, imbecillum, infirmum, quàm cernere morientem vivum, aut viventem mortuum.

Cic. de min. luctu. fol. mihi 14.

vide Anton. Riccob. judic. fol. 119.

LXI.

Triſtis Senij figurata (ſed elegans) deſcriptio.

Memento ô juvenis, inquit Salomon in Eccleſiaſte c. 12. v. 1. Creatoris tui, cogita te ortum habere, non à temetipſo, nec ex fortunæ caſu, ſed Deum te creâſſe, ut ipſi ſervias, & ipſum ut Patrem honores. Malach. c. 1. v. 6. Sic enim ſymbolo profiteris: Ego credo in Deum, patrem omnipotentem Creatorem.

Non autem exiſtimes, ſatis eſſe, ſi de ortu & creatione, atque Creatore tum demum cogites, cùm mors & interitus appropinquaverit: ſed in juventute tuâ de his cogitabis: ratio, quia ubi conſenueris, accedent anni, quos dices, tibi non placere. Tantis enim tùm gravabere malis & incommodis, ut de Creatore difficiliùs cogites, quàm dum es juvenis. Senectus enim per ſe morbus, multum te affliget. Quid igitur incommodi fert ſenectus, quo minus tùm poſſim optimam

mam habere occaſionem cogitandi de Deo Creatore? Audi. Depingam tibi ſenem & tremulum.

1. Sol & Luna, Lux & ſtellæ obtenebreſcunt. Lux lætitiam, tenebræ triſtitiam afferunt: & idem etiam Scriptura intelligit. Joël. 2. v. 2. ſicut Germ. prov. etiam nos dicimus: Es will kein Stern da ſeyn. Ita enim in ſenectute omnia ad triſtitiam vergunt. Senibus enim multa adverſa accidunt: valetudo corporis eſt afflicta: indies verò novum dolorem ſentiunt: non amplius negotia ſua, ut vellent, expedire valent: non ita coluntur & amantur, ut juniores: à multis contemnuntur. Etſi maximè rectè & reverenter tractantur, tamen propter animi ægritudinem, facilè dictum aut factum aliquod in deteriorem partem & in ſuam contumeliam accipiunt. Sonn/ Mond und Sternen werden finſter/ das iſt/ Witz/ Verſtand/ Vernunfft/ Rath und Anſchläge zerrinnen/ dann die Alten werden zweymal zu Kindern.

2. Poſt pluviam denſæ recurrunt nubes. Alia aliam excipit calamitas. Diſtillationes ferè continuas ſentiunt. Prov. dicitur, ein Alter hat alle Tag newe Zeitung. Semper novi accedunt morbi, prioribus vix ſuperatis, & fluctus fluctum conſequitur. In ſenibus enim, non eſt tanta viciſſitudo triſtitiæ & gaudii, ut in juvenibus. Hi enim, ubi calamitas aliqua præterierit, iterum exultant, & oſtendit ſe illis poſt imbrem & nubila Phœbus. Illi verò etiamſi triſtis aliquis caſus abierit, tamen reſidet in animo ægritudo; ac ſi pluvia quidem ceſſet, ſed tamen cœlum maneat nubibus obductum & triſte. Kommen die Wolcken nach dem Regen. Denn Feuchtigkeit/ ſo zum Haupt geſtiegen iſt/ macht Flüſſe/ die fallen wieder herab auff die

Glie-

XLIII.

Mors quid?

Mors quid ſit rogitas? ſi ſcirem mortuus eſſem,
Ad me tùm fuero mortuus, ergò veni:

Audoen. libr. 1. epigram. ad D. Mar. Neville 101.

XLIV.

Mortis æquitas.

Flumina fluminibus diſtant. Sic nos quoque nobis
Dum ſumus in vita nos, fluviique viâ.
Ingreſſi pelagum ſapor amnibus omnibus idem,
Mors omnes homines æquat, ut æquor aquas.

Idem libr. 1. epigram. ad Henricum Principem VVall. 80.

XLV.

Mors quando optima?

Optima tunc mors eſt, cùm vita eſt criminis expers,
Mors felix vita eſt, cum tibi cara magis.

Idem in monoſt. ethic. & polit. 14.

XLVI.

Modus, quo Mors ingruit.

Homo, cujus cuncti dies doloribus & ærumnis pleni, & qui per noctem non requieſcit ſolus, *(a)* Fortunæ ludibrium eſt, & ejus globulum, ſine ſede, incertè vagantem, imitatur; nonne animo & corpore inconſtans, utriusque morborum inſultus, undiquaque illatorum ſufferens, nec legitimum, mente ſana, in corpore ſemper ſano, vitæ terminum adipiſcens? nonne mutabilis Homo, & in hac fragilitate, ob primor-

mordiorum caducitatem mortalis? nam calor nativus, ſeu ſpiritus inſitus, indies primogenium ſeu radicale humidum depaſcendo, ætatis tandem decurſu & inclinatione, illud tanquam pabulum, ex toto abſumit, corpusque exſiccat: & quanquam in abſumpti humidi locum ſemper quid reponatur, tamen id multò fit deterius, & ſe ut aqua ad vinum, quod ejus permixtione magis, magisque debilitatur & tandem omnino aqueum redditur, habeat, neceſſum ut hic calor, qui vitæ, etiam interitûs ſit cauſa. Dum enim calor inſtar flammæ in lychno oleum abſumentis, humidum conficit, ſanè deficiente eo, ipſe extinguitur, ac cui ſeſe ut ſuſtentet, amplius nihil ſuppeditatur, ut inde & Mortem, quæ nil aliud, quam caloris extinctio eſt, *(b)* obrepere videamus. *(c)*

a) *Eccleſiaſt. cap. 2. verſ. 23.* b) *Galenus libr. 2. de temperant.* c) *Rimmelin epilog. catopt. microcoſm. p. 27. Melanth. de anima. fol. mihi 154. b. Cœl. Rhodig. libr. 21. antiq. lect. c. 4. Minderer. thren. med. c. 22. Heurn. de cap. affect. c. 2.*

Vide centur. 11. part. 8.

XLVII.

Anatomia Mortis.

Quemadmodum æthereus, vitaliſque ſpiritus rerum, qui in earum cœleſti quinta eſſentia poſitus eſt, rector moderator ac conſervator vitæ, ſtatuſque earum eſt: ſic alii ſunt impuriores & corruptiores, ab excrementis rerum & earum proprietatib. prodeuntes, qui variis modis vitales illos ſpiritus aggrediuntur & impetunt, Mortemque tandem inferunt, cui ob peccatum Homo, vitâ perpetuâ, quam ab

Digitized by Google

inſpiratione divini flatus ante lapſum obtinuerat, ſpoliatus, factus eſt obnoxius: terra etiam, ex ejus culpa, maledictione divina, ita diris omnibus devota, ut nihil ſit in rerum natura, quod Mortis aculeos devitet & effugiat. Quæ quidem Mors, nil niſi ſeparatio, divulſio & conſumptio ſpiritus iſtius & radicalis vitæ balſami eſt, à quo ſolo anima cum corpore colligatur & perſtat. Hoc enim deficiente, conſequitur corporis interitus. Quod utique videre eſt, in metallorum corruptionibus quum rubigine erodun-tur: in fructibus cùm verminantur & arborum truncis carie putreſcentibus. Quæ quidem depravationes & corruptiones, membrorum Hominis ſphacelis & ſiderationibus reſpondent, ac æquipollent, quibus tamen paulatim enecantur, quòd in illis balſamus ejuſmodi putrefactus emoriatur. In hujusmodi autem corruptionibus, certiſſimis Mortis indicibus, deliteſcunt tamen alterius cujusdam vitæ ſeminaria, ex quibus varia vermium genera enaſcuntur in fructibus, arboribus & humanis corporibus, tàm intrinſecus, quàm extrinſecus. Quæ quidem, etſi à corruptione oriantur, cùm vitâ ſint prædita, aliunde, quàm ex vitalibus ſpiritibus procreari nequeunt: qui utcunque ſint ſpiritus, parentum tamen ſuorum impurorum & corruptorum naturam retinent, ut tandem putridos, exitiales ac peſtiferos fructus ſuæ naturæ proprios egerminent, debellato & extincto purioris vitæ & ſinceriorum fructuum balſamo.

Quercetan. tetrad. c. 10. fol. 105.

XLVIII.

Mors cur fiat in momento?

Mors animalium, propriè loquendo, non eſt motus,

tus, ſed ſolum mutatio, quam ob cauſam, non in tempore, ſed in momento ſolùm fieri debet. Idque meritò, nam cum per mortem ſubſtantialis forma è ſua materia, hoc eſt, anima è ſuo corpore pellatur, ideò neceſſarium eſt, hanc mutationem in momento fieri, quia alias forma eſſentialis ſecundum eſſentiam ſuam divideretur, & partim ineſſet, partim non ineſſet, eo modo, quo in aquæ calefactione, calor partim introducitur, partim introductus eſt, quod abſurdum videtur dextrè philoſophantibus, quia nulla forma eſſentialis magis & minus recipit. Antecedens facili negotio probatur: cum enim omne tempus ſit diviſibile, ideò ſequitur, ratione temporis illius in quo Mors fieret, ipſam animam partim ſeparatam eſſe, partim non ſeparatam.

Horſtius de conſerv. & cruent. cadav. p. 18.

XLIX

Quomodo Mors dicitur Naturalis, cum ſit corruptio viventis.

Mors eſt ſecundùm naturam, ratione naturæ univerſalis. 2. Mors relata ad id, quod proximè corrumpit, eſt etiam naturalis. Ignis corrumpit aquam ſecundùm ſuam naturam, etſi non ſecundùm naturam aquæ. 3. Mors reſpectu naturæ corruptæ, vel corrumpendæ, non eſt ſecundùm naturam, ſed contra naturam. 4. Mors eſt ſecundùm naturam, quia eſt ſecundùm intentionem naturæ agentis. Natura agit in corpus vivens, ut generet cadaver, ſed quia non poteſt illud aliud corpus generari, niſi prius præexiſtens corrumpatur, ergo corruptio finis eſt ſaltem

Digitized by Google

ſecundarius: ut illa mors ita naturalis dici poſſit. (*a*) Homini, ſi in integritatis ſtatu & nobilitate, in quâ primùm creatus fuerat, permanſiſſet, non fuiſſet moriendum. (*b*)

a) *Bartholin. l. 8. phyſ. c. 9.* b) *D. Hafenreff. loc. Theol. fol. mihi 777.*

L.

Mors quotuplex?

Mors alia naturalis, alia non naturalis.

Naturalis, quæ homini ſecundùm penſum vitæ ab Auctore Naturæ, tanquam ab Imperatore præſcriptum, cui vitæ vincula proportione paria ſunt attributa, contingit. Univerſalis enim natura in particularem naturam, cùm reliquam, tùm humanam præſertim agit, & quia in perpetua ζυγκρίσει & διακρίσει verſatur, ipſaque mutatione gaudet, ut generatio unius fiat corruptio alterius, & ècontra, vitalia principia homini inſita, quotidiè movet & ad ſuum fontem ſenſim redire compellit. Sed & ipſorum principiorum ea eſt conditio, ut calidum perpetuò agat in humidum. Quamdiu ergò principia illa interna, & motui cœleſti ſufficiunt, & juſtam proportionem retinent, vita adeſt; ſin minus, Mors naturalis, hoc eſt, naturæ hominis hujus conveniens ſupervenit, tanquam ſomnus.

Non naturalis, quæ homini huic citiùs, quam naturalis corruptionis neceſſitas exigebat, à cauſa non naturali, (hoc eſt, præter inſtitutum naturæ ſuæ) tanquam à Tyranno affertur: ſive jam cauſa illa clàm principia vitæ impetat, ſive apertè.

Hincque adeò Mors non naturalis, vel

Vio-

Violenta eſt, quando palàm, per viam manifeſtam fontes vitæ exhauriuntur, & vita veluti abrumpitur: vel

Non violenta, quando occultè & velut per dolum vita elicitur.

Zuvirgir. phyſiol. l.2. c.46. fol. 598.

Vide Gareaum, de judic. nativ. c. ult. pag. 300. H. à Lindhout, introd. in phyſ. judic. cap. 18. fol. 152.

Una via eſt vita, moriendi mille figuræ,
Eſt benè: nam Mors eſt res bona, vita mala.
Ovven. l. epigr. ad D. Stuartam, 266.

Mors eſt inevitabilis.

Qui id, quod vitari non poteſt, metuit, is vivere animo quieto non poteſt. Cic. l. 2. Tuſcul.

Quod nequeas vitare fugis? Mors omnibus inſtat
Nec formidanda eſt, nec fugienda tibi.
Qui ſubitò palles, audito nomine Mortis,
An tibi res nova Mors? unde repente metus?
Audoen. in mon. ethic. & polit. 82. & 13.

LI.

Terminus Mortis non eſt inevitabilis.

Quia ſic irritæ fierent preces & vota Sanctorum, qui petunt ſibi dies prolongari. *(a)* 2. evacuarentur promiſſiones Dei, qui pollicetur obedientibus longævitatem. *(b)* 3. inanes eſſent comminationes legis, quæ ſanguinariis dies dimidiat. *(c)* 4. caderet omnis ſcientia Medicorum. *(d)* 5. Illi qui ſunt αὐτόχειρες, dicerentur à Deo ad hoc mortis genus tracti eſſe. *(e)*

a) *4. Reg. 20. v. 3. 2. Paral. 32. verſ. 24. Eſaiæ cap. 38. verſ. 24.* b) *Exod. c. 20. v. 12. c. 23. v. 26. Deut. c. 5. v. 16. c. 30.*

c. 30. v. 20. Proverb. c. 3. v. 2. c. 4. v. 11. 13. Sirac. c. 3. v. 7. Paul. ad Epheſ. cap. 6. verſ. 3. 1. ad Timoth. 4. verſ. 8. c) Pſalm. 5. verſ. 7. Pſalm. 21. verſ. 5. Pſalm. 55. verſ. 23. Narrat hiſtoria Sacra, innumerabilem hominum multitudinem, propter peccata, aquarum inundatione periiſſe, in diluvio originalis mundi. Geneſ. cap. 7. verſ. 17. ſimiliter in conflagratione Sodomorum Geneſ. 19. v. 24. aliisque horrendis cladibus. Similiter refert S. S. duos filios Patriarchæ Judæ, Ger & Onam, propter ſcelera fatalibus pœnis extinctos. Geneſ. 38. v. 7. & 10. Num. 26. v. 19. Duos item filios Heli, ſimiliter ob facinora à Domino percuſſos. 1. Sam. 4. v. 11. Abſolonem ob enormem ingratitudinem, violenta morte peremtum, 2. Sam. 18. v. 15. 16. d) Horum enim opera Dominus ipſe nos uti voluit. A Deo enim eſt medela, & altiſſimus creavit de terra Medicinam, quam vir prudens non deſpiciet. Eccleſ. c. 33. v. 1. & ſeqq. Centur. noſtr. 1. pant. 28. & ſeqq. Hac enim mediante, piisq; precibus adjunctis, ſæpènumero ex morbis recreantur, qui aliàs contemptis hiſce mediis morituri fuerant, ſuæ ſcilicet temeritatis, neglectiq; doni DEI pœnas daturi. e) Si quis ſub divina providentiæ prætextu, neglecto ſcalarum beneficio, è celſa turri ſe præcipitem daret, eâ perſuaſione, quod id ſibi fraudi futurum non ſit, cum fatali neceſſitate terminum definitum putet, qui nec retardari, cum adeſt, nec accelerari, cum non adeſt, poſſit: is profectò ſuo interitu, vanitatem commenti de fato Stoico experiretur.

Terminum vitæ noſtræ certum, ſed non fatalem eſſe, luculenter demonſtrant Clariſſimi Theologi, D. Hunnius, diſp. Theol. 39. de vita humana termino, fol. 500. D. Cramerus l. de peſte, arcu H. col. 16 in comment. text. Bibl. 4. Reg. 20. v. 2. Hiob. c. 14. v. 5. Prov. c. 3. v. 2. Eſai. c. 38. v. 5. Baruch. c. 2. v. 17.

Adde

Adde Medices, Bartolin. l. c. Panſ. l. 1. theor. gen. de prim. vit. c. 2. & ſeqq. l. 2. pract. gen. c. 35. Goglen. E. de proi. vit. p. 2. Deodat. panth. hygiaſt. l. 1. c. 5. Horſt. l. 2. de corp. & an. exerc. 4. quæſt. 11. l. 1. de ſcorb. comment. ad theſ. 14. Minderer. threnod. med. c. 22. Scheibler. de anima, p. 117.

LII.

Memento mori.

Mors incertarum rerum certiſſima: cunctis
Incertum quando: certum aliquando mori.
Nullus ab occaſu procul eſt Homo, nullus ab ortu,
Nec tamen illius, nec memor hujus Homo. (a)

Quis eſt, quamvis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum, ſe ad veſperum eſſe victurum. Cato Major.

Etenim,

Cor niſi cura nihil; caro nil, niſi triſte cadaver,
Naſci ægrotare eſt, vivere, ſæpè mori. (b)

Mors omni homini certa: hora mortis incerta, etiam genus mortis incertum, etiam locus mortis, locus ſepulturæ incerta. Militia eſt vita hominis in terra. *Iob. c. 7. v. 1. D. Prac. Cruſ. orat. de Frider. I. Barb. p. 26.*

a) *Audoën. ad D. Neville, libr. 3. epigr. 68.* b) *ib. epigr. 109.*

LIII.

Mors non metuenda.

Cur mortem metuis? finis quæ ſola laborum eſt?
Omnibus eſt tandem, lex data certa mori.
Quid tibi præſcriptam properas abrumpere vitam?
Quæ tamen ipſa brevi, ſponte ſua fugiet.

Digitized by Google

Debita naturæ ſolvis, lætare triumpho,
Corporeo tandem carcere liber abis.
Tardiùs an citius, nil refert, ſi moriâre,
Semper enim juſto tempore Mors veniet.
Unicuiq; modum moriendi fata dedere,
Et benè qui vixit, non malè obire poteſt.
Si meruit ſcelus, infami te morte perire,
Æquo animo quæ fers, ſuſtine, ſalvus eris.
Cum mortis genus & metam neſcimus & horam,
Ad tempus mortis nos præparare decet.
Sæpè ſolum natale miſer felicius extra
Ægrotat, quàm ſi viveret in patria.
Sæpè ſolum natale mori felicius èxtra
Contigit ægrotis, quàm periiſſe domi.
Heu malè decedit, vitam qui crimine finit.
Orandus Deus eſt, det benè poſſe mori,
Nil te ſollicitent morientem commoda rerum,
Nil feret in mundum, qui nihil intulerit;
Ne quæras poſt te, tua quid factura ſit uxor,
Diſceſſu namq; eſt libera facta tuo.
Fac patriæ caſus peritura non moveant te,
Invenies aliam, ſed ſine morte, domum.
Si benè vis de te poſt mortem fama loquatur,
Illuſtrem reddent te benefacta tua.
Mors levior multo ſine natis, prole carentem,
Natorum inſidiæ, nec mala fama premet.
Non ſis ſolicitus, quo tu condare ſepulchro,
Cum tua ſit tandem reſtituenda caro.

Franc. Petracha.

Si dolorum finem Mors affert, ſi ſecurioris & melioris initium vitæ, ſi futura mala avertit, ſi medetur præſentibus, ſi nos ex plurimis, vel morborum,

rum, vel moleſtiarum, vel acerbitatum periculis educit, cur eam tantopere accuſare, aut dolorem ex ea derivare velimus, ex qua potius conſolationem ac lætitiam haurire fas eſſet? *Cicero de conſolat. fol. mihi 21.*

LIV.

Hodie.

Hoc quod adeſt Hodie, quod nomen habebat heri?
Cras.
Cras Hodie quodnam nomen habebit? Heri:
Cras lentum quod adeſt nunquam, nec abeſt procul unquam
Quonam appelletur nomine Cras? Hodie.
Ovven. ad D. Neville, l. 3. epigr. 50.

LV.

Quod differtur, non aufertur.

Differt non aufert mortem longiſſima vita:
Quid differt igitur, cras hodieve mori.
Idem ad D. Sidlet. Bar. l. 2. epigr. 29.

LVI.

Procraſtinatio.

Per multum Cras, Cras, ſemper conſumitur ætas,
tranſit ut unda fluens, tempus & hora ruens.

quare,

Semper ad unguiculos digitum ſi labile tempus
menſures, nunquam tempus abibit iners.
Craſtina nondum hora eſt, reparari heſterna talentis
Mille nequit: ſi vis vivere: vive hodie. (a)

nam;

- - - - eunt anni more fluentis aquæ,
Nec quæ præterist curſu revocabitur unda,
nec quæ præterist, hora redire poteſt.
Utendum eſt ætate, cito pede labitur ætas,
Nec bona tam ſequitur, quàm bona prima fuit (b)

a) *D. Cramer. in menolog.* b) *Ovid. l. 3. de arte amandi.*

Horæ cedunt, & dies, & menſes & anni, nec præteritum tempus unquam revertitur, nec quid ſequatur, ſciri poteſt. *Cic. dial. de ſenect.*

LVII.

Temporis ratio habenda.

Dum licet ingenio ditari, diſce juventus:
Iſte dabit fructus, iſte colendus ager.
Cætera ſide DEO, qui preſſis ſubvenit: ille
Excubias noſtro pro grege ſemper agit.
Manlius loc. com. p. 720.
Tempus edax rerum: nos & terit omnia Tempus:
Nos terimus Tempus: jam ſumus ergò pares.
Ovven. l. 2. epigr. ad D. Neville. 171.

Sola temporis poſſeſſione ſemel amiſſa, nulla humana vigilantia, aut induſtria, nulla fortunæ ſecundioris gratia, nullo auri & argenti cumulo, nullis neque, ne Cræſi quidem opibus vel pecuniis, redimi aut reduci poteſt, quippe cum impoſſibile ſit, diem eſſe ſæpius, quæ ſemel fuit. *vide panegyr. Altorf. Freigii, arcu T. b. Embl. Alciat. l. 2. 85.*

LVIII.

LVIII.

Citiſſimè enim & irreparabiliter labitur.

Cuncta fluunt, omniſq́ vagans formatur imago,
Ipſa quoq́ aſſiduo labuntur tempora motu,
Non ſecus ac flumen; neque enim conſiſtere flumen
Nec levis hora poteſt, ſed ut unda impellitur unda,
Urgeturq́ eadem veniens, urgetq́ priorem:
Tempora ſic fugiunt pariter, pariterq́ ſequuntur,
Et nova ſunt ſemper, nam quod ante, relictum eſt,
Fitq́ quod haud fuerat, momentaq́ cuncta novantur,
Ovid. l. 15. Metamorph.

Veniet tempus, & quidem celeriter, & ſive retardabis, ſive properabis: volat enim ætas. *Cic. l. 1. Tuſcul. quaſt. fol. mihi 408.*

LIX.

Hominis & Roſæ caducitas.

Ecce Roſis ſimiles homines, quas tempore verno
Una dies naſci vidit & una mori.
Aurorâ Roſa floreſcens, heu veſpere ſero,
Non Roſa quærenti, ſed rubus aſper erit
Ut Roſa manè viget, tamen & mox veſpere languet,
Sic modo qui fuimus, cras levis umbra ſumus.
Roſenberg. rhodol. l. 2. c. 2.
Quam longa una dies, ætas tàm longa Roſarum,
Quas pubeſcentes juncta ſenecta premit.
Quam modò naſcentem ruribus conſpexit Eous,
Hanc rediens, ſero veſpere, vidit anum.
Minderer præfat. aloëdar.

Vide infra part. 65.

Digitized by Google

LX.

Senectutis incommoda.

Quid de Senectutis incommodis ac miſeriis loquar? quas plurimas eſſe & graviſſimas, & nomen ipſum, languoris, calamitatisque pleniſſimum, indicat, & aſpectus ipſe ſenum hominum patefacit? quid eſt enim aliud ſenem videre trementem, incurvum, canum, imbecillum, infirmum, quàm cernere morientem vivum, aut viventem mortuum.

Cic. de min. luctu. fol. mihi 14.

vide Anton. Riccob. judic. fol. 119.

LXI.

Triſtis Senij figurata (ſed elegans) deſcriptio.

Memento ô juvenis, inquit Salomon in Eccleſiaſte c. 12. v. 1. Creatoris tui, cogita te ortum habere, non à temetipſo, nec ex fortunæ caſu, ſed Deum te creâſſe, ut ipſi ſervias, & ipſum ut Patrem honores. Malach. c. 1. v. 6. Sic enim ſymbolo profiteris: Ego credo in Deum, patrem omnipotentem Creatorem.

Non autem exiſtimes, ſatis eſſe, ſi de ortu & creatione, atque Creatore tum demum cogites, cùm mors & interitus appropinquaverit: ſed in juventute tuâ de his cogitabis: ratio, quia ubi conſenueris, accedent anni, quos dices, tibi non placere. Tantis enim tùm gravabere malis & incommodis, ut de Creatore difficiliùs cogites, quàm dum es juvenis. Senectus enim per ſe morbus, multum te affliget. Quid igitur incommodi fert ſenectus, quo minus tùm poſſim optimam

mam habere occaſionem cogitandi de Deo Creatore? Audi. Depingam tibi ſenem & tremulum.

1. Sol & Luna, Lux & ſtellæ obtenebreſcunt. Lux lætitiam, tenebræ triſtitiam afferunt: & idem etiam Scriptura intelligit. Joël. 2. v. 2. ſicut Germ. prov. etiam nos dicimus: Es will kein Stern da ſeyn. Ita enim in ſenectute omnia ad triſtitiam vergunt. Senibus enim multa adverſa accidunt: valetudo corporis eſt afflicta: indies verò novum dolorem ſentiunt: non amplius negotia ſua, ut vellent, expedire valent: non ita coluntur & amantur, ut juniores: à multis contemnuntur. Etſi maximè rectè & reverenter tractantur, tamen propter animi ægritudinem, facilè dictum aut factum aliquod in deteriorem partem & in ſuam contumeliam accipiunt. Sonn/ Mond und Sternen werden finſter/ das iſt/ Witz/ Verſtand/ Vernunfft/ Rath und Anſchläge zerrinnen/ dann die Alten werden zweymal zu Kindern.

2. Poſt pluviam denſæ recurrunt nubes. Alia aliam excipit calamitas. Diſtillationes ferè continuas ſentiunt. Prov. dicitur, ein Alter hat alle Tag newe Zeitung. Semper novi accedunt morbi, prioribus vix ſuperatis, & fluctus fluctum conſequitur. In ſenibus enim, non eſt tanta viciſſitudo triſtitiæ & gaudii, ut in juvenibus. Hi enim, ubi calamitas aliqua præterierit, iterum exultant, & oſtendit ſe illis poſt imbrem & nubila Phœbus. Illi verò etiamſi triſtis aliquis caſus abierit, tamen reſidet in animo ægritudo; ac ſi pluvia quidem ceſſet, ſed tamen cœlum maneat nubibus obductum & triſte. Kommen die Wolcken nach dem Regen. Denn Feuchtigkeit/ ſo zum Haupt geſtiegen iſt/ macht Flüſſe/ die fallen wieder herab auff die

Glie-

Digitized b

Glieder/ daher die Alten mit Huſt und Catarrhen ſehr viel belegt ſeyn. v. 2.

3. Cuſtodes domûs tremunt. Manus & brachia, quæ alioquin defendunt, hominem & labores ſuſtinent, jam ſunt infirma & tremula, nec faciunt officium. (Multi autem ante ſenectam ſibi hoc malum intemperantia accerſunt.) Zittern die Hüter. Das iſt die Händ beben und zittern/ dann mit den Händen behütet ſich ein Menſch.

4. Fortes nutabunt. Pedes qui geſtare totum corpus debebant, jam nutare incipiunt, ut baculo opus ſit, gradum ſenis juvare. Statura quoque corporis ſiccitate contrahitur, ut oſſa incurvata videantur. Die Starcken krümmen ſich. Das iſt/ die Knochen können nicht mehr den Laſt über ſich tragen. v. 3.

5. Molitrices otioſæ ſunt. Edentuli enim plerumque ſunt ſenes, & non poſſunt amplius, ſi maximè velint, omnis generis cibos manducare. Dentes igitur ocioſi, quia pauci, & longè ab invicem diſtantes. Sæpè enim magis inde dolorem, quàm commodum ſentiunt ſenes. Quare pulmentis & potu ferè ſolo, corpuſculum aridum ſuſtentant. Die Müller ſtehen müſſig / dann die Zähne fallen auß / und die Alten können nicht wol beiſſen/ und die Speiſe zermalmen. Dann wie die Mühlen das Korn zermahlen / alſo zermahlen die Zähne die Speiſe.

6. Videntes per feneſtram obtenebreſcunt. Oculi caligabunt, ut vix præſentiſſima aſpiciant. Oculi enim fient quaſi retracti, non prominentes, maximè proſpiciunt per feneſtras, ſeu per foramina, quæ ſunt in Calvaria. Iſaac *Gen. 27. v. 1.* Ahia *1. Reg. 14. v. 4.* Die Fenſter werden dunckel/ verſtehe die Augen: dann daher

her müſſen die Alten / der Augen-gläſer oder Prillen ge-
brauchen.

7. Claudentur oſtia in platea. Labia occluſa erunt, per quæ egreditur, tanquam ex platea, quicquid eſt in corde humano. *Matth. 15. v. 11.* Senes autem nec poſſunt, nec habent amplius multum loqui. Quia vox molitricis exilis. Vox ſenibus infirma & humilis eſt, ut non amplius clarè loquantur. Die Thür auff der Gaſſen wird geſchloßen / dann die Lippen / Zunge und Lufftröhre wollen nicht mehr ſo ſtarck lauten wie in der Jugend.

8. Expergiſcitur ſenex ad vocem aviculæ. Senes facilè à ſomno, (qui propter ventriculi cruditatem vel cerebri ſiccitatem eſt leviſſimus) excitantur, cùm juvenis tubâ ſonante vix excitetur interdum. Sie erwachen auch / wann der Vogel ſingt / und ſeind Schlafflos. *verſ. 4.*

9. Incurvantur filiæ cantus, Aures audientes alioquin cantica & ſuavem melodiam, obſurdeſcunt ſenibus: ut nec percipiant ſonum, nec delectentur amplius concentu muſico. Barſillai. *2. Sam. 19. v. 35.* fiunt enim flaccidæ & pendulæ. Die Tochter des Geſangs ſeind die Ohren: die hören nicht mehr ſo ſcharpff. Darum müſſen ſie ſich bucken / und dem der da redet zuhalten / daß mann ihnen ins Ohr ruffe.

10. Excelſa timent, & formidant in via. Senes alta loca conſcendere metuunt, & lento incedentes gradu, timent leviſſima quoque offendicula in via, & lapſus metuunt. Meticuloſi ſemper incedunt, via plana illis aſpera & quivis lapillus inſtar montis eſt. Auch ſchewen ſie die höhen / das iſt / das Haupt und die

Schul-

Schultern/ welche am Menſchen das höchſte ſeyn / die leben nicht anders/als förchten ſie ſich. v. 5.

11. Floret Amygdalus. Caput caneſcit & inſtar florentis amygdali, capilli capitis & barbæ apparebunt. Der Mandelbaum blühet. Dardurch werden grawe Haar verſtanden.

12. Onerabitur locuſta. Incurvantur coxæ & ſpina dorſi, ad modum incurvatæ locuſtæ, vel creſcit in cute calloſa durities, quaſi locuſtæ cruſta fiat. Die Häwſchrecken werden beladen. Dardurch werden abgebildet/ die magere Schenckel / welche nur Haut und Knochen ſeyn/ gleich wie die Häwſchrecken/ die werden alſo beladen / daß ſie den Cörper kaum heben können.

13. Abiit deſiderium, id eſt, non amplius viget appetitus cibi & potus, aliarumque ſimilium rerum. Alle Luſt vergeht/ zu eſſen/ zu trincken. Zu weltlicher Freude haben ſie kein luſt mehr.

14. Rumpitur funiculus argenteus. Senes non amplius aluntur cibo & potu, quæ aliàs quaſi funiculus, animum & corpus connectunt. Prov. enim dicitur: Eſſen und trincken iſt der Neſtel / der Leib und Seel zuſammen hält. Der Silberſtrick kombt weg / das Marck im Ruckgrad wird verzehrt *v. 6.*

15. Decurrit ſcaturigo aurea. Humidum radicale paulatim deficit, & extinguitur calor naturalis. Sicut lampas deficiente oleo extinguitur. Die guldine Quell / das iſt/ das Blut in den Adern wird gering.

16. Urna putei conteritur. Ventriculus, qui alioquin haurit cibum & potum, non amplius poteſt concoquere id, quod accepit, ſed inſtar urnæ confractæ cibum rejicit.

17. Tandem & rota putei confringitur. Jecur aliàs (inſtar

Digitized by Google

(inſtar rotæ extrahentis aquam ex puteo) quod optimũ eſt, ex cibo & potu, ex ventriculo extrahit & diſtribuit alimenta. Jam verò non amplius facit officium, & ſic non poſſunt vires hominis refici, ideoque planè concidunt. Der Aymer und das Rad zubricht am Brunnen / das iſt / Hertz / Magen / Lung und Leber / wöllen nicht mehr ihr Ampt thun. Der Magen iſt der Brunn / der Aymer iſt die Leber / das Rad iſt die Lunge und das Hertz: Der Magen däwet übel / die Leber machet nicht gut Geblüt / ſo kan auch das Hertz daher nichts gutes erſchöpffen.

D. Lutherus, D. Lucas Oſiander ſen. D. Cramerus in comment. l. c. F. Bidenbach. prompt. exeq. part. 1. claſſ. 2 them. 32.

LXII.

Inſtabilitas rerum mundi.

Omnia ſunt mundi, quaſi bulla caduca rotundi,
In pratis ut flos, ſic perit omnis honos.
Corpora putreſcunt hominum, poſt funera creſcunt
Serpentes: vitam quare homo cerne tuam.
Manlius loco citat.

LXIII.

Mundi figura.

Orbis ut orbita volvitur, incita turbine miro,
Ut rota volvitur, indeque pingitur, ut rota mundi.
Irritus eſt, ratus, inſtabilis ſtatus eſt, ſtatus ejus.
It, redit, ut mare, deniq; nunc malè, erat ſibi pejus.
D. Cramer. loc. cit.

LXIV.

Mundi inanitas.

O Munde! Munde! nuci caſſæ & te comparo & habeo, quam cum veritatis dente frango & aperio, nihil intus invenio, quàm vanitatem, quàm inanitatem. Inſtabilia ſunt omnia tua, Homines, Animalia, Fontes, Flumina & ipſa Maria, nec non cœlorum, Terrarumque pariter orbes; in ſumma, quicquid eſt rerum, quicquid oritur, id viciſſim brevi mutari & aboleri neceſſe eſt, præter rerum omnium parentem, Deum.

O Munde! Munde! quantò es blandior, tantò es periculoſior; cum arrides, fallis & miſerè decipis. Bona & dona tua monſtras, porrigis, das, adimis, fruſtras. Quicquid in te boni eſſe videtur, aut eſt præſens, hoc eſt inſtabile: ſi præteritum, jam eſt nihil; ſi futurum, eſt incertum. Tranſibis & interibis & Tu, cum concupiſcentia, totaque tua pompa & gloria.

Una dies dabit exitio, multoſq; per annos,
Suſtentata ruet moles & machina mundi.

Et nos mortales fluidi ſumus, caduci & omnibus obnoxii caſibus, & cum tempore, aquarum inſtar in alveo, rapimur;

Omnia tranſibunt, ſic ibimus, ibitis, ibunt,
Ignari, gnari, conditione pari.

Et ipſe ego, dum meditor iſta mutari, mutor, & tempus iſtud, in quo rerum omnium ortus contemplor & conſidero, alteque philoſophor, dum vitæ meæ datur, eripitur. Ego ipſe, qui hæc contemplor, meditor, philoſophor, atque eloquor, poſt paucos aliquot

So-

Soles, vel Lunas, aut hebdomadas, ſive clepſydras, pulvis, umbra.

Elver. deambul. vernal, 59. p. 61.

LXV.

Omnia caduca.

Cui naſci contigit, mori reſtat, inquit Seneca *ep. 99.* &, ut Ovvenus canit; *ad D. Eboracenſ. lib. 3. epigr. 69. & ep. 247. ad D. Stuardam.*

Humanum in terris nihil eſt, quod non ſit humandum,
avolat hinc animus, cætera ſorbet humus.
Pendentes agimus vitas, in littore mortis.
Tàm propè mors vitæ eſt, quàm propè margo mari.
Una ferè res eſt Homini, mors vitaq́ue: ſicut
Efficiunt unum terraq́ue & unda globum.

Incipimus tunc mori, (inquit I. Picus Mirandula) cùm primùm incipimus vivere, & mors cum vitâ protenditur. Ut enim Roſa pulcherrima, etiam recentiſſima & vix nata denaſcitur ac defloreſcit: ita tenellus homuncio, quandoque, dùm oritur, moritur; quandoque etiam, quod miſerandum, antequam naſcatur in ipſo materno utero, denaſcitur, & anguſtum ſepulchrum potius, quam auguſtum hujus mundi theatrum, ingreditur. O ſpes omnium hominum vanas! O vanitates inſpiratas! quis non & longævam & felicem vitam pariter ac fortunam, dum ſpirat, ſperat, immemor inevitabilis mortalitatis; cùm tamen nil aliud Homo ſit, quam ros matutinus & roſa veſpertina, flos una dieculâ, imò eâdem horulâ & florens & marceſcens. Quod Poëta quidam profeſſus eſt elegantiſſimo hoc dyſticho:

Nosquoq; floruimus, ſed flos fuit ille caducus:
Flammaq; de ſtipula noſtra brevisq; fuit.
Roſenberg. rhodol. l. 1. c. 14. part. 25.
Vide ſupr. part. 59.

LXVI.

Alloquium ad Heraclitum & Democritum Philoſophos.

Quare, nunc ô Heraclite, luge & defle humanæ vitæ incommoda acriùs: hoc enim noſtro tempore, longè pluribus, quàm unquam antea, malis & miſeriis redundat. (*a*)

Imò, tu Democrite, nunc extolle riſum in cachinnum usque: mundus etenim ridiculus magis, multoque ineptior factus eſt. In pejus indies omnia ruere: ſed & ſtultitiam ac dementiam hominum, mirum in modum augeri cùm videam, & altius animo volvam, dubius profectò ſæpenumero hæreo, an cum Heraclito in gemitus & lachrymas, ſeu potius cum Democrito totus in riſus ſolvar. (*b*)

Plus ſolito humanæ nunc defle incommoda vitæ
Heraclite, ſcatet plurib. illa malis.
Tu rurſus, ſi quando aliàs, extolle cachinnum
Democrite, illa magis ludicra facta fuit.
Interea hæc cernens, meditor, quô deniq; tecum
Fine fleam, aut tecum quomodo ſplene jocer. (*c*)

a) *Heraclitus Philoſophus fuit Epheſius: libros compoſuit de induſtria adeò obſcuros, ut vix à quoquam etiam doctiſſimo & plurimùm inſudante, intelligi potuerint, ideoq; tenebricoſus cognominatus fuit. Is, præſertim, domo egrediens, ſemper plorabat, ſibi enim omnia mundana, nonniſi miſeria videbantur & anguſtia.* b) *Democritus*

tus ex Thracia erat, in omni Philoſophia genere magnâ cum laude verſatus, qui tandem, (teſte Cic. l. 5. Tuſcul. quaſt.) ſemetipſum obcæcavit, ut promptiores & ſubtiliores deliberationes haberet, ad inveſtiganda natura ſecreta. Hic omnes hominum actus, tanquam ineptias, & ludicra continuò ridebat, de quo etiam Gellius l. 10. c. 17. Horum quoq; meminit, Cicer. l. 4. Academ. & Diogen. Laert. in vita Philoſ. c) *l. 1. epigr. Grae. Alciat. l. 1. embl. 96. Sebaſt. Stockam. in comment.*

Ovven. l. 2. epigr. ad D. Neville. 46.

Ille nihil niſi riſit; & iſte nihil niſi flevit;
Iſtene ridendus, flendus an ille magis?
l. ad Rog. Audoen. epigr. 58.
Temporis iſte ſui caſus & crimina flevit,
Riſit ſtultitiam Temporis ille ſui.
Semper erunt miſeri mortales, ſemper inepti,
Hinc hic æternum rideat, ille fleat.

LXVII.

Omnia vanitas.

Defleret mores, ſi viveret, Heraclitus;
Noſtraq; rideret tempora Democritus.
Quanquam ad ridendum curas & inania mundi,
Splenis Democritus non ſatis unus habet.
Ad caſus hominum lachrymarum rore rigandos,
Heraclite oculi non ſatis ambo tui.
Audoen. ad D. Neville. l. 3. epigr. 146.

LXVIII.

Fatalis naſcendi pereundiq; gyrus.

Gramina, Herbas, Flores & Folia, brumali tempore

Digitized by Google

recadunt, pereunt, putreſcunt, vermes & pulices aboriuntur: utcunque omnia, quæ ex terra creſcunt, brevi itidem decreſcunt: ſic cuncta, quæ ſub cœlo oriuntur, iterum aboriri, & cuncta, quæ ſub ſole naſcuntur, iterum & brevi denaſci, neceſſe eſt. Obſervávimus cuncta, quæ vivunt, vigent & ſunt, vitam & vigorem accepiſſe, cum mortis exceptione, etiam tempus gyrare, tempus rotare, cuncta volvi & revolvi, cuncta gliſcere & degliſcere, in hoc orbe & ordine, ab initio rerum, uſque ad noſtra ſecula, invicem verſa, in futurumque verſum iri, incipere, creſcere, florere & decreſcere, perire. Cuncta in ſe remeant, nec extinguuntur, ſed vicibus deſcendunt & reſurgunt.

Æſtas abit, ſed alter annus illam reducet: Hyems redit, referent illam ſui menſes, ſuæ Lunæ, Sol cæteraque coruſcantia aſtra; micantesque ſtellæ omnes, quicquid hodiè prætereunt, brevi repetunt. Videmus noctem obruere Solem, & ipſam ſtatim diem abigere, Truditur hora horâ, dies die, menſis menſe, annus anno, ſæcula ſæculis,

Eadem ratio eſt rerum omnium, in illis horis, diebus, annis, ſæculis, pervenientium. Exoriens reddit aliud aboriens, ſuppullulans pellit & perdit florens, generatum fugat vigens, corrumpitq; & in nihilum vertit. Quoties ego flumina intueor, ilicò hæc verba mihi in linguâ: corpora noſtra fluminum more rapiuntur, totumque noſtrum vivere, cum tempore currere, dumque datur, (ô mirum & miſerum!) eripi.

Elver. ambul. vernal. 58.

LXIX.

by Google

LXIX.

Providentiâ divinâ everti Reſpublicas.

Temporum vices verti vides, ita & Reſpublicas. Perpetua iſta in omnibus rebus lex eſt, ut ad ſummum productæ rurſus ad infimum, velocius quidem, quàm aſcenderunt, relabantur. Natura hoc, quod vides regnum, mutationibus temperat: nubilo ſerena ſuccedunt, turbantur maria, cùm quieverunt: flant invicem venti: noctem dies ſequitur: pars cœli conſurgit, pars mergitur. Contrariis rerum æternitas conſtat. (*a*) Inter peritura vivimus, in eum intravimus mundum, in quo his legibus vivitur. (*b*) Flores, odoresque in diem gignit natura, magnâ ut palam eſt admonitione hominum, quæ ſpectatiſſimè floreant, celerrimè marceſcere. (*c*)

Idem de Rebuſpublicis, quod de earũ Incolis dico: nihil publicè ſtabile eſt: tàm Hominum, quàm Urbium fata volvuntur. Quæ domeſticis bellis ſteterant regna, quæ externis, impellente nullo ruunt, (*d*) circumagi & velut in orbem recurrere, fortuna verſante rotam, videntur. Uſque adeò, nil ſibi quiſquam ſpondere poteſt firmum & ſtabile. (*e*) atque

Omnia mortali mutantur lege creata. (*f*)

O mira & nunquam comprehenſa neceſſitatis lex! (*g*) ad hanc legem animus noſter aptandus eſt; hanc ſequatur, huic pareat: & quæcunque fiunt, debuiſſe fieri putet, nec velit objurgare Naturam. Optimum eſt pati, quod emendare non poſſis: & Deum, quo auctore cuncta proveniunt, murmuratione non irritare. (*h*)

— — — cede tempori
Deoq́; rebus omnibus
—— Viciſſitudo debita; hae mori vides
repente, at illa oririer.
Neceſſitati ut obſequare, te monent
Tot urbium cadavera.
Ferire viſa vertice ante quæ ſuo
Poli utriusq́; cardinem:
Ubi illa jam imperare ſueta Regibus,
ſuperba ſeptimontium?
Ubi Mycenæ? ubi incluta Urbs Agenoris,
Corinthos, Argos, Ilium?
Minuta, magna, ſumma & ima reſpice,
perenne ſub polo nihil. (i)

Igitur Deum, ut Rerum publicarum fundatorem benignum, ita everſorem juſtum agnoſcimus. Manus Tua Domine gentes diſperdit, & plantaſti eas, affixiſti populos & expuliſti eos (k) Tu ſolio regali imponis Reges, eoſdemque inde deturbas, (l) Tu Regnis terminum conſtituis, Tu certos naſcendi, pereundique limites ponis: concede clementer, Tuam inexhauſtam ſapientiam, bonitatem infinitam, juſtitiam ſupra omnem humanum captum, nobis exinde agnoſcere, eamque ſummis poſſe efferre præconiis. (m)

a. h) *Seneca ep. 107.* b. d) *ep. 91.* c) *l. 21. cap. 1.* e) *Seneca in Octav.* f) *Manil. 1. Aſtron.* g) *Lipſ. l. 1. de conſtant. c. 16.* i) *Ianus Douſa.* k) *Pſalm. 44. v. 3.* l) *Daniel. c. 2. v. 21.* m) *G. Schönborn. l. 7. polit. c. 1. fol. mihi 680.*

Es iſt nichts beſtändigs in der Welt/und weñ der Cir-

cul

cul umb iſt/ ſo müſſen auch groſſe Stätte/ ja Länder/ Fürſtenthumb und Königreich herunder / wie dann nicht allein Tyrus / ſondern auch ihre Töchter Lepris, Utica, Carthago, die von ihr als Töchter entſproſſen/ mit untergangen ſeyn / dann es iſt alles Eitel und jammer / und nichts mehr under der Sonnen. *Eccleſ. cap. 2. verſ. 11. Cramer. Comment. ad verſ. 5. cap. 26.*

LXX.

Mutatio mirabilis, ſingulis annis quingentis in Republica.

Mirum quoddam in Hiſtoriis obſervatur: nempe quòd ſingulis penè D. annis magnæ in politiis mutationes factæ ſint.

Aſſyrii annos D. tenuerunt Aſiam: poſtea Aſſyriis excuſſis, Medi illam occupârunt.

Regnum Athenarum duravit annos CCCCXC. inde à Cecrope, uſque ad Codrum: ab eo tempore Monarchia in Democratiam mutata eſt.

Totidem annos quoque floruit Lacedæmoniorum Reſpublica, quæ in formam certam redacta à Lycurgo, concidit ſub Alexandro Magno.

Anni ſunt D. ab expulſis Regibus Romanis uſque ad Auguſtum Imperatorem, ſub quo demum Monarchia ſtabilita, cùm priùs populus Romanus forma politiæ, ex Ariſtocratia & Democratia mixta, gubernaretur.

Anni circiter D. intercurſant, ab eo tempore, quo Conſtantinus ſedem Imperii tranſtulit Conſtantinopolim, uſque ad tempora Caroli Magni, ſub quo Im-

perium diviſum, & Aquila, quæ ante uno capite, biceps, ſeu monſtrum eſt facta.

A pugna Actiaca, quâ quam maxime Auguſto confirmatum fuit Occidentis Imperium, uſq; ad Valentinianum ultimum Imperatorem Romanum, ſimiliter numerantur anni D. Hic eſt Valentinianus III. ultimus occidentis Imperator, uſque ad Carolum M. licet multi poſtea Imperatores nominari voluerunt, qui tamen Italiæ vix exiguam partem tenuerunt.

Sanè providentia DEI gubernans omnia, rebus humanis certos præſtituit terminos ac modos, nihilq; in iis ſtabile eſſe voluit, ut ſortis noſtræ memores, non ſuperbiamus, & ad bonum immotum, quod Deus ipſe eſt, perpetuò aſpiremus.

Lignaridus oblect. academ. c. 29.

Die groſſe Verenderungen der weltlichen Regimenten geſchehen nicht ungefähr/ ſondern auß der Göttlichen Majeſtät Raht und Fürſehung. Denn der kehret die Stüle der Königreich umb / *Hagg. cap. 2. verſ. 23.* dazu Ihme dann Vrſach gegeben wird durch die Sünden. *Prov. cap. 28. verſ. 2. Sapient. cap. 6. verſ. 1. Eſai. c. 24. verſ. 6.* welches an den groſſen Verenderungen der vier Monarchien zuſehen/ wie je eine der andern die Flügel außgeraufft / die Zähne außgebrochen / die Köpffe abgebiſſen / und die Hörner abgeſtoſſen habe. Vnd darzu hat GOtt ſeine Schmiede / welche den unbändigen tyranniſchen Thieren die Hörner abſchlagen müſſen.

D. Cramer. commentar. ad v. 18. & 20. cap. 1. Sachar.

LXXI.

Cœlum & Elementa converti, aliquando in-teritura.

Æterna lex à principio dicta omni huic mundo, naſci, denaſci; oriri, aboriri: nec quicquam ſtabile, aut firmum arbiter ille rerum eſſe voluit, præter ipſum:

—— —— Uni Deo
nunquam ſenectus atra, nec mors imminet,

exclamat Tragicus vates Sophocles.

Omnia iſta quæ ſuſpicis, quæ miraris, vicibus ſuis, aut pereunt, aut certe mutantur.

Solem illum vides? deficit. Lunam? laborat & tabeſcit. Sidera? labuntur & cadunt. Et utut velet aut excuſet hæc ingenium humanum: evenêre tamen cœleſti illi corpori & evenient, quæ Mathematicis legem omnem frangant & mentem.

Cometas omitto, varia formâ, vario ſitu & motu: quos omnes ab aëre & in illo eſſe, haud facilè mihi imponat Lycæum: ſed ecce nuper negotium Aſtrologis fecere novi quidam motus deprehenſi, & novæ ſtellæ.

Sidus exortum hoc ipſo 1572. anno (quod ſupra omnem elementarem regionem fuiſſe, peritiſſimi Mathematicorum conſentiebant) cujus incrementa & decrementa clarè obſervata; vidimusque (difficulter creditu) in cœlo ipſo aliquid naſci, poſſe & mori.

Proximum cœlo aërem aſpice, mutatur cottidiè: & in ventos abit, nubes & imbres.

Tranſi

Tranſi ad aquas. Flumina illa quæ perennia dicimus, & fontes aliàs periiſſe videbis, aliàs alveum mutaſſe & curſum. Ipſe ille Oceanus, magna & arcana Naturæ pars, modò tempeſtatibus attollitur, aut dejicitur; & utut eæ non ſint, ſuos habet aquarũ acceſſus & receſſus, atque ut interire eum totum poſſe cenſeas, creſcit, minuiturque cottidie per partes.

Jam ſi Terram intueris, quam unam immobilem voluerunt, & vi ſua ſtare: ecce illic labat & tremore, atque occulto ſpiritu concutitur: alibi aqua corrumpitur, aut igne. Pugnant enim & hæc inter ſe: ne ultra bella inter homines tantùm eſſe indignère, ſunt inter Elementa ipſa.

Diluvies maris ſubita, inundatioque, quot terras imminuit, aut abſorpſit? olim magnam illam Atlantidem Inſulam, (nec enim meo animo fabula eſt) poſtea Helicen, Buren: & ne ad vetera aut remota eamus, apud nos Belgas, Patrum ævo (in Zelandiæ partibus) duas Inſulas, cum oppidis viriſque. Quin jam nunc, cum maximè cærulus ille Divus, novos ſibi ſinus aperit, lambens cottidiè & abrodens infidum marginem Friſiorum, Canunefatum, Couchorum.

Nec Terra ipſa muliebri ignavia ceſſat: ſed interdum ſe vindicat & in medio mari Inſulas ſibi facit: mirante & indignante cano illo patre.

Lipſ. de conſtant. l. 1. c. 16.

LXXII.

Omnium rerum viciſſitudo.

Diffugêre nives, redeunt jam gramina campis,
Arboribusque comæ.

Mu-

Mutat terra vices & decreſcentia ripas,
Flumina prætereunt.
Frigora miteſcunt Zephiris, ver proterit æſtas
Interitura, ſimul
Pomifer autumnus fruges effuderit & mox
Bruma recurrit iners.
Horat. l. 4. oda 7.
Magni ſæpè Duces, magni excidere Tyranni,
Et Thebæ ſteterant, altaq; Troja fuit.
Propert. l. 2. eleg. 9.

Nullum imperium æternum, nulla urbs, nulla Babylonia aut Roma, nullæ Thebæ, nullæ Venetiæ. Itaque omnes urbes, omnia Regna, quæ hodie decora, quæ florentia, quæ potentia, ubi fuerint, aliquando quærentur, ſed non invenientur. DEUS eſt, qui Babilonicum, Perſicum, Macedonicum, & Romanum, omniumque in orbe ſumma imperia oriri voluit & ſtabilivit, idem ille, qui dejecit, in nihilumque vertit. Quid illa omnia nunc, aut ubi ſunt? ubi cum ſeptem illis ſtupendis principalioribus, miracula innumerabilia alia? ubi divitiæ ac deliciæ? ubi opes? ubi opera? obierunt, abierunt, diſceſſerunt, deceſſerunt, præierunt, perierunt, defluxerunt, evanuerunt: omnia illa nunc ſunt ſomnium, umbra, nihil.

Elver. deambul. vern. fol. 53. & 52.

Sed ſatis miſeriarum eſt.

LXXIII.

Sitis catarrhi hoſtis.

Sitis præcipuum remedium catarrhi, ego ſanè in meipſo non majus remedium deprehendi, ſæpè incur-

currit me tenuis acerque catarrhus, ab omni potu abſtineo integro triduo, ita evado, ita ſitiendo ſiccor, antea plurimis diebus, cùm id ignorarem, affligebar. Qui hoc non poteſt agere, bibat aquam decoctionis farfaræ.

Heurn. de capit. affect. c. 30. fol. mihi 344. b.
vide cent. 13. part. 63. & ſeqq.

LXXIV.

Caupones quare ſitibundi?

Quare Caupones & vini potentis & vaporoſi bibaces, ſemper magis ſitibundi fiunt? quia vinum ſuperfluè ſumptum, non digeritur, unde eorum membra nullum, vel paucum recipientia nutrimentum, areſcunt, & novi potûs indigentia fiunt.

LXXV.

Quare Sitis pharmacis calidis & ſiccis curatur?

Quare ſitis per pharmaca laxativa, quamvis ſint calida & ſicca, interdum removetur, cùm potius augeri deberet? quia bilis, & humor ſalſus, putriduſque, qui cauſa eſt Sitis, evacuatur, hinc itaque remota cauſa, effectum ceſſare, non eſt inconveniens.

LXXVI.

Quare ſitis vino calido compeſcitur?

Quare Sitis, à caliditate & ſiccitate conflata, cùm habeat objectum frigidum & humidum, vino cali-

calido compeſcitur? quia vinum, actu frigidum & humidum penetrativumque eſt: inſuper quia bibitur maxima cum voluptate, & facultatem roborat concoctricem, nutrit, humidum reſtaurat deperditum, præterea communiter aqua admiſcetur.

Leon. pract. l. 1. ſect. 3. c. 12.

LXXVII.

Non ſitientes, cur balneum ingreſſi ſitimus?

An humidiores & ſiti omni vacantes, à balneo ſitiunt humore iis per ſudorem abſumpto, ſiccaſcentibus internis & æſtuantibus?

LXXVIII.

Sitienloſi balneum ingreſſi, cur ſitire deſinimus?

An Siti ex ſiccitate nata, ſiccioris habitus homines, ſiti abſolvuntur, balneum ingreſſi, partibus internis, ſitim cauſantibus humefactis.

LXXIX.

A longâ validâq; exercitatione, cur Sitis, frigidâ non ſedatur?

An quia reſiccatis ſolidis, aqua utilem madorem reſtituere nequit? an dilutum vinum poteſt, quoniam vim alimenti obtinet, ad recreandas partes advehens.

Ruland, l. 2. probl, 226. & 101.

LXXX.

LXXX.

Germana veritas.

Merſum in neſcio quô verum latitare profundô
Democritus, nemo quod reperiret, ait.
Si latet in vino verum (ut proverbia dicunt)
Invenit verum Tento, vel inveniet.
Ovven. ad D. Neville, l. 1. epig. 18.

Huic reſpondet Michaël Majer, in vero invento Germaniæ:

Sis vates, fatuusve licet, verum Ovvene dicis
Invenit verum Teuto, ſed abſq; mero.
G. G. A. L. in gymn. de exerc. Academ. pag. 302.

Qui Germanorum bibacitatem arguunt, de vehementiori illorum ſiti nihil dicunt, nec cogitant, temperatiorem eum eſſe, qui ſic exigente natura & urgente ſiti plus bibit, quàm qui minus, ſed ultra naturæ modum haurit.

M. Berneg. dodec. 5. Germ. Tacit. quæſt. 10.

LXXXI.

Monſtrifica ſitis.

Qui ob inexplicabilem illam & inexhauſtam potandi cupiditatem, vitam immaturè relinquunt, ſtudioſeque irritamenta exquirunt, quæ in ſiticuloſam voraginem eos demergant, diligentiori, ajunt, potu potum provocari, non aliter ac ſomno ſomnum, ideoq; nocturnas potationes, veſpertinasque, promtiores & paratiores ad diurnas reddere, perſuaſiſſimum habent. Bibendi enim conſuetudo aviditatem auget, monſtrificamque ſitim comparat, adeò ut

ut lecto ſe committentes dormituri cantharos vini plenos, aut lagenas condormire & aſtare velint, digniſſimi ſanè qui mediis in undis æquoris immerſi, Tantali inſtar, perpetua ſiti excrucientur.

LXXXII.

An expediat cœnam claudere ſeu terminare potu, ein Schlafftrunck thun?

Portentoſis commeſſationibus dediti, ſi cœnâ potu non clauſerint, craſtinâ lucem ſe non aſpicere, nec jecoris, pulmoniſque vitia, ac tabitudines effugere poſſe perſuaſum omnino habent. Quia & generoſum hodie ducitur & præclarum, ſtrenuè & quidem ſtando, potu cœnam finire, præſertim in Magnatum Aulis, in quibus, quò quis exiſtit bibacior, eò cenſetur generoſior. Et nemo æſtimatur pluris, quàm qui egregium cenſum Domini ſui mergit. Imò quod mirari meritò quis poſſit, ejusmodi de grege Epicureo porci, ſtrenuique calicum gurgites, non infimum obtinere locum cernuntur. Certè eouſque crevere immanes illæ propinatioes, atque monſtrificæ potationes nocturnæ, ut cellæ vinariæ inde exhauriantur, corporis animiq; vires enerventur, aſotique illi, qui in menſam vomentes de conviviis (*a*) auferuntur, crudique poſtridie, ſe rurſus ingurgitant, funeris ante diem miſerè pereant.

Veterum autem fuiſſe morem, poculo quodam certo, ſive propinatione cœnam claudere, ſeu terminare, idque partim religionis, ſive ſuperſtitionis potius, partim amicitiæ ergo, paſſim apud Autores traditur. Hujusmodi poculum appellârunt pocu-

lum ὑγιείας, forſan boni ominis ergò, quòd illud ſibi invicem bonæ valetudinis ergò propinabant. (*b*)

Verùm ſcire oportet, eum cujus ventris os laxum eſt, aut cujus caput ex vini potu compatitur, egere cibo quopiam aſtringente poſtremo loco, quem non ſequatur potus. Quorum autem venter ſiccus eſt, aut ſiti moleſtantur, non longè à cibo bibere debent, ſed parùm ad finem menſæ. Sic etiam iis, quorũ nulla prava adeſt ventriculi affectio, convenit finito prandio aut cœna, parùm vini, ſi ita aſſueverint ſumere, ut poſtremus ille cibus è gula deſcendat, liquetur, commiſceaturque aliis cibi partibus. (*c*) Si quis verò largiter biberit poſt cœnam, cibi illicò innatant, ita ut eos ventriculi corpus, propter interjectum humorem non contingat. Præterea utendum ſemper potu eſt, ad deſiderio ſatisfaciendum, & ut cibus nec ſit in ſicco, nec fluitet, ſed moderato potu madeſcat. (*d*)

a) *Cicero l. de finib.* b. d) *Goglen. F. de pror. vita, p. 616. 619. & 623. Theophr. l. de ebriet. Athen. l. 15. Celſ. libr. 1.* c) *Chriſt. à Veg. l. 2. de art. med. ſect. 4.*

LXXXIII.

Inſana ſanitas.

Quæ tibi potarum plus eſt in ventre Salutum,
Hoc minus, epotis hiſce, ſalutis habes.
Contingant utinam tales tibi mille ſalutes,
Non equidem invideo; mi ſatis una ſalus.
Una ſalus ſanis nullam potare Salutem,
Non eſt in potâ vera ſalute Salus.

Opto

Opto tibi multam, nullam tibi poto ſalutem
Eſt potior potâ ſicca ſalute ſalus. (a)

Sunt in exemplis, quos pro ὑγιείας poculo ſorbendo principatum quærentes & gloriam, truncorum ſive ſtipitum inſtar, & velut attonitos, atque reſolutos concidiſſe conſtat. (a)

a) *Ovven. ad D. Neville, l. 2. epigr. 42. & ad D. Ebor. l. 3. epigr. 14.* b) *Gogl. l. c. p. 619. Quid ſanitatis inde ad alios redit, unde ipſemet inſaniam accerſis? Natura paucis eſt contenta, ne ſimus muſcis imprudentiores, quæ ſaturæ recedunt: non ventri, non Baccho, non libidinibus, ſed Deo obſequendum. Deodat. panth. hygiaſt. l. 2. c. 14. pag. 112. Ah quot non dicam corpora, ſed animæ vino ſuffocantur? Iurarim, ne vaſtum quidem ipſum mare, unà cum Nilo, Rheno, Danubio & univerſi orbis fluviis tot homines abſorbere atque abripere. Roſenb. rhod. lib. 1. cap. 14. pag. 117. D.* Sigward. in Laſterpredigten. *p. 104.*

LXXXIV.

Vtrum in unâ urbe poſſint eſſe Antipodes?

Reſp. affirmativè, nimirum Antipodes noſtri helluones, qui habent diem, ſeu lucem, quando nos noctu dormimus: & viciſſim ipſi dormiunt, cùm nos in die ſeu luce operamur.

Franzius l. 1. hiſtor. animal. c. 25.

LXXXV.

Tröſcher und Schmidknecht im Kopff/ *quid?*

Galenus in aphoriſmis, omnem noxam ex vino contractam, κραιπάλην nominat, παρὰ τὸ κάρα (vel

παρὰ τὸ κάρηνον) caput, & *πάλλειν* (*πάλλεσθαι*) hoc eſt, concuti, (*a*) revera enim multis, ex priſtina & heſterna temulentia, tanta ſentitur in capite gravedo, ut cyclopes ſibi in cerebrum migraſſe jurent, qui alternatis illud feriant ictibus, quos dolores Germani non ineptè Tröſcher und Schmidknechte appellant, quaſi *τοὺς πάλλοντας κρᾶτα*. (*b*)

a) *A. Iun. in Lexic. Holler. in Scholaſt. c. 3. l. 1. de morb. intern.* b) *Goglen. l. c.*

LXXXVI.

An noctu ſitientibus bibere conveniat?

Qui noctu bibere appetunt, iis admodum ſitientibus, ſi ſuperdormierint, bonum. Hippocrat. *lib. 5. aphoriſ. c. 27.* Quem explicans Galenus, cenſet omninò dandum potum iis, qui vehementi ſiti torrentur, ſive à penuria & defectu potûs & humidi, ſive ex vini meracioris, uberiorisque hauſtu fuerit provocata. Nam & defectui ſuccurrere confert, illamque quæ facta eſt ex vino, caliditatem aquâ reſtinguere theorema ſalubre eſt, & remedium certiſſimum, eſt enim aqua frigida, maximeque omnium humida. Quòd ſi verò quis modicè, nec adeò vehementer ſitiat, ei potum non eſſe dandum, idem cenſet, ſed conſiderandum, nunquid ex defectu humidi tale quid patiatur, an verò ex nimia vini potatione, ſatisque auxilii ſomnum præſtiturum, qui ſolet concoquere & propulſare, quod ſitim induxerit. Si verò à ſomno excitato, modica ſitis permanſerit, vigilia porrò medebitur. Verùm, qui paucum intus calorem habent, ab immodico frigidæ potu abſtinebunt.

LXXXVII.

LXXXVII.

Somnus quomodo ſitim nocturnam compeſcat?

Somnus ſitim etiam magnam, quæ noctu oritur, compeſcit, quia in ſomno, major pars ſanguinis, unà cum ſpiritibus ad interiora revocatur: ac cibis rectè concoctis, univerſum corpus humectatur: (a) acriumque & calidiorum humorum, halituumq;, gulam exſiccantium, ſitimque creantium, fit attemperatio, & conſumptio; à potu aquæ leviſſimæ, ſimilis fit attemperatio, etſi ſitis à materia pendens non eo tollatur, ſed faciliùs ac firmiùs à ſomno ſedatur. *(b)*

a) *Negat hoc Plater. de laſ. funct. p. 601. ſed quia per ſomnum calor ad exteriora potius feratur: ſicuti hoc ſudores, qui tunc facilius fiunt, ſatis declarant.* b) *Viſcer. in explicat. aphor. 27. l. 5. Hippocr.*

LXXXVIII.

Nimia ſitis detrimentoſa.

Qui graviori ſiti premuntur poſt redormitionem, iis potum non interdico, cum omninò ab eo abſtinere, inſalubre prorſus eſſet, ob aduſtionem humidi, intemperieiq; ſiccæ, quà nihil periculoſius eſt, metum. Vehementius igitur ſitientes ventriculum æſtuantem potione diluent, & irrigabunt, potione inquam, in qua panis toſti fruſta, pulvere nucis muſcatæ vel cinamomi aſperſa, macerata ſint, ſic enim ventriculus minus offendetur. Apud Septentrionis gentes vidi in frequenti uſu eſſe compuloſis, potum ex vino vel cereviſia Roſtochiana, cum ſufficiente ſaccharo, cinamomo, nuce moſchata, cubebis & ſimilibus concinnare, adjecta panis bis cocti ſufficienti quantitate, æſtum enim ventriculi, mirificè extinguit, ipſumque

ventriculũ roborat, cùm panis ipſe, tùm etiã aromata. Mirum in modum, me ſæpiùs eo refectum ſenſi, meos primò mores ad illum morem conformans. Sacchari o deſtitutus ſumo ejus loco mel deſpumatum, & panis noſtri cibarii inveterati medullam, quæ in micas friatur conteriturque, ac poſtea aromatis in pulverem redactis, commiſcetur.

LXXXIX.

Vt immodicus potus minus noceat.

Potatores optimè ſibi conſulent, proſpicientque frequenter inter potandum ſale utentes. Sal enim torpentem ventriculi excitat appetentiam,(a)& ſalſugo illa naturam ſtimulat ad celeriorem excretionem, ne vaſa & utres nimium diſtendantur: ſalſuginem enim illam ſero permiſceri teſtantur, qui crebrius ſalſis cibis utentes, ſalſiorem minguat urinam, & contra.

a) *Plin. l. 31. cap. 9. Plutarch. de cauſ. natur. quæſtion. 3.*

vid. cent. 14. part. 9.

XC.

An intermedio prandii & cœnæ tempore, potu omnino ſit abſtinendum?

Modeſtè diſcedo ab iis, qui quaſi prætorio edicto, inter prandium & cœnam omnem potum interdicunt, putantes clauſum ventriculum, potu frigido, crudoque aperiri, coctionemque interturbari. Rigidam nimis hanc in victu præceptionem vix ab uno, in-

inter millenos, video obſervari, imò verius dixerim, à nullo mortalium.

Quis enim potu omninò abſtinere juberet, ſalſuram, vel ſuillas carnes, vel haleces ex muria, alioſque piſces, aut carnes infumatas, vel etiam aromatis conſperſos & conditos cibos devorantem in prandio? hæc enim vehementiorem excitabunt ſitim. Conſtat ſalſum ſaporem, linguam quidem non admodum calefacere, ſed acriter ſiccando corrodere, ſincerumq; ſalſorum eſum nimium humores & ſanguinem labefactare, ob ſiccitatem, quæ in ſalſo ſapore major eſt, quàm caliditas. Quapropter cibum, in ipſo etiam coctionis opere humectare, ne exuratur, aſſetur & corrumpatur, optimum & ſaluberrimum judico; non ſecus, ac coqui, inter elixandum, ſolidioribus obſoniis, quæ tardiùs coctionis terminum aſſequuntur, affundere aquam conſueverunt, priori ante perfectã cocturam abſumpta, minus intereſſe experientia edocti, elixationem paululum interturbare, quàm concedere, ut cibus in lebete comburatur. Verùm, quemadmodum aquam ſæpè & multùm affundere, elixationem non interpellat tantùm, verùm ipſam coctionem impedit, ſuffocato ſcilicet, ob nimiam humectationem calore, vel potius actione, ſeu operatione ejus læſa ac retuſa: ſic & cibus in ventriculo immoderatiùs humectandus non eſt, ob cauſas eaſdem.

Quos præterea gravis inter prandium & cœnam ſitis non urget, iis (niſi ſint temperamenti cholerici, hoc eſt, calidioris & ſiccioris, ii enim ut plurimum ſunt ſiticuloſi) ut à potu abſtineant planè, ſuaſor ſum.

Si quando tamen voluptatis, vel officii gratia bibendum eſt, decenter id fiat & convenienter.

Goglen. l. 1. p. 88. & ſeqq.

XCI.

Prodigioſorum bibulorum exempla.

I.

Vidimus hic quendam, qui vini menſuras XII. noſtra menſura ſemiomam continentes, gemino hauſtu abſorpſit.

II.

Moltzheimianus civis, in Alſatico agro, omam vini integram, XXIV. conſtantē menſuris, Argentinam verſus ſpacio 3. milliariom, humeris ſuis portare volens, inter eundum, tribus hauſtibus eam explevit.

Graſecc. theatr. microcoſm. claſſ. 4. ſectione 19. & 5.

Plura de prodigioſis potatoribus *vide apud Al. Benedict. libr. 22. cap. 4. de curat. morb. Bruyerin. libr. 3. cap. 6.*

XCII.

Vteri vel inteſtini prolapſi, reſtitutio mira.

Præſtat cauterium actuale ignitum manu oſtentare, ac ſimulet Medicus, vel obſtetrix, velle partem prolapſam tangere, ita enim natura retrahitur, & cum eâ pars quæ extra prominebat; vel ſi mulier timidiuſcula ſit, vivi mures filo ligati cruribus repente ſubmittantur. Retulit mihi quondam Andreas Valcacer Chirurgiæ in Academia Salmaticenſi Profeſſor exercitatiſſimus, vulnus quendam in ventre accepiſſe,

per

per quod inteſtina egrediebantur, quæ ut reducerentur in ſuam ſedem, nullum aliud medicamentum profuiſſe, quam candens ferramentum magnum, quod coram paciente manu geſtans, vulneri applicaturum finxit, ejus rei ſubito terrore, è veſtigio inteſtina in ſuum locum reducta fuêre.

Rod. à Caſtro l. 2. de morb. mul. c. 16.

XCIII.

Modus conſuendi inteſtina.

Si vulneratum, præſertim craſſum inteſtinum, non propendeat: pedetentim extrahatur, & filo æquali cerâ oblito, eo modo, quo pelliones pelles, conſuatur, abluatur poſtea vino auſtero tepido, & reponatur, aſpergaturque medicamento aliquo agglutinatorio; (*a*) è maſtiche, ſang. draconis, bolo armeno, myrrhâ, aloë, barba hirci, cortic. granatorum, &c. (*b*)

a) *Glanderp. ſpec. chirurg. cap. 36.* b) *Petræus chirurg. tract. 3. cap. 21. F. Wirtz. chir. l. 1. cap. 13. Ant. Chalmet. enchir. chir. l. 2. c. 23. Conſutum non affatim, nec ſimul & ſemel uno impetu, ſed ſenſim, in ſuum locum reſtitui debet, in oppoſitum vulneri latus decumbente ægro. Paræus chir. l. 10. c. 34.*

XCIV.

Dolor diuturnus brachii compendioſiſſimè curatus.

Præfectus quidam militaris Generoſus, poſtquam diuturno brachii dolore torqueretur, fortè fortuna factum fuit, ut ob enormem refractarii cujusdam mi-

litis petulantiam, regimine, quod vocant, ſummis conatibus doloris ſui oblitus, in adverſarium irrueret, eundemque verberibus continuis tractaret, quò facinoris commiſſi pœnam lueret. Ab eo tempore, per multos annos, nihil quicquam iſtius doloris perpeſſus eſt; uti hinc pateat, quid ſanguinis atque ſpirituum ἀθρόως affluentium efficacia queat, in diſſipandis materiis, aliquandiu p.n. in partibus nervoſis atque muſculoſis latitantibus; qua ratione videmus intenſiſſimos partium internarum dolores, ſomno interveniente, miraculi inſtar, ſæpius evaneſcere, quod etiam accidit eâ ratione, quatenus ſomno, caloris, atque ſpirituum revocatio & recollectio verſus interiora fieri ſolet, cujus beneficio poſtea doloris cauſa conſumitur, ac diſſipatur, niſi materia multa ſit, quæ recidivæ facilem occaſionem præbere poteſt.

Horſtius obſervat. ſingul. part. 2. libr. 3. obſ. 8.

XCV.

Iſchias mirè curata.

Jacobus Heuterus Delphenſis, cum longo tempore ex coxa doleret: atque venam in principio incideret in lipothymiam incurrebat, unde nihil ſanguinis effluxit. Poſtea verò cum adhuc longo tempore dolor in coxa perſeveraret, poſt æquinoctium autumnale, prætererant ferè quatuor menſes, quod eo dolore ſubinde afficeretur: quare cùm pulſus inæqualis eſſet, ideoque morbum acutiorem timerem, ex longo illo dolore, ut vena iſchiatica eidem aperiretur, conſului, ex oppoſito ejuſdem lateris affecti. Sed cum chirurgus ligationem in pede (ut fieri aſſolet) faceret, ante ſanguinis miſſionem in lipothy-

mi-

Digitized by Google

miam incidit, ut faſciâ deligatâ coacti fuerimus hominem in lecto reponere, & venæ ſectionem omittere. Dolor autem ceſſavit coxæ. Mirum autem eſt, quòd ſolâ illâ ligatione, incidens in lipothymiam, à coxendicis dolore, liberatus omninò fuerit.

Foreſt. l. 29. obſ. 21.

XCVI.

Ardentis febris curatio mira.

Quidam ex ardente febri decumbens & delirans, poſtulavit, ut ſibi in ſtagno illo (monſtravit autem cubilis pavimentum) natare liceret. Conſtare enim ſibi, ſe in natatione, quàm primùm convaliturum & à febri liberatum iri. Ergò, cùm, Medico annuente, aliquandiu cum ſumma jucunditate, ſupra pavimentum hinc inde ſe volviſſet, ait; jam ſibi aquam accedere ad genua: optare ſe tamen, ut altius aſcendat. Paulò poſt lætior, jam, inquit, attingit inguina; ſicque juxta imaginationis conceptum, ad guttur uſque, aqua paulatim aſcendente hilari facie geſtiit, ſeque ſanum jam & à febre liberum evaſiſſe, pronunciavit. Id quod revera etiam accidit.

Th. à Vega. in com. ſup. Galen. art. med. c. 84.

XCVII.

Αὐτοπύρετον *topicum admirandum.*

Rec. Ignis partes tres, Aëris partem cum dimidia. Aquæ, Terræ ana partem unam, miſce, optimè agitando, cum piſtillo ligneo, donec fiat maſſa nigerrima, quæ manibus, obiter inunctis oleo antifebritico

ali-

aliquantulum malaxetur; donec non ita tenaciter digitis adhæreat.

Pulſibus manuum debitè applicata, tanta celeritate, ſecuritate, facilitate & jucunditate τὸ θῆον febrile oppugnat, ut mundus ipſe meritò in admirationem raptus obſtupeſcat, vileſcentibus interim calumniis, quæ vel pigra quorundam petulantia, vel livor, aut pertinax odium ad lucernam hanc caligantium, ſtultè, temerè, arroganter ac ineptè effutire autumat.

Doſis maxima eſt rarò ultra ſcrupulos quatuor: plerumq; drachma una, delicatulis & minorennibus, ſcrupuli duo: minima & pro infantulis ſcrupulus unus. Spatium perſanationis eſt 9. dierum, quo præter ſpem fruſtra elapſo, denuò noviter applicari debet.

Strobelberg. de febric. c. 11. fol. 49.

XCVIII.

Paronychiam Exorciſta curat morte.

Ruſticus obœſo, cacochymicoque corpore, cum paronychia in medii digiti apice afficeretur, exorciſtam adiit, hic conjurare incipit, chartamque cui ſequentia inſcripta erant, vinculo firmiter circumligat.

† *Ut* † *credis* † *ita* † *sibi* † *eveniat* †

ac trium dierum ſpacio, disligaret, præcipit, vermemque tùm ſub charta conſpicuum futurum aſſerit. Ruſticus, quamvis maximis obruitur interea doloribus, vigiliis continuis, inquietudinibusque, non tamen ſchedulam aufert, verum eâ, quâ poteſt animi conſtantiâ, perfert, tertia die, faſciis ſepoſitis, apex digi-

Digitized by Google

digiti nigricans, omni privatus ſenſu conſpicitur, nec non digitus ex toto inflammatus, cum dolore, ad axillas uſque protenſo, ad vicinam tandem confugit civitatem, chirurgumque conſulit, qui gangrænam animadvertens, inflammationemque inſiguem, appropriatiſſima quidem, ſed fruſtra, adhibet remedia, circa veſperam totam manum gangræna inv:ſerat, quæ alterius diei manè ad cubitum uſque extendebatur, quarta die ſub noctem, ſupervenientibus convulſionibus extinguitur.

Glandorp. de paronych. obſ. 5.

XCIX.

Homo.

Venator, Piſcator, Auceps.

Divitias & opes venor: laudes & honores
Aucupor: expiſcor myſtica: ſcire volo.
Dum ſtultus deſidero ſcire, ſuperbus honores
Ambio, vilis opes: inter ea inter-eo.

De iiſdem.

Diſcurrit Canis in terra, Piſcisq; profunda
Innatat, ad cælos advolat ales Avis.
Fertur in occultum ſapiens cumpiſce profundum:
Ambitioſus Avi par, Avidusq; Cani.

Audoen. ad D. Sidlet. l. 2. epigr. 87. & 88.

C.

Cantio cygnea, Iul. Cæſaris Scaligeri.

Egredere (ANIMA) ô miſeris multum defuncta ruinis,
Egredere; & ſervis ſervilia regna relinque.

Aude,

Aude, Hoſpes, tenebris horrendi imponere finem
Exilii, & patriæ ſperatas quærere ſedes.
Munde immunde vale æternum: nos libera cœli
Pignora promiſſo tandem potiemur Olympo.
Tu modo, Nate Deo, ſanctiſſima victima, IESV
Aſpice nos, qui cunctas animas, ſpes unica: mortem
Exue morte tua, atq; nova vita indue vitam.
Vt tecum moriens, tecum, ô mea vita, reſurgam
Et vivam vivo te omne exſaturatus in avum.

Roſenb. rhodol. l. 1. c. 14. p. 133.

CENTVRIÆ XVI.

Particula I.

Diviſio ætatis Hominis, ſecundum numerum ſeptenarium.

VII.

Infans ſeptenos poſtquam compleverit annos
producti dentes mutus & oris erunt.

XVI.

Poſt ſi ſeptem alios Deus huic conceſſerit annos,
fit pubes, nato ſemine, nomen habens.

XXI.

Eſt juvenis cum ſeptem alios compleverit annos,
& lanugo genas, barbaq; prima tegit.

XXVIII.

His addas ſeptem, virtutis nomine clarus,
eſt vir, & hæc ætas optima robur habet.

XXXV.

XXXV.

Adjicias alios ſeptem, volet eſſe Maritus
& memor antiquæ poſteritatis erit.

XLII.

His alios jungas ſeptem, prudentia pectus
ornabit, ſtudium non levitatis erit.

XLIX

Annumeres ſeptem, gravitas erit inclyta linguæ.

LVI.

Septem alios Linguæ congruit ingenium.

LXIII.

Additur his nonus, cum ſeptenarius ipſe eſt
perfectus, vires ſed nimis interimit.
Scilicet his annis multi periere duobus,
quorum laus celebris, Marte, togâq; fuit.
Hi quoque nunc variis fortunæ caſibus, anni
ſubjiciunt multos, exitiumq; parant.

LXX.

Accedant alii ſeptem, mors dura vocabit
ad tumulum feſſos, decrepitosq; ſenes.
Deodat. panth. hyg. l. 1. c. 7. 65. a.
vide cent. memor. 11. part. 11.

II.

Annus LXIII. ſenibus ſuſpectus.

Annus LXIII. rarò abſque vitæ periculo tranſigi ſenibus ſolet, cujus in Belgi innumera exempla obſervavi. Sunt autem duo annorum numeri, VII. & IX. qui

Digitized by Google

qui plerumque rerum, vitæque immutationem, ac gravia pericula invehunt; Quo fit, ut LXIII. qui utriuſque numeri multiplicatam, atque invicem ſibi connexam ſummam continet, non ſine periculorum acervo ingruat, novies enim ſeptem, & ſepties novem, LXIII. conſtituunt, atque ob id Climactericus is annus appellatur, quia à VII. orſus, vitam hominis, velut per gradus quoſdam peragat. Itaque omnes, qui per VII. aut IX. annos conſurgunt decretorii dicuntur, in quibus magnam mutationem ſubeunt Homines, nam vel calumniis impeti ſolent, vel graviſſimis morbis divexari, vel periculis objici, vel deniq; aliquod perpeti detrimentum, ac jacturam, vel facultatum, vel valetudinis. Hos ergo annorum decurſus, ac volumina, in omnibus etiam ætatibus obſervare ſoleo, ſic ut impuberes atque infantes periclitari expertus ſim, circa annum IV. VII. IX. ac XIV. Omnis enim pueritia, C. Celſo teſte, (*a*) circa XL. diem periclitatur, deinde VII. anno, poſtmodum circa pubertatem. Plurimos autem novi, qui ætatis anno XXI. ſint periclitati, dein XXVIII. necunquam poſt revolutum annum, vel VII. vel IX. ab ancipiti morbo fuiſſe immunes (*b*)

a) *l. 2. de re med. c. 1.* b) *Lemn. de occult. natur. mirac. l. 2. c. 32. Rod. à Caſtro, de natur. mul. l. 4. c. 5. Ranzov. de judic. nativ. p. 267. Montan. l. 1. conſ. 51. Zvving. phyſiol. l. 2. c. 46. pag. 584. & ſeqq.*

III.

Epiſtola Cæſaris Auguſti, ad Cajum Nepotem, de Anno LXIII.

Ave mi Cai, meus ocellus jucundiſſimus, quem ſem-

ſemper medius fidius deſidero, quum à me abes: ſed præcipuè diebus talibus, qualis eſt hodiernus, oculi mei requirunt meum Cajum, quem, (ubicunque hoc die fuiſti) ſpero lætum & bene valentem celebrâſſe LXIV. natalem meum. Nam (ut vides) κλιμακτῆρα, communem ſeniorum omnium LXIII. evaſimus. Deos autem oro, ut mihi, quantumcunque ſupereſt temporis, id ſalvis nobis traducere liceat, in ſtatu Reipublicæ feliciſſimo, ἀνδραγαθούντων ὑμῶν καὶ διαδεχομένων, id eſt, fortiter ac viriliter agentibus vobis, atque ſuſcipientibus ſtationem meam.

Gellius l. 15. noct. att. c. 7.

IV.

Annus climactericus LXIII. ἀνδροκλᾶς dictus, & Androcles cur?

Annum LXIII. aliqui climactericum magnum & maximum appellant: aliqui conſiderantes, ſeptenarium ac novenarium eſſe terminos, quos climas (à κλῖμα, quod ſcala interpretatur, (*a*) & ideo anni climacterici ſcalares, gradarii & ſcanſiles, (*b*) à Latinis ſunt nuncupati) hujus rei periti appellant, humanæ vitæ infenſos eſſe: cùm alii climacterici anni, ex uno ſolo climate, ſeptenario videlicet vel novenario, ſexageſimus verò tertius ex duobus ſit conflatus, conſtat hunc cæteris eſſe deteriorem, ac magis infenſum. Cum igitur annus iſte ſatis frequenter ſit horrificus & velut vitæ Autumnus, ab Ægyptiis ἀνδροκλᾶς (effractor) eſt appellatus, eò quòd omnem vitæ ſubſtantiam frangat, debilitet, opprimat, multosq́ue inſignes ac illuſtres viros jugulet: (*c*) Andro-

drocles etiam dictus eſt, (*d*) quòd ſicut Androcles herba hominem occidat; ita hic annus, ob ſeptenarii, ac novenarii numeri occurſum, ad ſuccidendam hominis vitam minaciſſimus evadat. (*e*)

a) *Aphrodiſ. l. 2. probl.* b) *Hermol. l. 7. c. 49.* c) *Iul. Firm. Matern. l. 4. Matheſ. c. 14.* d) *Cal. Rhodig. antiq. lect. l. & c. 22.* e) *Deodat. panth. hygiaſt. l. 1. c. 7. Codronch. de ann. climact. l. & c. 1.*

V.

Anni XLIX. LVI. & LXIII cur Heroici?

Ranzovius teſtatur, annum XLIX. LVI. & LXIII. heroicos appellari, propterea quòd Heroës plerumq; in iis intereant, & ſi aliqui non ſtatim pereunt, eos tamen circa hæc tempora, valdè debilitari & frangi, morbos oriri, ex quibus raró ad priſtinam valetudinem perveniunt, & ſi in annis climactericis non pereant, tamen paulò antè, aut ſtatim poſt ferè moriantur.

Codronch. ib.

VI.

Anni Climacterici, non ſuperſtitiosè obſervandi.

Decurſus annorum climactericorum, tametſi non nimis anxiè, atque ſuperſtitiosè conſiderandus ac pertimeſcendus ſit viris Chriſtianis: nihil tamen vetat, circa ea tempora, moderatè ac circumſpectè, imò longè circumſpectiùs, atque exquiſitiùs, quàm antea, vitam victusque rationem inſtituere, ne quo hu-

morum ſaburra coacervetur, qui his annis ſeptenariis ac judiciariis fomitem ſuppeditet, unde morborum ſeminaria, mortisque diſcrimina ſuſcitari poſſunt.

Lemn. l. c. Panſa de pror. vita, part. 2. pract. gener. c. 35.

VII.

Nec temerè ſpernendi.

Fuit quidam Nobilis, qui cum LXIII. ætatis annum vivendo complevisſet, ac vix ſuperaſſet, convivium ſumptuoſum ſibi adornari juſſit, quò cum amicis ac familiaribus diem unum, atque alterum ſumere poſſet hilarem, propterea quod mortis diſcrimen, quod ex anno Climacterico ſibi imminebat, ſubterfugiſſet. Verùm, bonus iſte nobilis, annum LXIV. ingreſſus, tantâ irretitur ægritudine, ut ſeſe inde explicare, vel aliquod eidem malo præſidium invenire nequeat, ſed expirare cogatur. Quare decurſo vitæ ſeptenario, ſacrificia precum Deo, non pocula Baccho ſunt conſecranda, nec unquã ſecuritati locus dandus, cùm nec ſubſequens annus ac ſeptenario vicinus, imò nec alius etiam periculo vacet.

Panſa l. c.

VIII.

Anni Climacterici cur periculoſi?

Quâ ratione, per illos annorum circuitus morbi plerumque recrudeſcant, à nemine hactenus exploratum eſt. Ego eò id evenire conjicio, quod certis an-

norum periodis, corpus humanum magnam humorum collectionem ac redundantiam congeſſerit, quorum motu, atque agitatione morbi excitantur. Cum enim Natura ad immodicam repletionem devenerit, nec conceptacula humorum plenitudinem perferre queant, in morbum erumpere neceſſe eſt.

Lemn. loc. cit.

IX.

Quomodo evitanda pericula anni Climacterici?

Si vitam producere Deo placentem, nullisque gradibus interruptam deſideras, quoties ſeptimo cuilibet propinquas anno, ſi ſalutis tuæ es avidus, tibique optimè conſultum cupis, atque in hac vitæ ſtatione adverſus varias tempeſtates, ſingulisque momentis imminentia incommoda, intrepidè atque inconcuſſè ſubſiſtere exoptas: in Deum defigas oculos animumque, atque ab eodem, ſalutaria tàm corporis, quàm animæ expoſcas præſidia, præmiſſâ primò omnium gratiarum actione, quod te huc uſque conſervarit: ideoque poſthac etiam Deo te ſubmittes, eique vitam tuam, ſtudiaque approbabis & ſanctimoniâ vitæ, ac precatione aſſiduâ, eum tibi devincies, illiuſque favorem & gratiam demereri niteris.

Deinde prudentiam & temperantiam accerſito, Medicumque prudentem accedito: ab Aſtrologis etiam, quæ Stella vitæ tuæ faveat, & quomodo ſeſe habeat, ſciſcitaberis.

Omne quoque ſtudium, operamque conferre expedit, ad materiæ noxiæ deliteſcentis in corpore excluſionem maturam, quæ vel medicamentis purgantibus

tibus, vel venæ ſectione, vel utroque præſidio molienda eſt, tàm vere quàm autumno: hac enim ratione, ut & roborantibus convenientibus aſſequeris, ut exacto ſeptennali curriculo morbum non metuas, aut aliquam corporis immutationem pertimeſcas. Præterea in aliis quoque rebus, circa annum ſeptenarium, circumſpectè tibi agendum eſſe ſcias; ebrietatem proinde fugies, tùm temporis cum adverſariis tuis non congredieris, & ſi fieri poteſt, prolixo itineri tè non concedes, ſed domi potius te continebis, quò magis à periculis fias immunis.

Mosquoque ex hac annorum obſervatione inolevit, apud plerasque gentes, ut herus, fundique dominus novos contractus ineat cum colonis, ſeptimo quoque anno.

Eadem ratione ſylvæ, ex ſalice, betula, alno, populo albâ & magnâ, omnibusque arbuſtis, quæ udo, mollique ligno conſtant, quarto quoque anno cædi ſolent: quæ verò ex dura materia conſtant, ut ſunt quercus, ilex, robur, ulmus, fraxinus, ſeptimo aut nono mutilari, truncarique poſtulant.

Lemn. & Panſa. l. c. Codronch. lib. 2. de annis climact. c. 3. & ſeqq.

Annorum Climactericorum certitudinem, non ſolùm autoritatibus virorum doctorum, tàm antiquorum, quàm recentium, verùm etiam virorum illuſtrium & Heroinarum celebrium, annis climactericis mortuorum, ultra 400, exemplis, probat *Codronchus cap. 3. & 2. l. c.* quem conſulere potes, benevole & amice lector.

Quòd ſi his obſervationibus, (quæ ab ineunte mundo ortum habuerunt) fidem abrogare velimus, erimus

mus ex illorum Sophiſtarum numero, qui, ſicut Galenus (*l. 3. de dieb. decret. c. 6.*) ſcribit, ratione manifeſtè apparentia approbari poſtulabant; cum è contrario, ex evidenter apparentibus abditorum ratiocinationem indagare debuiſſent. Quanti autem facienda ſit obſervatio, explicat idem Galenus (*l. de ſubfig. empir. c. 6.*) cum ex ea, proximè ars emanet, quod & à Cicerone, (*l. de divinat.*) ſcriptum eſt.

X.

Climactericorum ultimus, annus CXX.

Poſt diluvium Dei præcepto, hominum vitæ fuerunt contractæ ad CXX. annos, ante ejuſdem voluntate fuerunt multo longiores. Confirmatur hoc, verbis Moſis, *cap. 31. v. 2. Deuter.* qui cauſam reddens, quâ illum mori oporteret, neque poſſit amplius vivere, dicit: Centum viginti annorum ſum hodie, non poſſum ultra egredi & ingredi, h. e. laborare & militiam exercere. Eſt itaque Dei juſſu, CXX. annus, ultimus climactericorum, & quo longiſſima vita hominis concluditur. Ante hunc eſt C. climactericus etiam ipſe: nam *cap. 18. v. 8. Eccleſiaſtici* dicit: Numerus dierum vitæ hominum, ut multum, C. anni. Neque immeritò dixi, longiſſima. Eſt enim alia vitæ productio, ut plurimis communis, ita longè brevior, cujus climactericus ultimus eſt XXCI. qui numerus conſtat novies novem. Breviorem & pluribus communem vitæ periodum, expoſuit David dicens: vita Hominis LXX. anni, in potentatibus LXXX. amplius labor & dolor, *Pſalm. 90. v. 11.* Quos eoſdem vitæ fines, LXX. ſcilicet & LXXX. ſtatuiſſe Solonem, Diog.

Diog. Laërtius narrat, Longiſſimam itaque periodum deſcribit, quod modo enarramus, divinum oraculum.

Annos Climactericos, id eſt, ſcalares, vocavit antiquitas quosdam, quibus obſervatum eſt, plurimos vitas finire, quòd ſint illi anni, velut genus quoddam ſcalæ humanæ vitæ. Hi ſunt quaſi fatales moriendi fines, non abſimiles diebus decretoriis morborum.

Valeſ. de ſacra Philoſ. c. 7.

Hanc opinionem falſam eſſe, rationibus & exemplis, experientiâ, hiſtoriis & obſervationibus abundè demonſtrat. *Deodat. libr. 1. panth. hygiaſt. c. 7.*

XI.

Epilepſia quanta ſit fœditas?

Epilepſia deterrimum genus morbi. (*a*) Plinius ſua ætate, (quod nec jam inſolens) ad nomen Epilepſiæ, deſpui ſuetum ſcripſit. (*b*) Quæ trepidatio, doctiſſimo Medico Aretæo hanc ſententiam expreſſit: Varium & portentoſum genus morbi eſt Epilepſia, terribilis utique in acceſſionibus, peracutus & pernicioſus, quandoquidem acceſſio una hominem rapuit. At ſi vim morbi ferat æger, moleſtè tamen vitam ducit, inter fœditates, ignominias & dolores. Nec facilè recedit, ſed ætatibus melioribus & pulchriori tempore viget. Triſte ſpectaculum, turpis & ejus finis, cum ſpontanea alvi & veſicæ ſolutione. Exhorreſco quoties laborioſum & periculi plenum malum in mentem venit, ejusque fœditas & calamitatis opprobrium. Si ſe in acceſſionibus ſpectarent ægri, &

quicunque patiuntur, cernerent, non ultra vitam ducere tolerarent. Verùm, quæ ſingulis, atrocia fœdaque inſunt, ſenſus privatio, intuendique ſublata facultas abſcondit. (c)

a) *Heurn. de cap. affect. cap. 23. fol. 23 lit. b* b) *l. 10. c 23.* c) *lib. 1. de cauſ. & not. dint. aff. c. 4.*

XII.

Antiqui in Epilepticos cur expuerunt?

Veteres exiſtimârunt Epilepſiam eſſe contagioſam, & propterea apud ipſos in uſu fuit, ut cùm viderent ipſis approximare Epilepticum, adverſus eum expuebant, exiſtimantes hanc ſpuitionem præſervare, ne contaminarentur ab Epilepticis.

Mercurial. l. 1. prax. c. 21.

Plautus (a) Epilepſiam nominavit morbum inſputatum, quaſi qui ſputatur, nam ut exſpuere, inter amuleta habitum eſt priſcis; ita inſputare, ſaluti putabatur eſſe Epilepticis. (b)

a) *In Captivis, fol. mihi 69.* b) *Vnzer. de epil. l. & c. 1.*

XIII.

Solus Homo an Epilepſia tenetur?

Fædâ hac calamitate, (Epilepticâ) ſolum Hominem inter cuncta animalia rapi Ariſtoteles, affirmare videtur: (a) verùm id alii jure negant, utpote quos experientia aliud docuit. (b) Referunt enim & Epilepſiâ laborare coturnicem, (c) 2. Alaudam. (d) 3. Accipitres & Graculos. (e) 4. Picas & Perdices. (f) 5. Capos. (g) 6. Paſſeres. (h) 7. Capras. (i) 8. Oves. (k) 9.

(*k*) 9. Canes (*l*) 10. Feles. (*m*) 11. Porcos. (*n*) 12. Equos. (*o*) 13. Sciuros. (*p*) Alii alia etiam animalia (*q*) addunt. (*r*)

a) *Sect. 50. problem. 49.* b. r) *Sennertus lib. 1. pract. part. 2. c. 31. quæſt. 1. Unzer. l. 1. de Epil. c. 7.* c) *Plinius libr. 10. c. 23. Blond. libr. 8. triumph. Roma. Iſidor. libr. 12. orig. cap. 7. Iul. Solin. in Polihiſt. Alvis. Mundell. in dialog. Uliſſ. Aldrov. Tom. 2. ornith. libr. 13. cap. 22.* d) *Mundell. lib. 3. cap. 23. Aldrov. tom. 2. lib. 18. cap. 10. Dom. Leon. lib. 2. ſect. 1. cap. 14.* e) *Dalechamp. in comment. in Plin. lib. 3. cap. 22.* h) *Barth. Anglicus. Aldrov. Tom. 2. lib. 15. cap 30. eò quòd hyoſciami ſemine veſcantur, vel ab immoderato coitu, ſecundum Galenum, qui ipſe juxta Democrat. eſt ὀλιγοχρόνι& ἐπιληψία. P. Caſtellan. libr. 4. de Eſu carn. cap. 18.* i) *Hippocr. de ſacro morbo, aſſerit, eos qui Lybia loca mediterranea incolunt, vix unquam ſanari, ſi in Epilepſiam inciderint, eò quod caprinis carnibus, aſſiduò veſcantur. Propterea veteres Sacerdotes, caprâ ut morbidâ, abſtinuiſſe. Plutarch. in quaſt. Rom. refert. quòd guſtantibus aut tangentibus modò aliquid morbi ejus affricetur, & qui eô tenentur morbo, ſimilem capellæ vocem edunt; propter meatuũ anguſtiam, quibus obſeptis ſæpiſſimè includuntur ſpiritus, quod arguit vocis tenuitas. Porta Phyſiogn. l. 2. c. 22. Avic. l. 2. can. tract. 2. c. 230. Clemens Alex. ſtrom. 7.* k) *Mercur. l. c. Vidus Vidius lib. 2. cur. morb. Avinc. lib. 3. fen. 1. tract. 5. cap. 8. Mirum videri meritò poſſit, cùm oves, ut author eſt Hippocrat. morbo ſacro plerumq; tenentur, quod non vetulas tantum, ſed crebro etiam partu effœtas, certo anni tempore, in laniarium ducere per civitatum leges permittatur. Caſtell. libr. 2. cap. 12.* l) *Scalig. in com. Ariſtotel. lib. 2. de plantis. Rhodig. l. 6. antiq. lect. 6. quod domeſtico exemplo quoq; mihi conſtat.*

Caſtellan. libr. 4. cap. 19 & ego non ſemel in canibus ipſe obſervavi. Marcell. de hiſtor. med. mir. libr. 2. cap. 4. m) *Rhodig. loc. cit.* n) *Et porcos ſpectavi hoc malo laborantes. Abſyrtus.* o) *Id. Aldrov. tom. 12. ornith. lib. 3. Caſtellan. loc. cit.* p) *Goglen. F. de pror. vita, pag. 371.* q) *H. Montuus in anuſc. morb. c. 15. Ego (inquit) non ſemel Phitacos, Simias & Cercopithecos, ab Epilepſia convulſos vidi.*

XIV.

Epilepſia, à quibus detegatur & moveatur.

Mirum eſt, in rerum natura eſſe, quibus luculenter deprehendere licet, ſi quiſpiam Epilepſiæ obnoxius degat. Quippe qui naturalium rerum peritiores habentur, in ſuis literis decantant, idque obſervatum perhibent; quum quis Caprina pelle (recenter ab animali exemptâ) cõtegitur, & aquâ marinâ conſpergitur, (vel aquam ingreſſus fuerit) ſi comitiali tenetur, è veſtigio concidit, ac ſe prodit. Idem iis quoque evenit, qui Caprinum jecur aſſatum edunt, aut quibus nares hujus odor perculerit, aut ſuccenſi cornu ſuffitus. (*a*) Certum autem eſt, neque ambiguis teſtimoniis aſſeveratum, hoc pecus nunquam febri carere, (*b*) & ſacro morbo turpiter laborare, quamobrem alienum non fuerit, ſi & hanc luem impertiat, qui ipſius aliquid in aliquem uſum trahunt. (*c*) Hircinum quoque Epar eâdem notâ inſignitur. Sulphur injectum igni idem præſtat. Bdellium item, pix, myrrha, galbanum, marrubium, nec aliter naphta cum olfactatur. (*d*) Ab his enim & ſimilibus tenues & vaporoſi ſpiritus in cerebrum rapti, actutum ſeſe meatibus ejus inſinuant, qui tandem acrimonia, vel alia

alia prava qualitate ſua, panniculos pungendo & laceſſendo, habiles ſunt ejuſmodi motus Epilepticos ducendi. (*e*)

a) *Iaſon. de morb. cerebr. cap. 23. p. 357. Foreſt. libr. 10. ſchol. ad obſerv. 54. Leon. lib. 2. pract. ſectio. 1. cap. 14. Capivac. pract. lib. 1. cap. 15.* b) *Plin. lib. 8. cap. 50. & l. 28. cap. 10. Hinc etiam eſt, quòd cum in emptione cujuslibet pecoris, ſtipulatio de ſanitate ſoleret interponi, aliter in Capris fieret, ut docet Varro, lib. 2. de re ruſt. cap. 3. quòd (inquit) Capras ſanas nemo promittit, nunquam enim ſine febri ſunt. Cujus rei indicium eſt, morſus Capræ lethalis, quo quacunque ex herbis & arbuſtis tangit, illa eadem quaſi comburit. Iul Caſ. Claudin. de Ingr. Med. ad infirm. p. 476.* c) *Notabile eſt, quod Cardanus de Capris ſcribit, earum cuſtodes Epilepſiam vix effugere.* d) *Plater. lib. 1 prax. p. 45. Sennert. lib. 1. prax. part. 2. c. 31. fol. 603. b. Mercur. pract. lib. 1. c. 26. Caſtellan. ereophag. l. 2. c. 12. Heurn. c. 23. de aff. cap. p. 237. a.* e) *Unzer. lib. 1. de epil. c. 16. fol. 95. & 98.*

XV.

Gagates, ſuffitu morbum ſonticum deprehendit & lapſos revocat.

Gagates, ſcribit Macer:

Accenſus prodit fumi nidore caducos.

Lapidem incende Agatem, & hominem, ne odor diſpergatur, ſtragulis circumdato, tùm ſi Epilepſiæ obnoxius eſt, cadet. (*a*) Quare illi, qui antiquitus ſervos emebant, hoc ſuffitu explorabant, an Epileptici eſſent ſervi venalitii. (*b*)

Epilepticos autem redarguit reſolvendo noxios ſpiritus, ſed dum eoſdem abſumit & diſſipat, actu exi-

exiſtentes, reſolutoſque, etiam paroxyſmum tollit & cerebrum ad temperiem reducit, ſi adhibeatur, quouſque oportet. Nihil autem miri, eandem rem movere catarrhum, & motum abſumere. Penetrat enim fumus acriter & aperit, ſed tamen etiam exſiccando eundem poteſt ſiſtere. Nam cum initio humor colliquatur igneis halitibus & reſolvitur, fluit, ſed poſtea agente perdurante etiam diſſipatur, & membra ſiccata conſtringuntur, perinde ut calor Solis reſolvit ceram, ut inde madeat tabula, cui inhæret, poſtea eâdem reſolutâ, iterum exſiccat. Sed cum Gagates ſonticos prodit, dicet Eraſtus (non ille mortuus, ſed qui fovendo opinionem ejus adhuc eſt in vivis) id fieri fætore adverſo cerebri & capitis, naturæ jam debilitatæ, per cauſam morbificam, aut ſaltem evenire vi reſolutoria, quâ ſpiritus facit, exuſcitatque. Sed etiamſi hoc admittatur, nondum tamen ſoluta eſt quæſtio. Cur enim non potius ſedat affectum calore, aut ſiccitate? aut cur Ruta & Pœonia non efficiunt idem? ſi fætor eſt, cum fætida ſint plurima, de Gagate tamen id enunciatum pariter ac de ſuccino videmus, *(c)* quod non fætet. Si bituminis eſt, cur non & Ambræ? explicanda adhuc ratio eſt, quâ cerebro adverſus fingitur Gagates. Itaque ad plures, ejusque inexplicabiles virtutes, ſubſtantiæ effectus meritò refertur, quamquam non negemus, tùm manifeſtas concurrere, tùm etiam aliquid operari & de iis dici poſſe. *(d)* Melius Langius, qui ſcribit hujuſmodi medicamentorum effectus plus à ſubſtantia, quàm manifeſtis qualitatibus dependere. *(e)*

a) *Galen. de med. eupor. cap. de Epil. Lonic. in explic. morb. p. 6.* b) *Merenr. loc. cit.* c) *Licet Succini fumus extra*

tra paroxyſmum lædat: tamen in acceſſione ſeu in paroxyſmo, Epilepticos non parùm juvat, quod multiplici experientiâ confirmatum. Sennert. l. 1. pract. pag. 610. a. d) *Libav. l. 9. de bitum. ſcholaſt. ad c. 10.* c) *l. 1. epiſt. 75.*

XVI.

Coturnicum eſus an convulſiones pariat? Affirmatur.

Ex Coturnicum comeſtione, periculum de ſpaſmo imminet & tetano, quia helleboro veſcuntur. *(a)* In Doride enim & Bæotiâ & Theſſaliâ, omnibusque finitimis regionibus, multi ex Coturnicum eſu, diſtenſionibus muſculorum correpti ſunt. Iſtud idem & Athenis quibusdam accidiſſe novimus, qui Coturnicibus largiter nimis ſeſe impleverant *(b)* Huic ſententiæ ſubſcribit Avicenna, vimque gignendarum convulſionum coturnicibus tribuit, non tantùm, quia ellebori ſemine veſcantur, ſed & propter peculiarem proprietatem, quæ carnibus earum inſit. *(c)* Herculem quoque, quem morbo comitiali adeò ferunt obnoxium, ut ab eo Herculeus quoque dicatur, *(d)* Coturnicibus ſupra modum fuiſſe delectatum legimus. *(e)* Quin imò in Lybiam proficiſcentem & à Typhone interemtum, ab Joalo, earum nidore ad lucis uſuram revocatum. Hinc verſiculus, quem inter Adagia referunt Zenobius & Diogenianus:

ὄρτυξ ἔσωσεν Ἡρακλῆν τὸν καρτερόν,

ſervavit Herculem Coturnix ſtrenuum,

& ob eam cauſam Phænices Herculi Coturnice ſacrificant. *(f)*

a) *Plin. l. 10. c. 23.* b) *Galen. com. 5. ad text. 34. l. epid.* c) *can. 2. c. 153. Rhaſ. l. 20. c. 420. Mundel. ep. 6. Schol. Salernit. c. 29. Leon. l. 2. prax. ſ. 1. c. 14. l. 3. ſect. 1. c. 3. Foreſt.*

Digitized by Google

reſt. l. 10. obſ. 61. Unzer. de epil. l. 2. c. 5. p. 165. Gabelchov. ſchol. ad obſ. 60. centur. 4. quam ob cauſam, Didymus in Geoponicis, remedium Coturnices edentibus præſcripſit, hiſce verbis: Quandoquidem Coturnices, quæ paſcuntur helleboro, eos, à quibus comeſti fuerunt in tantum vitæ diſcrimen agunt, ut diſtendantur, convellanturq́;, ceu correpti vertigine, cum illis milium elixandum eſt. d) *Ariſtot. probl. 1. ſect. 30. Hippocr. & Trallian. Epilepſiam* ἡρακλείαν νόσον *indegitarunt, non quòd Hercules eo morbo infeſtatus fuerit, ſed, ut eo nomine* τὸ δυσκαταμάχητον *deſignaretur, quòd nimirum inſtar Herculis pertinax atque invictus videatur, nec facilè medicamentis permittat ſe ſuperari. Unz. de Epil. l. & c. 1.* e) *Athen. l. 9. c. 11. Caſtellan. de eſu carn. l. 4. cap. 19.* f) *Eraſm. adag. chil. & cent. 1. adag 71.*

XVII.

Negatur.

Cùm Helleborus convulſiones pariat, non ab occultâ aliqua & latente qualitate, ſed propter hypercatharſin, ſeu immodicam & effrenatam purgationem, *(a)* hic verò effectus in eſu Coturnicum (quas quod helleboro paſcantur, convulſiones parere, ſcribunt) nondum obſervatus fuerit, *(b)* non ita, ut vulgus putat, pravi ſucci coturnices eſſe credendum eſt, ſed potius tenendum, conveniens ac inculpatum præbere eas nutrimentum, nec proptereà etiam ab illarum eſu abſtinendum omninò, quod morbo comitiali corripiantur *(c)* venenoque paſcantur. Coturnici enim veratrum eſt alimentum, homini medicamentum, ſiquidem coturnicis natura eſt, in ſubſtantiam ſuam id convertere. Veratrum purgat hominem,

nem, non etiam coturnicem: cicuta refrigerat hominem, non etiam Turdum vel Sturnum.

—— —— nobis veratrum eſt acre venenum,
at Capris adipes & Coturnicibus auget;
quippe videre licet, pingueſcere ſæpè cicuta,
barbigeras pecudes, Homini quæ eſt acre venenum.(d)

quare helleboro illis magis, quàm Coturnicibus, opus eſſe, manifeſtum evadit, qui coturnices in cibis damnant, ob nullam aliam cauſam, quàm quod veſcantur helleboro. *(e)*

II. Cum in tàm crebro, apud pleraſque nationes, Coturnicum eſu *(f)* pauciſſimi convulſiones inde ſentiant, ab occulta qualitate & vi, quæ ſeſe, (niſi impedimento aliquo objecto,) ſemper prodit, non proveniunt: ſed ſi, vel convulſio, vel comitialis morbus aliquando provenit, id inde evenit, quòd ex frequentiore earum eſu pituitoſi, craſſi ac viſcidi humores cumulantur, qui morborum horum cauſa ſunt. *(g)* Illud quoque non prætermiſerim, Dominum Deum noſtrum, Iſraëlis populum, quem ardentiſſimè diligebat, dum per deſerta illa tranſiret loca, ad ſatietatem uſque coturnicibus non paſturum fuiſſe, niſi probati illæ fuiſſent alimenti & ſalutaris. *(h)*

Negat hoc Viſcerus, Helleborus enim, non tàm propter purgationis vehementiam, convulſionem facit, quàm quòd venenoſa quadam qualitate, corpori noſtro inimicus eſt, ſuaq́ acrimonia nervos, præſertim orificio ventriculi inſertos, mordet, ac ſtimulat, & ob conſenſum cerebri excitat motus convulſivos, qui vires graviter offendunt & exhauriunt, in comment. aph. 1. ſect. 5. b) *Math. in ſpec. ſanit. cap. 2. pag. 68.* c) *Coturnicem eſſe avem lunarem*

narem nemo negabit, id quod demonſtrat capitis ſeu cerebri potiſſimum humiditas, quæ lunari poteſtate augetur & minuitur, atque hæc potiſſima cauſa eſt, cur hæc avis Epilepſia corripiatur. unde dicebat Plinius: caput Coturnicis apertum, humidum eſt & fœtidum, & ob id Epilepſiæ obnoxium. Porta l. 8. phytogn. c. 12. d) *Lucret. l. 3.* e) *Goglen. de pror. vita p. 372.* f) *Licet comitiali morbo vexentur, non tamen ſemper, nec omnes exiſtimo, ſed illas fortaſſe, quæ in aviariis captæ reſervantur, nam & hac ratione, capi gallinacei, quod nonnulli eorum quandoque comitiali morbo corripiantur, improbandi eſſent. Geßn. de volatil. fol. 343. ex Mundel. l. 3. c. 23.* g) *Sennert. inſtitut. l. 4. part. 1. c. 3. fol. mihi 783. Horſtius de ſanit. tuenda literat. l. 1. p. 64.* h) *Exod. c. 16. v. 13. Num. c. 11. v. 31. Pſalm. 78. v. 29.*

XVIII.

Quare quædam aviculæ victitant venenis innoxiè?

An quia nutrientes partes ſunt conjunctæ, quibus in ſubſtantiam verſis, venenum exactum reperitur in excrementis? an determinata ad aliquid certum ſunt venena, & non, quod Sturno ſalubre, idem Homini erit.

Ruland. l. 2. probl. 117. Augen. tom. 3. conſult. l. 7. c. 6.

XIX.

An eſus animalium, quæ veneno victitant, Homini ſit noxius.

Negatur.

Nonnullorum animantium carnes, quæ venenato, cibo nutriuntur, ſi edantur, non modò nullam inferre noxam, ſed alere nos, inſtar aliarum, arbitramur. Nam

Nam venenũ, quo utuntur, in ſuam naturam convertunt, nec quidquam ab eo patiuntur, tantumque abeſt, ut inficiant, quin etiam remedium adverſus venena efficaciſſimum ab iiſdem petitur: ut à Cornu Cervi, qui ſerpentum inveſtigare cavernas fertur, & ſpiritu extrahere renitentes. Gallinæ quoque & pulli gallinacei, libentius araneam, quàm granum hordei vorant, & iis tamen indies & innoxiè veſcimur. (*a*) Coturnices quoque helleboro, Sturni cicuta veſcuntur, at hæc nec ipſis, nec aliis animalibus aut hominibus, qui horum eſui ſenſim aſſueverunt, aut quorum tota congeniti caloris ſubſtantia fortis eſt, ſunt venenum. Nam omnium pharmacorum vires (*b*) debiliores in aſſuetis deprehenduntur, in nonnullis etiam omninò inertes. Quicquid enim à natura acceptatur, devincitur, conficitur, caloreque, aut congenitã, vel ex conſuetudine acquiſitâ corporis proprietate, alteratum, in corporis alimoniam digeritur, id alito venenum eſſe non poteſt. Hoc modo puella illa Indica, & Anus illa Attica aſſuevere, integros napelli & cicutæ manipulos innoxiè devorare. (*c*) Deinde notandum, venenoſæ contagionis ſeminaria, calore concitata, in vivorum corporibus energiâ eſſe longè vegetiora & efficaciora, in defunctorum corporibus calore extincto, ferè conſopita. Unde in veneris, cum muliere morbo gallico infecta, conflictu, quo corpus & ſpiritus, veneni vehicula, incaleſcunt, contagionis ſeminaria fiunt nocentiora; quæ in feris ac volucribus toxico interemptis, præcipuè ſi ignis fervore (qui omnia luſtrat) in veru torrentur, vel in lebete elixantur, ignis calore diſſipata, difflantur & evaneſcunt. Vulnera quoque

Nnnn à ve-

à venenatis animalibus illata, ſi candenti ferro urantur, calore ejus virus inſumitur. Gallinæ quoque viperis ſaginatæ & tandem elixæ, labe elephantiaſis infectis, fuerunt ſalutares. *(d)*

a) *Caſtell. de eſu carn. l. 4. c. 28.* b) *Theophr. l. 9. cap. 18.* c) *Gal. l. 3. ſimp. med. cap. 18. lib. 3. de temp. Goglen. de pror. vita, pag. 66. & 372.* d) *Langius. l. 1. epiſt. 69. & 68.*

vide cent. 10. part. 24.

XX.

Affirmatur.

Si proximũ alimentum, quod partibus jam eſt aſſimilatum, earumq; effluvium reſtaurat, nunquã totali) (ut quæſtionarii Medici loquuntur) cõvenientia, ſimile fit corpori nutrito, ſed perpetuo retinet aliquid diverſitatis, quæ ſenſim aucta ſenium inducit: quantò magis venenum, licet multis coctionibus immutetur, tamen ingenitæ perniciei quædam retinebit ſeminaria, quibus tenuiſſimi ſpiritus paulatim fœdentur, ſecundum hos ſanguis & reliqui humores, totusque habitus corporis inficiantur. Quamobrem, non eſt dubitandum, quin diuturno veneni uſu, animalium iſtorum carnes, ſenſim à primo naturæ ſuæ habitu deſciſcant, & alimentorum qualitatibus imbuantur. Unde etiam exiſtimo, Gallinas aut pullos gallinaceos, ſi diu araneis nutrirentur, carnem habituros inſuavem & viroſæ qualitatis participem, quã tutò veſci non poſſemus, verè enim Galenus: ſcio commutatas cum ipſo alimento animalium carnes. Cui ſententiæ

tiæ experimenta ſuffragantur. Nam Turdi, quo tempore baccis juniperi aluntur, juniperi odorem, ſaporemque referunt. Cuniculorum carnes, cibi, quo ſunt enutriti, qualitatem redolere Venatoribus notum. Galenus, Vulpium carnes, naturæ humanæ adverſas, autumni tempore cœdi tradit, eò quod tunc uvis nutriantur. *(a)* Lac animantium, ſcammonio, elleboro, aut etiam tithymallo paſtorum, non ſine violentia alvum ſubducere, ſi hauriatur, Dioſcoridis, & Gal. teſtimonio comprobatum. Hinc quoque Medici pueros *(b)* adhuc tenellos & medicatis hauſtibus impares purgaturi, medicamenta nutricibus exhibent, quibus ipſum lac inficiatur & purgandi contrahat facultatem. Sic hecticis & tabidis, lac Caprarum & Aſinarum præſcribunt, quæ iis herbis alantur, quæ morbis adverſentur; quod temerè fieret, niſi alimentum quantumlibet mutatum atque concoctum, & ſanguini & lacti vim aliquam impertiretur. Sic refert Ariſtoteles *(c)* omnium venenatorum morſum eſſe exitialiorē, ſi alterum alterum comederit, ut à vivera ſcorpium devorari certum eſt. Et periculoſus eſt eſus eorum piſcium, qui venenis capiuntur. *(d)* Igitur non ſpernenda Plinii ſententia: Quædam (inquit) innocua alioquin, *(e)* venenatis paſta, noxia fiunt & ipſa. Idque exemplo confirmat Aprorum, in Pamphiliæ & Ciliciæ montuoſis degentium, qui devoratâ Salamandrâ, adeo virulenti fiunt, ut qui eos edant, continuò moriantur. Quamobrem ſatius fuerit, ex eorum animalium genere, quædam à menſis ablegare, quàm cum periculo, gulæ curioſitatem explere. Nam ſubitò nonnunquam mortes accidunt, quarum cauſæ fruſtra quæruntur, extra iſtius-

Digitized by Google

modi cibos, qui corpus εὐπαθὲς & ad reſiſtendum debile repererunt. (*f*)

a) *Comment. 4. de vict. rat. text. 99. & l. 3. de alim. facult. c. 2. Iſaac. c. 13. univ. diæt.* b) *Ex conſil. Hippocr. l. 6. epidem. ſect. 5. part. 33.* c) *hiſtor. de animal. l. 8. c. 29. text. 309.* d) *Lang. l. 1. epiſt. 68.* e) *l. 12. c. 53.* f) *Caſtell. de eſ. carn. l. 4. c. 28. & l. 3. c. 13. Liebault. de Venen. in theſ. paup. pag. 299. a.*

XXI.

An Apium, ſive Petroſelinum noſtrum Epilepſiam prodat.

Affirmatur.

Apio quare creditur proprietas eſſe commovendi Epilepſiam? an quod deliteſcentem alicubi corruptum vaporem, aut pravam qualitatem, Epilepſiæ proximam cauſam, derepente excitat, & de potentia in actum transfert?

Ruland. l. 1. probl. 208.

Conſentiunt Avic. l. & tract. 2. c. 56. l. 3. fen. 1. tract. 5. c. 11. Arn. de villa nova l. 1. c. 22. Savenar. pract. major. tr. 2. c. 3. rub. 9. Amat. Luſit. comm. in Dioſc. l. 3. enarr. 72. Tabernam. l. 1. herb. c. 25. Deodat. l. 1. panth. hyg. c. 26. p. 281. b. Tragus, authoritate Car. Steph. herb. part. 1. c. 154 Mathiol. in Dioſc. l. 1. c. 64. Gerardus recitat, quod Epilepticus quidam viridarium ingreſſus, cùm primum Apium vidiſſet, ſtatim ceciderit, ſcribit Leon. l. 2. prax. cap. 14. fol. mihi 226. Mercur. l. 1. prax. c. 26. Heurn. l. 2. M. M. c. 17. Quercet. in tetrad. cap. 34. l. Coſtæus de univ. ſtirp. nat. c. 24. Capov. l. 1. pract. c. 15. Trallian. l. 1. c. 15. & Plinius l. 20. nat. hiſt. c. 11. ex Chryſippo & Dionyſio

Digitized by Google

ſi0 refert, in puerperio ab eo cibo comitiales fieri, qui ubera hauriunt.

Cum ergo tot docti viri id affirment, non puto planè iſtam ſententiam eſſe rejiciendam, ſed potius experientiã, qua non planè refragabitur, conſulendã, & quamvis multi hodie ſine noxa utantur eo, ii tamen ad Epilepſiam diſpoſiti non ſunt. Et licet Galenus, (in conſil. de puero Epilept.) Apium Epilepticis concedat, id tamen deguſtare ſaltem permittit; ſicut & Smyrnium, id tamen poſtea caput replere ſcribit & ſimilia, quæ ei ætati, & in Epilepſia parum commoda, concedit: quâ ipſa de cauſa, Herc. Saxonia, hoc conſilium cum ſale legendum putat. Sennert. l. 1. prax. part. 2. c. 31 quæſt. 12.

XXII.

Dubitatur.

In medio ferè controverſiam hanc relinquunt, Rondel l. 1. meth. cap. 36. Iul. Alexandrin. l. 9 ſalubr. cap. 6. Foreſt. ſchol. ad obſerv. 54. l. 10. Iaſ. de morb. cerebr. cap. 23. Rhondius pract. libr. 1 cap. 9. Plater. prax. l. 1. pag. 45. Unzer. libr. 2. de epil. cap. 16. Paſcal. de cur. morb. libr. 1. cap. 8.

XXIII.

Negatur.

Si verum ſit, quod graves autores literis mandârunt, miramur, cur tam frequens ſit in cibis Apium? ſcitiſſimè ait Bruyerinus: (*a*) Vix enim reperias in Germania noſtra culinam, in qua herba & radix hujus, ſuum inter præcipua olera locum non occupet. (*b*) Quare id merum delirium eſſe, ſine pudore affirmavit L. Jacchinus, (*c*) eo potiſſimum perſuaſus

mento, quod Galenus Apium in cibo ſumi conceſſerit. (*d*) Id elixum pro comitiali morbo commendavit Q. Serenus, quò etiam inclinare videtur Langius: (*e*) ergò

quis facilè has tantas poſſit componere lites?

equidem cum ejus tàm quotidianus paſſim ſit uſus, ut nullus ferè cibus, ſine Petroſelino apponatur & plurimi eo in acetariis copioſè tanquam deliciis veſcantur, nec tamen Epilepticis inſultibus propterea corripiantur: ut de dogmate propoſito, nonnihil ſubdubitem, cauſam non omnino nullam me habere confido.

Nam, ut veriſſimè Plinius tradit, vera cujusque natura, non niſi medico effectu cognoſci poteſt: opus ingens, occultumque divinitatis, & quo nullum reperiri poſſit majus. (*f*) Si quibus nocuit Apium, ſive Petroſelinum, ſingularem procul dubio antipathiam in cauſa fuiſſe, veriſimile eſt: qualia multa dari vel pueris innotuit. Ab ipſis tamen regulas univerſales confeſtim extruere non licet.

Eos, qui fortè fortuna animo delinquunt, ſi nihil aliud in promtu ſit, Petroſelini olfactu noſtrates veluti remedio præſentaneo communiter refocillant: non facturi certè iſtud, ſi unquam ejus uſum ſiniſtrè ceſſiſſe vidiſſent (*g*)

a) *de re cibar. l. 8. c. 17.* b) *Goglen. de pror. vita, p. 254.* c) *de acut. morb. cur. c. de apio.* d) *in conſ. de puero epil.* e) *l. 1. ep. 66.* f) *l. 19. nat. hiſt. in fine.* g) *Döring. in μιθρι-δατικοπιχυία pag. 153.*

XXIV.

XXIV.

Noſtrum Petroſelinum eſſe verum Antiquorum Apium ſativum.

Proculdubio, omnes ferè ætatis noſtræ Medici, iique præſertim, qui diu verſati ſunt in ſimplicium medicamentorum inquiſitione, quique multum laboris ac ſtudii impenderunt, ut hanc Medicinæ partem, penè abolitam reſtituerent, nihil aliud, apud antiquos, ſativum fuiſſe Apium putant, quàm vulgare noſtrum Petroſelinum, hodie hortis omnibus frequentiſſimum. Quorum equidem ſententiam, nunquam auſim improbare: cùm noſtrum hoc, notis omnibus ſit præditum, quibus conſtare Apium veteres tradidêre.

Matthiol. in comment. Dioſcor. l. 3. cap. 64. Döring. l. 6. pag. 139.

Epilepſiæ verò generationem quod attinet, potius Apio paluſtri, quàm hortenſi & ſativo ſive Petroſelino noſtro, illam acceptam referendam putaverim. Paluſtre enim Apium, odorem ſpirat gravem, & ſaporem habet inſuavem, unde non ſecus, ac ab odore Gagatis, aliarumque rerum fætidarum Epilepſia excitari poterit. *Matth. de ſimpl. med. qualit. cap. 10. Gogl. loc. cit. Manardus dubitat, quodnam genus ſit, quod in Comitiali morbo damnetur, lib. 18. ep. 1. Quære. diat. Polibiſt. lib. 3. c. 2 p. 344.*

XXV.

Epilepſia ex terrore cur?

An in concitata iſta motione, calore nativo, ſpiritibusque vitalibus ſubitò introrſum ruentibus, vel

pravi ac maligni, qui antea in partibus alicubi delitescebant, vapores ad cerebrum vel nervos recurrentes: vel ex ipſis humoribus, in corpore præſertim κακοχυμῷ exuſcitati derepente pravi, crudique ſpiritus, & flatus ad cerebrum, vel nervoſum genus delati, Epilepticum movent πάθος?

Ruland. l. 1. probl. 209. Quercet. in tetrad. c. 1. p. 18. c. 21. Heurn. c. 23. de affect. cap.

XXVI.

Exempla Epilepticarum.

I.

Ex fratris morte ſubitò denunciatâ.

Monacha quædam, cùm fratrem ſuum emortuum ſubitò acciperet, ilicò humi cecidit, & tanquã mortua per horam integram manſit, quæ poſtea utcunq; revocata, comitiali morbo graviter cruciari cœpit.

Amat. Luſitan. cent. 2. obſ. 90.

XXVII.

II.

Ex perfuſione aquæ inopinatâ.

Novi puellam, quæ ex perfuſione aquæ inopinatâ, in epilepticas convulſiones perterrita, ſeu conſternata incidit, ex quibus nec adhuc liberata, ſed fatua, nunc grandis convellitur.

Höchſtet. part. 2. obſ. decad. 4. ſchol. ad caſ. 8.

XXVIII.

III.

Ex caſu Epileptici.

Sartoris cujusdam filia, adulta, melancholica, viſô Epi-

Epileptici caſu, eo perterrita, in Epilepſiam incidit, eâque multos annos laboravit, ex improviſo ſæpè corruens, idque frequentius circa Novilunium, ſeipſam ex caſu & motu tam inordinato lædens.

Plater. lib. 1. obſerv. p. 19. Chr. à Vega l. 3. de art. med. cap 12.

XXIX.

IV.

Ex detruncatione capitis.

Puella quædam Breslæ, cum ſpectaret publicè à carnifice latronem capite truncari, ſpectaculi fœditate, in Epilepſiam incidit.

Weinrich. de monſtr. c. 15.

XXX.

V.

Ex conſternatione ſubitâ.

Obſervavimus, An. 1613. d. 6. Febr. virginem quandam, in octava circiter ætatis trieteride conſtitutam, ex ſola conſternatione, in graviſſimum morbum comitialem incidiſſe, quem tamen nunquam antea paſſa fuerat, à quo tandem, benignitate Dei, noſtraque opera libera fuit.

Unzer. l. 1. de epil. c. 16. p. 103. l. 2. c. 5. p. 175.

XXXI.

Epilepſia curata ex incuſſo terrore, mirum!

I.

Adoleſcens quidam epilepticos paroxyſmos non ra-

Digitized by Google

rarò incurrebat. Cùm verò ipſius mater audiret, futurum, ut liberaretur æger à paroxyſmis epilepticis, ſi quis antea, ægro non viſus, vel in vita, vel ſaltem in illo morbo, ex improviſo ipſum vehementer perterrefaciat, puellam quandam compellavit, ut ex improviſo & cum impetu ſe in hypocauſtum conferret, & evaginato cultro, induſium ipſius per medium diſcinderet. Quod factum eſt, & inde tanto terrore æger correptus fuit, ut poſtea nullos unquam epilepticos ſenſerit paroxiſmos.

XXXII.

II.

Juvenis quidam lanificus, cum quodam tempore, à conſervo ipſius alapam unam atque alteram accepiſſet, ira percitus, in terram proſtratus, & mox fortiſſimo paroxiſmo epileptico correptus fuit, adeò ut copioſam ſpumam per os emiſerit, cum prius nunquam ſævo hoc morbo laboraſſet. Poſtea, quoties irâ commotus fuit, toties Epilepſia ipſum invaſit. Patronus ipſius multos hinc inde conſuluit Medicos, & variis remediis uſus eſt: quibus tamen nihil profecit. Accidit, ut idem Patronus, ab ipſo rem quandam effectam cuperet, cumque illi non placuiſſet, ut efficeret, ira commotus & Epilepſiâ correptus mox in terram cecidit, & vehemens in illo convulſio apparuit, ita ut manibus & pedibus terram quateret. Cumque Patronus ægerrimè ferret Nebulonis improbitatem, ſitulam aquâ frigidâ plenam, ſuper illum effudit, qui mox experrectus ſurrexit & ſanatus fuit, nec unquam poſtea epileptico paroxyſmo laborare viſus eſt.

XXXIII.

XXXIII

Epilepſiarum terrore curatarum, cauſa.

Quemadmodum animi pathemata (quibus juvenilis ætas maximè indulget) Epilepſiam excitant, ob ſubſtantiæ ſpirituum, ex impetuoſo ſanguinis motu ſubitaneam alterationem: ita viciſſim magna hujuſmodi ſanguinis ſpirituumque agitatio, ab externo objecto terribili illata, facultatem expultricem ſegnem ac torpidam, exuſcitat, ut lentos & craſſos humores pituitoſos & atrabilarios agitet, & commotos abſumat, vel tandem integrè excutiat & vacuet; quamquam hanc curandi rationem non magnopere probem, cùm graviora ſæpè ſymptomata, & ipſam mortem ſucceſſiſſe, exempla teſtentur.

Gabelchover. obſerv. med. l. 4. curat. 23. & 24. & in Schol.

XXXIV.

Specifica ant-epileptica.

INTERNA.

1. *Sanguis paternus.*

Wann ein Vatter ſeinem neugebornen Kind / 3. tropffen Bluts / aus dem Gold- oder Hertzfinger eingibet / ſo iſt daſſelbige Kind ſicher vor den Fraislin.

Johann Popp im Handbüchlein / *fol. 210.*

XXXV.

2. *Turturis.*

Turturum ſanguinis 3. guttis, puero exhibitis, Epileptico auxiliari, experimentis indubitatis patefa-

ctum

ctum eſt : vulnerandus autem leviter alter pes eſt, ſanguiſque excipiendus.

Goglen. de pror. vita, p. 564.

XXXVI.

3. *Aquilæ.*

Sanguis Aquilæ, per 10. dies potus, cum oximelite, ſanat Epilepticos.

Vl. Aldrov. ornith. part. 1. l. 1.

XXXVII.

4. *Corvi.*

Sanguis Corvi, in fine epilepticarum convulſionum, cum ovo ipſius datus, liberat ab Epilepſiâ.

Idem. tom. 1. l. 12. c. 13.

XXXVIII.

5. *Teſtudinis.*

Sanguis Teſtudinis nemoralis bibitus ſanat Comitiales.

P. Bayer. lib. 2. pract. cap. 16. Wecker. *antid. ſpec. l. 1. ſect. 24.*

XXXIX.

6. *Muſtelæ.*

Sanguis Muſtelæ præſtantiſſimus habetur, pro ſananda Epilepſia. Imò hoc certiſſimè dicere poſsū, me vidiſſe ſanatū Epilepticum ſupra XXV. annum, ſolo hujus ſanguinis uſu, potati ſcilicet ſtatim, atque è venis exiit ad uncias duas, cum uncia aceti: Poteſt etiam præparari hoc modo: Muſtelæ decollatæ totus ſan-

ſanguis aſſervetur in vaſe vitreo: mox verò ubi concreverit, dividitur in partes minutas & umbræ, æſtivo tempore expoſitus, ſiccari ſinitur.

H. Augen. tom. 4. conſult. l. 8. p. 575. Dioſcor. l. 2. c. 27. Plin. l. 30. c. 4.

XL.

7. *Catelli nigri fel.*

Sume Catellum parvum nigrum, adhuc ſugentem (pro fœmella verò Epileptica, ſubſtitue Catellam) eumque ſtrangula & interfice, & ex interfecti & per ſectionem aperti corpore, extrahe totam cyſtim χολιδόχον, vix 3. vel 4. guttulas ſinceræ bilis in ſe habentem: hunc bilioſum ſuccum omnem, puerulo in paroxyſmo Epileptico, cum pauxillo aquæ florum tiliæ, propina, & miraculi inſtar videbis, illum ab hoc morbo, è veſtigio, curari & ſanari. Hoc olim, dum Patavii ageremus, & rei Medicæ operam navaremus, pro lectione ex ore celeberrimi Medici ac Profeſſoris, D. Herculis Saxoniæ, Præceptoris noſtri exceptum, diligenter annotavimus.

Meminit etiam hujus remedii, Joannes Colerus, in ſuo Pharmaceut. domeſtico, illudque ceu ſingulare experimentum, mirificè prædicat.

Unzer. de Epil. l. 2. c. 14. p. 245.

XLI.

8. *Pulvis epatum Ranarum viridium.*

Colligantur menſæ Majo, Junio & Julio, Ranæ paluſtres virides, numero XL. vivis diſſectis Epar eximatur, ſiccentur Epata extenſa ſuper foliis braſſicæ, in olla vitreata, lento calore. Hinc pulveriſentur

&

& pulvis in quinque partes æquales dividatur, cujus pars prima jejuno cum vino, ſub ipſo Novilunio, Luna in Cancro, vel exaltatione ſua, (Tauro) exiſtente exhibeatur, & pulvere ſumto, duabus horis à cibo æger abſtineat. Secunda pars cubitum ituro exhibeatur, & ita reliquæ. Si patiens ab aſſumpto medicamento, circa tempora ſudorem ſponte profluentem ſenſerit, bonum profert indicium virtuoſitatis Medicinæ. Abſtineat per id tempus à vino, ira, omnique formidine, vitet aquam & ignem, vehementesque animi commotiones omnes fugiat. Vix dici poteſt, quantum emolumenti ab hac ſimplici præparatione, veræ Medicinæ accedat. Si primo anno non ſequitur effectus, repete ſequenti. Hoc experimento, Fridericum IV. Electorem Palatinum, ab Epilepſia pertinaci, quam in juventute contraxerat, penitus liberatum memorant.

I. Vincent. Finck. enchir. dogm. Herm. c. 5.

XLII.

EXTERNA.

1. *Cerebrum Coturnicum.*

Coturnicum cerebrum, ex unguento myrteo tritum, vaſe ſtanneo reponito, & quum quempiam morbo comitiali prolapſum videris, eo faciem oblinito, & admiraberis ejuſmodi auxilii efficaciam, nam ſtatim æger reſurget.

Galen. 3. eupor. 155.

XLIII.

2. *Epileptici ſanguis.*

Epileptici collapſi ſtatim excitantur, ſi ſanguis

ex

ex magno ægri pedis digito vulnerato, labiis illinatur.

Aët. tetrab. & ſerm. 2. c. 15.

XLIV.

3. Turtur.

Ferunt D. Brunnerum, Archiatrum Halenſem, turturem fœminam deplumaſſe, & umbilico Epilepticæ in paroxyſmo impoſuiſſe, atque ſic paroxyſmum abegiſſe. Extrahi enim fumum quendam venenatum ſcribunt, quo extracto ipſa convellatur & mortiatur.

Sennert. l. 1. pract. l. 2. c. 31. fol. 610. b.

XLV.

AMULETA ANT-EPILEPTICA.

1. Radix Sambuci ſuper ſalicem creſcens.

Radix Sambuci, quæ ſuper ſalicem oritur, menſe Octobri, pauld ante plenilunium collecta, inque talleolas diſſecta, ſi collo appenſa geſtetur, ad præſervandum ab Epilepſia mirificè conducere dicitur: cujus amuleti ratio non planè occulta, cum Sambucus & ejus grana in hoc morbo plurimùm proſint. Sunt, qui ſambucum hanc, ſuper ſalice creſcentem, ex Paſſeris epileptici cadavere putrefactò creſcere ajunt.

Finck. Leit. p. 34. Gabelchov. ſchol. obſ. 60. centur. 4. Sennert. l. 1. prax. fol. 632. a.

XLVI.

2. Filum chartarum luſoriarum.

Filum, quo chartæ luſoriæ vinctæ erant, collo Infan-

fantis appenſum, ab eo Epilepſiam abigere, & priſtinæ ſanitati reſtituere, Nobilis Fœmina, Ann. 1620. d. 8. April. mihi pro certo affirmavit. Experimenti via facilis.

I.R.C.D. ex obſerv. propr.

De Amuletis, ſeu externis remediis, quæ collo Epileptic. appenduntur. *vide Unzer. de epil. libr. 2. cap. 13.*

Plura de Epilepſia, *vid. centur. noſtr. 3. part. 30. & ſeqq. centur. 6. part. 6. 20. 21. & 93. centur. 7. part. 5. 9. & 72. centur. 8. part. 61. & ſeqq. centur. 10. partic. 89.*

XLVII.

Secretum in loquelæ defectu, Melancholiâ cerebro primariò affecto, & Maniâ.

Pro magno ſecreto in loquelæ defectu habetur, ſi in decocto piſorum, vel quod melius eſt, cicerum, non ſalito, 4. vel 3. guttæ ſanguinis, ex aure aſini molaris extracto, per aliquot dies, vacuo ſtomacho aſſumantur. *(a)* Nonnulli in Melancholia, *(b)* & Mania, *(b)* tanquam ſpecificum commendant, ſanguinem aſini, ex venis poſt aures, tempore verno emiſſum, ſi in eo linteola munda, nullo uſu antea infecta madefiant, & exſiccentur & poſtea particula duos digitos lata, & unum pollicem longa, in aqua fontana maceretur, eaque ter poſtea manè exhibeatur, & ſudor ſi fieri poteſt, provocetur.

a) *Gr. Nyman. de apopl. cap. 45.* b) *Sennert. libr. 1. prax. part. 2. cap. 9. pag. 355. lit. b.* c) *Idem loc. cit. pag. 424.*

XLVIII.

Digitized by Google

XLVIII.

Amuletum in Apoplexia.

Ego puto, ſi corolla ex corallo collo applicetur, optimam ἀποτρόπαιαν fore in Apoplexia: cum mihi conſtet dentium dolores à catarrho ortos hoc averti.

Heurn. c. 24. de aff. capit. p. 275. b.

Plura de Corallorum uſu interno, externo, *vid. cent. noſt. 8. part. 24.*

XLIX

Præſervativum in Apoplexia excellens.

Certiſſimum & longa experientia comprobatum remedium, & præſervativum, bis in ſeptimana, ſtomacho jejuno, maſticetur Maſtix, ad unam horam cum Agarico, attrahit materias phlegmaticas & melancholicas, à capite, & ita ab obſtructionibus præſervat.

Sumat igitur præſervandus grana maſtichis tria, vel quatuor in os, terantur dentibus in formam latiorem: poſtea recipe agarici, quantitate ciceris, & involvatur in maſtichem dilatatam, & ita ſimul maſticetur per unam horam, & expuatur materia collecta, accuratius enim ſic eradicabitur, quàm per pilulas.

Panſa 4. part. pract. de pror. vit. c. 30.

L.

Cucurbitularum in Apoplexia, vis mira.

Apoplexia accidit Regi Hamech, Filio Hali, & in principio curam convenientem non habuit, ſed dimiſe-

miſerunt eum, ſicut erat, & nullus ex ejus Magiſtris ei aliud præcepit fieri, niſi inungi corpus odoriferis & ſuffumigari. Quod ſufficiens ei non credidi, ſed feci ventoſam collo ejus apponi, & velociter ab illa ægritudine exivit, & eſt res, in qua confidentia eſſe debet.

Hali l. 3. aphor. Foreſt. l. 10. ſchol. ad obſ. 76. Schenck. l. 1. obſ. 149.

Si catarrhus cum impetu deſcendat, ut Homo ex eo fluxu videatur ſuffocari, confeſtim fiant ligaturæ fortes, apud axillas, in ſuperiori parte adjutorii, & ponantur ventoſæ magnæ, multum ignitæ ad ſcapulas, & item una mediocris benè ignita ſupra commiſſuram ſagittalem, & eſt ſecretum admirabile, ſervans hominem à ſubita morte.

P. Aponenſ. in complem. Meſ. laſ. de morb. cerebr. c. 17.

Non ceſſandum, ſi fieri potuerit donec æger excitetur, frictionibus & ligaturis etiam adhibitis, aliisque diverſionibus, ut cucurbitulis cum ſcarificatione dorſo admotis. *Dodon. l. 2. prax. c. 15.* vel pedibus, ut in Ioanne Imperatore Conſtantinopolitano factum narrat G. Logothet. Scarificationibus autem indi- tum Epholbion (fortè ἐφόλκιον vel ἐυφόρβιον) addit, ut major fieret attractio. *M. Herculanus Blonck. ib. in notis.*

Hieron. Fracaſtorius, LXX. major, die VIII. Augu- ſti (A. 1553.) inter prandendum apoplexiâ correptus eſt: poſt multas autem herbas in olfactum balbutiente linguâ efflagitatas, amiſſo penitus ſermonis uſu, manu ſæpè in verticem exporrecta, iis qui aderant, innuens, ut celeriter cucurbitulâ adfecto & laboranti ce-

ti cerebro ſuccurrerent ; quô ille remediô quandam Veſtalem curaſſe meminerat : ſed re ab aſtantibus non intellecta, leniter ſub noctem expiravit.

Vita Fracaſtor. ſub finem l. Neander. in ſyntag. de Medic. natalit. & c. pag. 165. Heürnius c. 24. de affect. cap. p. 270.

Aſſerem è tabula cupreſſi, (vel ſi haberi non poteſt, placentam dulciariam, German. Kāhen-zeltlein) capiti admovere, vel deraſo capillo cucurbitulam vertici imponere, utiliſſimum eſſe, magnus Medicus experientia didicit. *Crato conſ. 36. & 37.*

In Apoplexia, ſummum & unicum remedium habentur cucurbitulæ capiti impoſitæ. *Sennert. l. 1. pract. part. 2. c. 33. fol. 680. b.*

Quando tertium meningis ſinum, ductusque ejus, quos per foramina cranii, in vertice exſculpta exterius ad pericranium transmittit, conſidero, hoc in loco, modò prius brachii vena ſecta fuerit, non inutiliter affigi poſſe video: ex ipſo enim ſinu ſanguinem trahendo, obſtructiones reſerare, cerebrumque ſimul in ſe ſubſidens, nonnihil erigere valent.

Gr. Nyman. de apopl. c. 39. p. 229.

LI.

An & quomodo Corpus in Apoplexia concutiendum?

In Apoplexia concutere partes ſuperiores maximè colli rectum eſt. (*a*) Æger concutiendus, agitandus, & quantum fieri poteſt excitandus. (*b*) Totum corpus concutiatur, ut ſpiritibus via aperiatur, mode-

ratè tamen, ne agitatione vehementiore, fuſa in corpore pleno materia morbum augeat & foveat. (c) Nam ſi corpus cacochymicum ſit, multisque vitioſis humoribus ſcateat, ex illa commotione, ſæpè & ii, qui in motu nondum ſunt, moveri poſſunt. Sic mihi notum exemplum, quod ejusmodi agitatio ægro aliquando plurimum obfuerit, eique mortem ſubitaneam accelerârit. (d)

a) *Crato conſ.37.* b) *Deodat.de prer.vit.l.3.p.127 Heller.l.1.prax.* c) *Sennert.l.c. Heurn.c.24.de aff.cap.p.266.b.* b) *Nyman.c.39.de apopl. p.202.*

LII.

Apoplecticorum ſtertor unde?

Stertor in Apoplecticis, ut plurimum fit, muſculis gutturis & thoracis reſolutis, iisquenon amplius ad expirationem concurrentibus, ac propterea magnus ſtertor, magnam muſculorum, faucium, colli & thoracis reſolutionem & læſionem, adeoque fortem Apoplexiam indicat.

Nyman.de apopl.c.35.

LIII.

Apoplexiæ ſtertor cur lethalis?

An quia non modo faucium, nariumque meatuum interceptionem, adſtrictionemque ſignificat, à cerebri humiditate ad hos meatus defluente, ortam, ſed & muſculorum, reſpirationi dicatorum infirmitatem? nam concidunt muſculi, partesque omnes, vi motrice ablata.

Ruland. l. 2. probl. 22.

Quamvis ſtertor arguat fortem Apoplexiam, non omnes

omnes tamen, qui ſtertunt, moriuntur, ut colligitur ex *Hippocr. aph. 51. Foreſt. l. 10. ſchol. ad obſ. 74.* cum aliquando & ii, qui magno cum ſtertore decubuerunt, tandem idoneis præſidiis adhibitis reſtituti & à morte liberati fuerint. *Nyman. l. c.*

LIV.

Sonus in ſtertore unde?

Sonus in ſtertore Apoplectico editur, quòd ſpiritus diu in gutture hæreat, nec expelli poſſit, donec alius ſuperveniens, cum neceſſitate urgente protrudat & elidat, linguamque laryngis & epiglottida commoveat & agitet. Fortem proinde ſtertor arguit Apoplexiam, & ſi cum ſpumâ circa os fuerit, fortiſſimam.

Nyman. l. c. Foreſt. ſchol. ad obſ. 69. & 72. l. 10. Viſcer. & Heurn in explic. aph. 51. l. 6. Idem Heurn. c. 24. de aff. cap. p. 266. b.

LV.

Stertoris cauſa in ſomno quæ?

Stertor in ſomno plerumque accidit iis, quibus amplum pectus & anguſtæ fauces ſunt: unde cum copioſior in illis fiat attractio, quàm per meatus tranſire poteſt, accidit ut ſonum excitet. Quare qui dormiunt ore aperto & ſtertunt, cùm indecens ſit & periculoſum, vinciant inferiorem mandibulam, ne decidat, purgent caput à tartaro viſcido obſtruente, nec ſupini cubent.

I. Bick. Herm. rediv. prophyl. ſect. 2. c. 8.

 LVI.

LVI.

Dormientes ebrii cur ſtertunt?

An quia ob motricis facultatis, copia vini obrutæ, debilitatem, thorax relaxatis muſculis, non ſatis pro refrigerii neceſſitate attollitur, nec pulmo ſatis dilatatur, ſed ſublimis ſurſum in jugulum fertur, unde viæ ſpiritus anguſtæ redduntur, ſummâque vi ſpiritus ducitur & emittitur? an copia humoris in fauces irruens facit, ut ſpiritus libere exire & regredi nequeat? an fit compreſſa & nonnihil arctata parte tracheæ ſuperiore;(*a*) Spiritu ad laryngem vehementius abſque excreatione impulſo, à pulmonibus ob impeditam reſpirationem? (*b*)

a) *Hippocr. hos* ἐξεχεβρόγχους *gutturoſos appellat, l. 3. de artic. 8.* b) *Ruland. l. 1. probl. 205. ex Viſceri comm. in aph. 51. l. 6. Hippocr.*

vide infra part. 81.

LVII.

Cur ab objectis externis circumrotatis & variè motis Vertigo excitatur?

Ad objecti externi circumrotationem, per ſpecies viſibiles ſpiritus viſionis celeritatem veluti ſequentes, ſimili modo concitantur & agitantur. Hinc ii, qui vertigini ſunt obnoxii, ad rerum talium aſpectum oculos claudunt, vel obvelant, & jumentis, quæ molas in orbem circumducunt, oculi obvelari ſolent, aut cœca in hanc operam eligi.

Sennert. l. 1. pract. part. 2. c. 4. quæſt. 3.

Digitized by Google

LVIII.

Cur ſpiritibus commotis, & res extra poſitas moveri neceſſe eſt?

Cur ſpiritibus in cerebro commotis, atque in gyrum actis, neceſſe eſt, res extra poſitas videri in gyrum circumvolvi, quieſcentes licet? An ſenſatio per illas partes, quæ revolvuntur, fit ſecundum oppoſitionem, ſic nimirum, ut ſi ſpiritus volvuntur, ſpecies ipſæ rerũ, in iis receptæ, quæ eodem modo ſunt oppoſita, revolvantur? Etenim, cum ſentiens, ſpiritus videlicet animalis, recipiendo ſpecies, impreſſionesque rerum ſenſibilium extra poſitarum, in circulum & gyrũ rotatur, permutantur objecta, ut nimirum ſpecies ipſæ in ſpiritus receptæ etiam moveantur, ac in gyrum moveri nobis videantur. An ut ſcientia actu idem eſt, cum ipſo ἐπιστητῷ, quod actu eſt ἐπιστητὸν, (a) ita ſenſus actu idem eſt, & ἐνεργείᾳ cum eo, quod actu eſt αἰσθητὸν, ut neceſſarium ſit, ſentiente moto, permutari oppoſitum, & viceverſa, cum ſenſatum movetur, permutari oppoſitum? (b)

a) *Ariſtotel. lib. 3. de anima c. 5.* b) *Ruland. l. 8. probl. 205.*

LIX.

Quomodo rerum profundarum & ab alto proſpectus vertiginem generet?

Theophraſtus cauſam refert in titubationem & diſpoſitionem ſpirituum externorũ, qui interiores agitent. Cum enim ſpiritus viſitorii, ubi res profundæ ſpectantur, in imẽnſum quaſi protendantur, in tanta

ſpatii longitudine, firmos manere non poſſe, ſed titubare quaſi & tremere, eumque tremorem radiorum communicatum ſpiritibus cerebri, eos ſimiliter movere exiſtimat. Verùm malè præſupponit, viſionem fieri radiorum & ſpirituum emiſſione, & ſpiritus continuò ab oculo ad rem viſam extendi, & quaſi baculum, vel funem tremere poſſe. Et ſi ſaltem longitudo ſpacii eſſet in cauſa, cur non etiam proſpectus in altum & ſtellarum adſpectus vertiginem moveret.

Hercules Saxonia ex aſpectu rei profundæ ſpiritum animalem ita conſumi putat, ut propter ejus defectum, ne vacuum detur, poſtea attrahantur vapores, qui vertiginem excitent. Verum enim verò, non plus ſpirituum in rei profundæ, quàm propioris adſpectu conſumitur; & ſi hæc hujus rei cauſa eſſet, etiam res longinquæ è directo, in plano vel alto poſitæ, æquè, ac res profundæ vertiginem excitare deberent.

Probabilius eſt, ex rei quaſi horrendæ & metuendæ ac periculoſæ adſpectione, ſpiritus diffundi & moveri, atque ex terrore rurſum retrahi, & ſic inordinato motu moveri. Undę, qui aſſueti ſunt in alto verſari, neque metuunt ſibi, ſi ex alto proſpiciant, vertigine facilè corripi non ſolent.

In capite deorſum inclinato, ſpiritibusque tunc eò ad principium nervorum vergentibus, cùm illud rurſum erigitur, iiſdem ſpiritibus impetu ad propriam ſedem remeantibus, vertigo excitari ſolet.

Sennert. l. c. H. Nyman. orat. de imagin. p. 216.

LX.

LX.

Motus recti cur non pariunt vertiginem?

Motus circulares cur pariunt vertiginem, idque adeò, ut exteriora omnia circumagi videantur? an circulares ſpiritibus animalibus rotationis ſpeciem, motusq; talis principium imprimunt, ut circumvolvantur & ſecum etiam ſpecies conceptæ? an rectorum non niſi recti impreſſio, non potentis ciere gyrum? an rectus vaporum expirationi præbet exitum, quem circulatis quàm maximè impedit, ut ſubſiſtentes ii, & ſpiritum animalem perturbantes, vertiginem progignant? an circulares motus corporeas vertiginis cauſas ſuſcitare valent, quæ partim in ſubſtantiâ cerebri continentur, cujuſmodi ſunt vapores commoti in venis, quæ ſunt in ipſo; partim in nervis aut humoribus contentis, in ipſo omnis generis, qui evaporant, cum parvo motu, aut caliditate, cùm ergo moventur vapores illi, movent motu ſuo ſpiritum animalem, qui non digeritur, nec recipit ſubſtantiam, niſi in venis illis ceſſet evaporatio, tunc namque requieſcit in ſubſtantia cerebri, & hinc diſpergitur per nervos in corpus?

Ruland. l. 2. probl. 296.

LXI.

Synciput cur magis quàm cetera capitis partes, dolet?

Syncipur offenditur ac dolet maximè. 1. quia cerebrum eâ parte debilius. 2. quia ibi major medullæ co-

copia. 3. quia vaporoſa recrementa ad eam partem potiſſimum tendunt per venas & arterias, quæ utraq; colli parte, eò ſeſe recipiunt; quippe caput humano corpori ſuperjacet, veluti tectum calenti domicilio; ideoque ibi ſuturæ plures, ut major fieret diſflatio. 4. quia partes ibi ſunt magis ſentientes, propter membranas, nervos & tendines, qui membranam carnoſam, cum pericranio conjungunt, indicium eſt, quòd quando cerebrum per eſſentiam & idiopathiam afficitur, dolor præcipuè in anteriori parte percipitur, ac per palatum & nares morbi cauſa expurgatur.

Rod. à caſtro, l. 2. de morb. mul. c. 7.

LXII.

Barba in Viris utilitas quæ.

Vis & facultas procreatrix, cum in Viro valida admodum ſit, non tantùm in pube certo tempore ætatis, lanuginem primò, mox in pilos deſinentem, ſed & in facie, loco omnibus conſpicuo, ut cognoſcatur virilitas in viro, omnibusque pateat, Barbam quoque producere tunc temporis incipit, locum ubi minus impedire debuit occupantem & pro naturarum diverſitate & efficacia facultatis illius, in circuitu oris, plus minuſve ſeſe ad aures uſque & ad malas extendentem. Hincque fit, ut quibus ante pubertatis annos, vis illa & virilitas, per caſtrationem teſtium, in quibus vis illa quoque latebat, adempta eſt, barba quoque minimè erumpat. Quæ vera cauſa generationis barbæ exiſtit, ut non ſit neceſſe venuſtatem, cujus cauſa hæc genita ſit, protendere, cùm in muliere nihil turpius, quàm ſi ea creſceret, evenire poſſet, neq; pulchritudinis cauſa tantum aliquid in corpore

pore humano condiderit natura, illudq; tamen pulchrum exiſtat, quod rectè formatum eſt.

Barbæ autem in viris uſum nemo rectè hactenus deſcripſit, neque enim eum quem cæteri pili uſum calefaciendo, aut aliud quid corpori commodando præbet, cùm potiùs impedimentum ſit, non ſaltem ori ad res ingerendas, ſed & in aliis actionibus. Unde eam veteres, qui capillos prolixos alioquin alebant, penitus abradebant, ne belli tempore, paciſque illis impedimentum adferret.

Elegantiæ cauſa ſi velint dicere eſſe genitam, quare igitur mulieres ea carent, quarum elegantiæ cauſa in in hoc maximè natura ſtuduit, & barbâ carere voluit, quæ ſi quando, vel leviter ſe in illis manifeſtet, turpiſſimas facit. Virilitatis itaque duntaxat eſt indicium, ut cum homo nudus minimè incedat, ſicque ſexus dignoſci nequeat, ex facie virilitatis illius pateant indicia.

Quo circa eo tempore, cùm vir eſſe incipit, circa mentum aliis citiùs erumpunt, & hæc cartilaginoſa filamenta à virilitate protruduntur, & cum vir ad generationē non habeat definitum tempus, ſed ſemper ſit habilis, ſemper quoque toto vitæ tempore manent. Hinc certè pulcherrimè illud obſervatur, quòd ſi ante virilitatis tempus caſtrentur, antequam hæ partes genitæ ſunt, non amplius creſcant, cum virilitas in homine penitus ſublata ſit, & effæminati facti ſint.

Plater. paradox. quaſt. 6.

Pili barbam conſtituentes, non modò ut maxillas, mentumque operiant (quod mulieres peplis faciunt) ſed etiam decus ac ornamentum afferunt: venerabundus

dus n. magis mas apparet: idque potiſſimum, ſi ætatis progreſſu pili undique & pulchrè circumfundantur; idcirco ſuperiorem genarum partem & naſum, natura pilorum expertia reliquit, alias facies tota ſylveſtris ac fera fuiſſet, animali manſueto ac politico minimè conveniens. In mulieribus faciei glabrities ornamento eſt, nec eis forma veneranda opus erat, natura enim animæ moribus corporis formam convenientem fecit.

Gal. l. 11. de uſ. part. c. 14. Barthol. in proœm. inſtit. anatom. pag. 5. Bauhin theatr. anat. l. 3. cap. 1. Scalig. in comment. Ariſtot. hiſt. de animal. l. 2. text. 21.

LXIII.

Barbæ magna dignitas.

Si quis aliquem cæperit, & abſq; ſanguinis effuſione fuſtibus percuſſerit, vel crines ejus aut barbam expilaverit, X. libras ei, cui injuria illata eſſe videtur, per compoſitionem impendat, & judici XX. libras perſolvat. *(a)* Extant etiam hâc de re leges Alemannorum vetuſtiores, quæ temporibus Clotarii Regis ſancitæ ſunt: ſi quis (ſtatuunt) alicui contra legem totonderit caput liberum non volenti, cum XII. ſolidis componat. Si autem barbam alterius totonderit nolentis, cum VI. ſol. componat. *(b)* Gandinus refert, ſylvæ incendiarios & fures, aliquibus caſibus, in Longobardia ſolere tonderi & decalvari pro ſecundo furto. *(c)* Hodierno quoque die, apud Candiotas vel Cretenſes, loco pœnæ habetur, ſi barba tondeatur. *(d)* Sic olim apud Indos eum, qui maximum aliquod delictum perpetrârat, Rex tonderi juſſit, tanquam extrema ſit talis ignominia. Unde

non

Digitized by Google

non abſurdè dixit quiſpiam ex veteribus: tam deforme eſſe ornatum barbæ auferre viris, quàm leoni vel equis jubas attondere. Id videre licet apud Plutarchum, qui morem Siculorum refert. Ii enim victores equis lauro coronatis, captivi verò tonſis crinibus in triumpho utebantur. *(e)* Non ſine cauſa igitur propter inſolitam rem, mirati ſunt Itali equitatum Germanicum Cæſaris Maximiliani I. quum noſtrorum Patrum memoria, contra Venetos bellum gereret, quòd pleriſque equis jubæ detonſæ & caudæ mutilatæ eſſent; neſcientes videlicet ideò fieri (ut noſtris hominibus tunc temporis perſuaſum erat) ut equi hac mutilatione alacriores & ſpina dorſi robuſtior fieret. *(f)* Baldus docuit, Barbam in homine membrum eſſe: & ob id incidentem barbam teneri pœna, qua plecti ſolet, qui membrum alicui abſcidit. *(g)*

a) *Conſtitut. Frider. Imp. de pac. tuenda.* b) *ſub. tit. de eo, qui alium contra leg. totonderit.* c) *de malef. in tract. pœn. n. 56.* d) *Thevet. in Coſmograph.* e) *Fazell. de reb. Siculis dec. 1. l. 4.* f) *Camerar. hor. ſucciſ. l. 1. c. 36. Paul. Venet. l. 2. de region. Oriental. c. 40.* g) *in l. Reoſ. C. de accuſ. n. 6. Jacob. Menoch. l. 2. de arbitr. jud. cent. 4. caſ. 329. num. 32.*

Quidam tota vita barba viſuntur exuti, non ſine rubore: nam ex barba decus virilitatis ac roboris, corporis maturitas, imò ſexus diſcerniculum exſplendeſcit. Auctor Haliabas potiſſimum ornatum fuiſſe in barba, quamvis Adrianus Cæſarum I. ut ſcribit Dion, barbam nutrire exorſus ſit. Scribit I. Cæſar, quòd hi, qui inter Germanos, diutiſſimè impuberes permanſerunt, maximam inter ſuos ferrent laudem. Hôc ali ſtaturam, ali hôc vires, nervosque confirmari

puta-

putabant. *(b)* Vetuſtiores tamen ita læti barbâ, ut Apollini primam tonderent & fluminibus: ut Achilles apud Homerum, quod imitari voluiſſe videtur Nero, ubi juvenilia edidit propter ſuam barbam, quam tùm primùm raſerat, pilis in aureum conjectis ſphærion & Capitolino dicatis Iovi. *(c)*

a) *Bartolin. phyſ. l. 8. cap. 11.* b) *l. 6. de bello Gallico.* c) *Heurn. de aff. cap. c. 2.*

LXIV.

Barbæ raſura quando & à quo inventa.

Mentum & barbam radere Alexandri temporibus fuiſſe repertum, cùm non raderentur priùs, aſſerit Chryſippus, ubi Alexin. ita dicentem introducit:

Piſatum aut deraſum ſi quem fortè videris,
Horum utrumque cujus rei gratiâ factum putes?
Aut de militia cogitare ille mihi videtur
Facturus omnia quæ barbæ non conveniant:
Aut in civitate flagitiis omnibus ſe inquinaturus.
Nam per Deos, ecquid nobis barbæ pilus moleſtus eſt,
Propter quem hominem eſſe unumquemque noſtrum apparet?
Niſi fortaſſe mediteris quod indignum eo ſit. a)

Sane Patrum noſtrorum memoria, in Germania & Gallia, aliisque locis comarum uſus paulatim in deſuetudinem abiit, & multi ſunt in illa opinione, quòd Philippus Bonus Dux Burgundiæ, circa An. 1460. hujus rei initium præbuerit. Is enim, ut Heuterus Delphius monet, quum longo incognitoque implicaretur morbo; ei pellendo, inter varia remedia Medicis eſt viſum, comam (quam tum ſumma cura viri proceres nutriebant) ut poneret. Quum verò animad-

animadverteret, ſe propter novitatem rei à ſuis familiaribus, aliiſque eum inviſentibus derideri, edictum propoſuit, quo aulicis & nobilibus ſui imperii omnibus quemadmodum feciſſet, caput radi jubebat, parentibus Bruxellæ eo die quingentis, cæteris ut idem facerent, opera Petri Vacquenbaccii, viri nobilis, ad hanc rem delecti, coactis, ita ut Bruxellæ, cæteriſque urbibus ac oppidis, nobiles omnes raſi, magno vulgi cum riſu, conſpicerentur *(b)* Hæc res tùm temporis inſolita, paucos poſt annos, non ſolum apud Belgas, ſed univerſam Europam invaluit & quidem non abſque ratione. Virorũ enim major gravitas eſſe debet, quam ut feriis omiſſis, in ornanda coma, inſtar mulierculatum occupati ſint. Huc accidit, quod coma prolixior, non ſolùm multis in rebus impedimento, ſed etiam nocumento eſt, præſertim in fluxionibus capitis & vulneribus curandis. *(c)*

a) *lib. 4. de volupt. & bono. Athenæus l. 13. dipnoſoph. c. 6.* b) *de reb. Burg. l. 4.* c) *Camer. l. c.*

LXV.

Barbæ raſura aliquando noxia.

Cum in barbæ apparatu viri decor & ornamentum conſiſtat, & capillis qui in capite frutificantur quoque robur quoddam virile inſit, eos qui affatim criniti hirtique ſunt, commonitos volo, ne ſani, ſæpius barbam ac capillos ad vivam cutem deradi ſibi patiantur, aut caput lotione defatigari. Depopulatur enim nimius ejus rei uſus vires, atque homines effœminatos molleſque præſtat: quin & ſpiritus ac calorem nativum reſolvit atque extenuat, maximamque audaciæ ac confidentiæ partem in adeundis periculis

cordi

cordi detrahit: quamquam ſubinde caput defricare aſpero rudique velamine, barbam demulcere, ac liquamine aliquo abſterſorio macerare, oculis claritatem conciliat, mentemque reddit erectiorem: valetudinariis quoque, aut qui paululum modò convaluerunt, non conſultum arbitror, ſtatim à recuperata ſanitate, novaculam cultrumque tonſorium admittere: ſiquidem humorum fluxiones irritat & ſi quæ fortè in corpore morborum reliquiæ reſideant, illas movet atque agitat, recentemque febrem, ut incendium ſopitum exſuſcitat: ex hujus rei enim innovatione, non minus morbi recrudeſcunt, aut febres reſiduæ poſtliminio excitantur, quàm ex cibi potuſq; nonnulla intemperantia, aut ſubuculorum *(a)* induſiorumque mutatione. *(b)*

a) *Negatur hoc centur. memor. 7. partic. 61.* b) *Lemn. l. 4. de occ. natur. mir. c. 8.*

LXVI.

Wie der Bart zubequemen.

Haſt du (Soldat) ein langen Bart / ſo laß ihn abſchneiden und margaſotten / ſonſt möchte dich einer damit begreiffen. Ich hab es von meinem Gnädigen H. Obriſten / deme GOtt genad / ſelbſten obſerviret und wargenommen / daß er diß an ſeinem ſelbs eigenen Leib gethan hat. Iſt es kalt / ſo wird er dir nicht viel warm machen / ſondern würdeſt Reiffen / Nebel und Eißzapffen mit dir heimbringen / auch ſo du ein Suppen iſſeſt / werden dir die Brocken bißweilen darinnen behangen / oder auffs wenigſte / ſo die Suppen feiſt iſt / die jenige Feiſte darinnen mit deinem / und anderer Leuten Unluſt ver-

verſtocken/ wiewol ſelbige zu deinen Stieffeln oder Schuhen zu ſchmieren/ wol zugebrauchen.

Minderer in der Kriegs-Artzney. *c. 2.*

Alexander Magnus voluit, ut Macedones, cùm vellent cum hoſte confligere, barbas raderent. Traditum enim eſt, cum quodam tempore, omnibus ad præliũ paratis, is à Præfectis interrogaretur, num quid aliud præter hæc fieri vellet? reſpondiſſe: nihil, niſi ut Macedonum barbæ radantur. Hoc dictum, quid ſibi vellet admirante Parmenione: an neſcis, inquit, in prælio, nullam anſam meliorem eſſe, quàm barbæ? ſignificabat videlicet, cominus eſſe pugnandum, in quo genere barbæ efficiunt, quò iis milites facilimè poſſint apprehendi.

LXVII.

Barba ut adoleſcat.

Qui barbatuli videri affectant, alendæque barbæ ſtudioſi ſunt, ſæpiùs illam ſegetem ſibi adimi patiantur, quò laxatis ſpiramentis, atque agitatione crebra, excitato calore, qui humorem elicit, affluentiùs pili erumpant: quod vernis potiſſimum menſibus tentari debet, quo anni tempore calor & humor in corpore augeſcit, atque in illas partes diffunditur. Ubi enim ſæpiùs barbam reſecari contingit, ut gramina, denſius frutificantur pili ac Cæſaries, habent enim crines rationem cum gramine ac virgultis, quæ crebrius detonſa ac demeſſa, celerius ſuccreſcunt, ac ſe proferunt uberius. Quocirca juvenculis, qui nullo ſunt barbæ apparatu, nec virili ſpecie, novaculam, cultrumq; tonſorium identidem admovendum ſuadeo. Siquidem ſi mentum, ac ſupremum labrum,

Pppp ſubin-

ſubindè aquâ egelidâ madeſcat, atque elixetur, excitato calore & humore, qui in eas partes confluit, crinita efficiuntur ac piloſa.

Lemn. l. 4. de occ. nat. mirac. c. 16.

Tondendi ad cutim ſæpè pili; acciſi enim illi, non tantum humidi pinguis exhauriunt, nam hoc nutriuntur pili. Hinc in Thalia ſcribit Herodotus, Ægyptum paucos calvos habere, quòd ſe radant ad cutem. Eodem etiam ductu eſt emulgendum barbitium; nec enim cauſa tardæ ejus eruptionis hinc longè fugit, cum plerumque ei obſiſtat denſior ac combinatior cutis: argumento eſt inferioris maxillæ ſuperior pars, quæ eâ cauſâ pubeſcit tenui lanugine in primis barbæ præludiis, quòd circumfluat calore & humore, quæ à cerebro & arteriis ibi micantibus inferuntur.

Heurn. de cap. aff. c. 2.

Per abraſionem lanuginis, cum novacula frequenter iterata plurimum craſſiores ſenſim evadunt & elongantur pili, & hac ratione barba citiùs, quàm aliis artibus producitur.

Plater. de vit. p. 41.

LXVIII.

Barba ut fabricanda.

Qui me adeunt, ac conſilium captant, quo pubeſcant, venuſtaque lanugine mentum decoretur, meatus laxos efficio, adhibitis iis, quæ calorem in his partibus excitant, humoresque eliciunt, atque in uſum pilorum immutant ac concoquunt. *(a)* Inter ea autem quæ barbam emoliuntur, ac paſſim obvia ſunt, minimèque operoſa, mel ſtatuo, butyrum ſalis expers, ſuccum cepæ rubicundæ, radicem arundinis in-

terno-

modiis diſtinctam colore candido, ſapore mellito,
angiam melis, vulgò taxi, urſi, leonis, radicem brio-
e, betæ, raphani, lepidii, liliorum alborum, iridis,
iis linimentum confici poteſt, *(b)* quod recipit
andinis (Riet. lat. canna aquatica) rad. brioniæ,
tæ, raphani, iridis, cepæ, ſingulorum partes æqua-
, ſeu trientem, h. e. uncias IV. ficus pingues minu-
tim inciſas VI. adianthi (capilli Veneris) abrotani,
ethi, ſingulorum faſciculum manualem, h. e. quan-
m manu complecti poſſis, coq. in vino odorifero,
inde effuſo expreſſoque liquore, piſtillo ſubacta, per
ibrum adigantur, adde butyri recentis non ſaliti,
ellis electi, ſingulorum ſextantem, ſeu unc. ij. olei
mygdal. dulcis & amari, ſeſamini, unc. plus minus
nam exim. ſqillir. ſemunciam, farin. ſem. lini, me-
anthii vulgò nigellæ, fænugræci, cribro pollinario
ccuratè excuſſi pugillum j. ladani unc. j. hæc igni
dmota tantiſper bacillo, aut rudicula agitentur,
um in linimenti formam coaleſcant, *(c)* mentum
o delibutum primùm teneram lanuginem profert,
oſtmodum denſam, promiſſamque barbam, quæ
ne præmaturè caneſcat, aqua frigida potiùs, cui mo-
mentum vini admixtum ſit, irrigari debet, ſi quando
adornari illam contingat. *(d)*

a. c) *Lemn. de complex. l. 1. c. 7. fol. mihi 38.* b. d) *Idem l. 4. de occ. nat. mir. c. 16*

Galenus quò enaſcentem ſegnius barbam eliceret, peculiariter abrotani cinere, ex oleo lentiſſimo macerato, illinebat mentum. Philagrius antiquus Medicus, præclaro hoc medicamine utebatur: accipiebat limaces, hirudines, apes, veſpas, ſalem communem: æquas horum omnium jungebat partes, vaſi

includebat, cujus fundum parvis pertuſum erat foraminibus, huic aliud ſubjiciebat pro excipulo, fimo cooperiebat, qui extillat liquor illinebatur, etiã quid olei caryopillorum ei miſceatur. Quibusdam in ſecretis eſt, aqua deſtillata ex melle, cum favis, ſi illinatur. *Heürn. loc. cit.*

LXIX.

Aenobarbi ſuſpecti.

In Belgica, à popularibus notari ſolent Aenobarbi, hoc eſt, rutila æneaque barba inſigniti, aut quibus capilli rufeſcunt, quòd illorum moribus aliquid vitii ſubeſſe cenſeant, aut improbitatis quandam maculam, in animo, menteque occultari ac reſidere. Ut enim Themiſtoclis Pædagogus nihil mediocre in illo futurum pronunciavit, ſed aut inſigne Reip. commodum, aut detrimentum: ita Belgæ quoque dictitant, ab ejusmodi hominibus, aut ſperanda optima, aut deterrima. Quin & hæc jactatur proverbialis ſententia: Rooden baert ſelden goedt oſt van gœden aerdt: hoc eſt, luteæ aut flavæ barbæ homines rarò eſſe laudatæ indolis, aut ſpectatæ integritatis: quod in vita, ac moribus, omnique actione, improba quædam calliditas & inſidioſa aſtutia lateat, quæ in negotiis, contractibus, mercaturis, alterius diſpendio ſe prodit, ac palam facit, quibus ſint artibus & fallaciis inſtructi.

LXX.

Barba rutilans non ſemper improbum deſignat.

Hoc in plerisq; ejus notæ hominibus (quoniã laudabilis deſit inſtitutio) obſervari fatear: ita cõplures com-

comonſtrari poſſe video: quibus is color, ac barbæ apparatus, ad ſumum decus & ornamentũ nihil officiat, quin potius ad decorē ſit adjumento: paſſim enim in aulis Principum, in conſeſſu, cætuque procerum, inter negotiatores honeſtos, & quotquot præ cæteris aquilonios tractus occupant, multi conſpiciuntur virtutis ſpectatæ ac ſingularis prudentiæ, qui in Rerump. functionibus præclarè ſe gerunt, omnibusque ſe integros præbent & inculpatos: ut vir illuſtris Petr. Carbonarius Brugis oriundus, qui non uni ſuo Zemnio, ſed optimatibus quibusque unicè charus, acceptusque eſt, qui ſibi demandatas ac commiſſas legationes, quæſturas, prætorias functiones ſummâ cum laude obit atque exequitur.

LXXI.

Vnde pravi Rutiliorum mores?

Quod triobolares quidam, infimæque ſortis homines eâ barbæ ſpecie & colore futiles ſint, pleni rimarum, qui hac atque illac perfluunt, nec quicquam penſi habent, aut frugi ſunt, corruptæ educationi tribuo, quæ naturæ proclivitatem ad vitioſos mores pertrahit: hinc enim efficitur, ut quisque tales inconſtantes experiatur, fallaces, ſubdolos, vafros, aſtutos, ingenio vario, verſatili, verſipelli, πανούργω, ob idq; Punica, lubricaque fide, ita ut in negotiandi contractibus non ſit conſultum illis fidere: ut qui tanquam anguillæ ac murenæ elabantur, atque in negotio, quamlibet intricato, ſe expediant atque eluctentur. Quibus ſi accedant alia corporis vitia, deterior eſt illis naturæ conditio, magisque improba. (a) hinc ſcitè Martialis:

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læſus,
Rem magnam præſtas, Zoile, ſi bonus es. (b)

a) *Lemn. de complex. l. 2. c. 5.* b) *l. 6. epigr.*

LXXII.

Fœminis cur non adnaſcitur barba?

Fœminis non adnaſcitur barba, tùm quia non ſunt admodum calidæ: at caloris effectus eſt piloſitas: tùm quia in iis eſt nimia pororum & meatuum anguſtia, quâ de cauſâ neque pueris maſculis progignitur: tùm etiam, quia excrementoſa illa materia egeritur cum ſanguine menſtruo.

Bartholi. de anima c. 11. Ch. Preibiſ. Somatel. diſp. & theorm. 1. Holler. in comment. aphor. 69 l. 5. Hippocr.

Barbata mulier peſſimorum etiam ſemper morum. Simplex vulgus adagium non inſulsè, nec maligniter effinxit, fæminam barbatam lapidibus eminus ſalutandam eſſe.

Porta. l. 2. phyſiogn. c. 24. Scotus phyſiogn. c 74.

LXXIII.

Funes ex comis.

Maſſilienſes fœminæ, maritis ad claſſis inſtructionem comas ſuas conferebant, quia funes deficerent. *(a)* Jam verò pili illi delicatuli & aurum coruſcantes, in mellis lenem depreſſi umbram, ut loquitur Apulejus, dicam tibi dicent, ſi vel calamiſtro leviter læſeris. Scit ergò Deus funes nectere. *(b)*

a) *Frontin. l. 1. ſtratag. c. 7. Veget. l. 4. cap. 9.* b) *Mich. Gebler. diſputat. de Plica epim. 2. decad. diſputat. Baſil. 3. diſput. 9.*

Digitized by Google

LXXIV.

Scintillæ è crinibus homini.

Cuidam Monacho, Carmelitani ordinis, per annos XIII. perpetuos evenit, ut quoties capillum reduceret ad occiput, ſcintillæ ignis è capillis erumperent. Si de die illud viſum, mirum eſt: ſi de nocte, non: nam ego ſimile exemplum novi.

Wolff. lect. memor. & recond. part. 2. pag. 507. Cardan. de rer. variet. l. 8. c. 43.

LXXV.

Denigrare pilos.

Vino ſi abluantur pili, in quo hirundo ſuffocata fuerit, eos denigrare dicunt.

Plumbeo pectine capillos & barbam frequenter pectinare albam ipſorum canitiem denigrare, vel obſcurare ſaltem nonnihil, vulgò exiſtimant.

Plater. de vit. pag. mihi 194. & 196.

LXXVI.

Cur dolentium & gravioribus affectibus obnoxiorum corpora, tabe & macie conficiantur?

Ut labor immodicus, fatigatioque deſiccat & arefacit corpora, ita multo maximè labor, dolorque animi, conficit, abſumitque corporis membra & fomenta vitæ. Unde & Curam vocant Latini, quod cor urit, & vitalia viſcera quaſi abrodit. Atque experientia nimirum quotidiana arguit, corpora dolentium & laborantium, atque eorum, qui gravioribus affectibus & ſolicitudinibus ſunt obnoxii,

gitized by

quaſi lenta tabe confici & inareſcere, ut ille ait, apud Plautum: *(a)*

—— —— —— mœrore maceror.
maceſco, conſeneſco, & tabeſco miſer,
Oſſa atque pellis ſum, miſera macritudine.

Hoc autem inde evenit, quòd dolente animâ, vitales quoque ſpiritus, vires, motusque debilitantur, & naturalis calor remittitur, ac humor naturalis ita dilabitur atque evaneſcit, dum fatigatam ſolicitudinibus animam, tædet, pigetque ſuas vires intendere & exercere alacriter, non in corpore ſolùm, verum & ipſo animo, juxta illud Ovidii:

Si quid & in nobis vivi, ſupereſtque vigoris
extinctum longis excidit omne malis.

& affectus quoque anxii, non modò perturbant, ſed & conficiunt inſtrumenta ſua, ſedesque, utpote cor, jecur, fel, nam in viſceribus habitant affectus. *(b)*

a) *In Captiv. fol. mihi 62. b.* b) *Velcurio phyſ. l. 2. c. 37.*

LXXVII.

Cadaveroſæ faciei enarratio elegans, quæ in proverbium traducta, Hippocratica appellatur.

Præſentiendi ratio hæc eſt in morbis acutis tenenda, inquit Hippocrates, (*a*) ut animadvertas ægri faciem, ſi benè valentium ſimilis ſit (nempe in colore, charactere & mole, & potiſſimum ait, ſui ipſius, (ita tamen ut reſlui humoris, nulla excuſatio adferri, à cauſa, quæ eſt à foris, ut ignis, caloris, ictus vel lapſus in faciem, vel perturbationis criticæ, cum jam jam in procinctu eſt criſis) ita enim optima erit, (nam principum

cipum

pum facultatum corpus gubernantium, quarum potiſſimum robur in facie & oculis exſplendeſcit, vim egetam oſtendit) quæ verò ſimili eſt contraria, periculi plena eſt, peneque funeſta, (cum mutata ſit charactere, colore, mole: modo dictarum jam rerum, nulla ſit excuſatio juſta, cujuſmodi ſanè hæc fuerit.

1. NARES ACUTÆ,

id eſt, gracilis naſus in extremis & quaſi compreſſus, quod fit, cum proximè cutis tangit cartilagines, exhauſtis iis, quæ interponi ſolebant, humido ſcilicet exhauſto, parteque carnoſa abſumta, nam hæ carneæ naſi partes, facile exhauriuntur vi æſtuantis febris, labefactaque retentrice, à tenuitate ſuccorum & acredine & patulis meatibus: dein ſignificatio fit, ita preſſum eſſe calidum nativum, à calore præter naturam, ut partes accenſo ſanguine, ſuo genio fraudentur.

2. OCULI CONCAVI,

Vi febrili, vitæ prædio exhauſto, diſſipato humido nativo & alimenti inopia, unde muſculi oculorum tabeſcunt ac oculorum membranæ collabuntur: unde oculi minores redditi, totam ſibi dicatam ſedem non implent: & cum oculi circumfluant ſpiritibus animalibus, ob videndi illis datum munus, illis vi etiam febrili exhauſtis, oculi tenuantur, & quo naturâ oculi fuerint humidiores, eò facilius gracileſcunt & cavi apparent. Loquitur de cavitate, quæ evenit intra 3. dies.

TEMPORA COLLAPSA,

gracileſcentibus ab æſtu febrili, temporum 4. muſculis, ita ut cutis os temporum feriat. Sed cur potius hæc

pars extenuatur? quia ſola hæc inter partes capitis, verè muſculos habet.

4. *AVRICVLÆ FRIGIDÆ*,

non fugaci frigore, ſed fixo conſectario ardori febrili, ita ut nonnunquam recaleſcant, quod periodici frigoris inſignè eſſet. Exteriores auriculæ vocantur priſcis latinis, quæ ſyſtaſin habent cartilagineam, ſic enim τὰ ὦτα (*b*) diſtinguit Galenus, (*c*) in aurem interiorem & exteriorem, hæ ſunt frigoris capaciſſimæ, ut corpus cartilagineum, pauco ſanguine rigatum, nulla carne veſtitum, faciléque ab exhauſto laborant vitalis principii, unde frigent, nec incaleſcunt, nectaris vivifici affluxu, quo præter cætera defraudantur & emortuæ palleſcunt.

5. *ET CONTRACTÆ AVRIVMQVE LOBI AVT FIBRÆ* ὀλίγαιμοι *ſeu averſa*, quaſi convulſæ, ſpaſmi quodam charactere verſus nervum illum, unde ſentiendi facultatem accipiunt, nam ſponte non moventur noſtra: ut vera non ſit convulſio, niſi iis, quibus latus muſculus ſupra aurium radices prorepit, & ſubſidium cartilagineum non habent, propterea vertuntur.

QVIN CVTIS CIRCA FRONTEM DVRA,

quæ cutis eſt muſculoſa, vel veriùs muſculus cutaceus, & caro tenuis hîc facilè tabeſcit: cum ea ita intenditur, eſt ſignum perfectæ extenuationis, exhauſto humido primogenio partium ſolidarum, & non tantùm disjectis ſpiritibus, (*d*) dura cutis, cum ad ultimum ventum eſt maciei. Eſt duplex exhauſtum, unum inchoatum, ut cum corium igni admovetur, primùm laxatur: alterum perfectum, ut cùm

…m corium tandem ſiccitate contrahitur. Pallor …tis utriuſque eſt ſignum, ſed addita extenſio, perfe…am indicat extenuationem, hæc incurabilis, fractis …lidis, pepaſmi auctoribus.

7. TVM CIRCVMTENTA ET ARIDA.

…nte ariditatem illâ primò laxatur cutis in rugas, at …auſa humectans primò tendit, hinc in mollitiem eam …axat, *(e)* nam exhauſtis primò ſpiritibus, & ſuc…is laxatur: ſin diutius id fiat, ſolidæ liquantur …artes, unde tenſio. An in refectionibus, congeſto …anguine & ſpiritu tenſio fit, ſed rigatis ſolidis laxan…tur cuncta. *(f)*

8. COLORQVE TOTIVS FACIEI PALLIDVS,

ſucci nutricatui dicati inopia & corruptione. Et certiſſimum ejus ſucci corrupti argumentum & defraudatæ partis nectare vivifico; refrigeratur ſanguis.

9. AVT EST NIGER LIVIDVS ET PLVMBEVS,

extincto calido nativo, quo vivifico calore extincto in corde, mors eſt, ſed extinctio in parte unâ, ad extinctionem futuram totius apparet, maximè ſi illa pars pallori opportuna non ſit, ut hæ ſunt partes, naturâ cutaneæ, ut ſunt aures, nares, labia & palpebræ, certiſſimum in illis ſignum præbent: nam difficillimè livorem ducunt, largo ſpiritu circumfluæ. Itaque præclarè inveſtigatur, unde eveniat hæc faciei mutatio & quorſum appareat, in charactere, colore & mole: hæc enim primum venit ſub aſpectum Medici. Hæ quo propiùs abſunt à peculiari cujuſque

na-

natura, eò meliùs ægri res ſunt: quo longiùs, eò pejus, & terrifica maximè in morbis acutis, cum citam adferant mutationem tabificam & morticinam naturæ, cum liquântur vi febris ſolidæ partes, quæ ſignificatio maximè elucet in facie, quæ ita emacruit, ut ad ultima ventum eſſe teſtetur. Emacruit autem exhauſtu humidi primigenii, unáque fraudata nectare vivifico cordis, h. e. ſpiritu, ſanguine & vitali calore, labefactoque corde: unde cum illud, non æquè ſanguinem hauriat, nec aërem excipiat, quem ducimus, nec cæteris ea affundat partibus, ut ſolet, manuum hæc tunc morticina elucet in facie.

Hæc eſt celeberrima illa faciei deſcriptio, à Terentio cadaveroſa dicta, quæ in proverbium traducta, Hippocratica appellatur. *(g)*

a) *Hippocr. l. 1. progn. c. 4.* b) *Ariſtot. l. 1. hiſt. de animal. c. 15.* c) *l. 11. de uſ. part. c. 12.* d) *L. Duret. in com. coac. l. 3. c. 1.* e) *6. epid. 3.* f) *5. aphor. 71.* g) *Heürn. inſtit. med. l. 8. c. 6. & l. 11. c. 2. & in com. ad l. 1. prog. Hipp. c. 4. Plater. de vit. p. 518.*

LXXVIII.

Facies cadaveroſa cur mortifera?

An quia exhauſtum prænunciat humidi primogenii, defraudationemque nectaris vivifici, partiumque ſolidarum colliquamentum, à febre tabifica, cujus ardore partes ipſæ liquantur? nectaris autem vivifici defraudatio, venit à paupertate ſanguinis & cordis multum in ſuo officio laborantis infirmitate, ex qua efficitur, ut neque ſanguinem liberaliter haurire poſſit, neque ſpiritum, quem ducimus, excipere, eademque ſola duo naturæ noſtræ ἀυπερδοφυλα, partibus

bus omnibus, liberè & liberaliter impartire. Quoties autem perennis conſumptio eſt partium ſolidarum, unaque perennis diſſipatio nectaris vivifici, morticina eſt ejus caro, cujus morticinæ naturæ ſignificatio potiſſimum in facie elucet.

Rulan. l. 2. probl. 103.

LXXIX.

Fibræ aurium cur averſa mortem portendunt?

Lobi aurium averſi, cur in morbis prænuncii mortis? an quia ſanguinis paupertatem, jam fatiſcente œconomiâ naturali & nectare vivifico præſagiunt; ſanguine enim extincto has partes ſicciores fieri neceſſe eſt, ante pauco ſanguine præditas.

Rul. ib. part. 308.

LXXX.

Moribundi cur non dolent?

Qui morti jam ſunt proximi non dolent, quia propemodum extincta facultas eſt, ob imbecillitatem, ut cauſas dolorificas non poſſit dignoſcere, nec apprehendere: ut enim dolor ſentiatur, oportet, qualitatem dolorificæ rei impreſſam inſtrumentis ſenſoriis, communicari ſenſui communi, qui apprehendat & dijudicet paſſiones factas in ſingulis ſenſoriis: non enim intellectus, neque ratio dolorificas paſſiones apprehendit, ſed ſenſus communis: animus enim nunquam ægrotat, ſed animi inſtrumentum.

Liebault. com. in aph. 6. l. 2. Hipp.

LXXXI.

LXXXI.

Morituri quare ſtertunt?

An quia per anguſtatam aſperam arteriam & inæqualem, & jam quaſi fatiſcentem ſpiritus fertur? anguſtatur autem & comprimitur, atque inæqualis redditur, quia muſculi thoracis, ob defectum, in morituris, ſpirituum, pectus amplius dilatare non poſſunt, quo fit ut thorax poſtea ita compreſſus, & in ſe concidens, conſequenter etiam pulmones, & hinc aſperam arteriam conſtringat, coarctetque.

Ruland. l. 1. probl. 204.

vide ſupra part. 56.

LXXXII.

Morituris cur ulcera ſicceſcunt & livent?

An livore & ſiccitate oſtenditur extinctio caloris vitalis, hinc defraudatio vel depravatio nutricatûs? livet enim, quia emortuum: emoritur perfrigeratum: perfrigeratur autem extincto calore. Nam ſi livoris cauſa eſt ἐνχύμωσις ipſa depravatio eſt nutricatus, nigri humoris ſoboles, vel atræ bilis: an ſiccum ulcus, quia ſuo genio fraudatum ex paupertate ſanguinis? an quia palindromen ſurſum habet funeſtam?

Lang. l. 1. ep. 12. Rul. l. 2. probl. 228.

LXXXIII.

Sordes aurium cur in morituris dulceſcant?

An ex naturæ ſtatus naturalis in contrarium permutatione? an ex ἀπεψίᾳ & cruditate, fatiſcente jam & emortuo calore? an mortiferæ ducuntur ſordes

des aurium, quæ dulce ſapiunt, ut alienæ à conditione naturæ, per quam amareſcunt? eſt enim in conditione poſitum ætatis provectioris, ut fætidiora excrementa, quam infantia deponat. Horum namque blandior eſt calor, naſcentis ſui magis ſimilis, illorum acrior, & à ſeipſo velut diſcedens in naturam ignei: horum alimentum ſimplex, nec valdè elaboratum: illorum varia edulia, mixtionis præſtantis & elaboratæ, quorum proinde putidior corruptio, velut in contrarium profecta. (*a*) Sunt autem excrementa corruptæ partes, de iis ex alimento reſiduæ, quæ ſolæ concoctionem admiſerunt, *πέπλεται μὲν ἐν τῇ ἄνω κοιλίᾳ, ζήπεται δὲ ἐν τῇ κάτω.* (*b*) Atque hoc, ſi in ſecunda valetudine locum habet, profectò in adverſa multò potiorem obtinebit: maximèque in febribus, quarum ardoris eſt omnia corrumpere & putrefacere. Per eas igitur ſi reliquiæ alvi egerantur, provectis non magis, quàm infantium fæces fœtidæ, mortem ſignificant, ut ſigna à conditione ætatis & morbi plurimum abhorrentia. *(c)*

a) *l. περὶ παθῶν & l. 1. phyſ. c. 5.* b) *l. 4. meteor.* c) *Ruland. l. 2. probl. 309.*

LXXXIV.

Cadaver quomodo putreſcat?

Cadaver, calore proprio evocato (ab ambiente calido) dicitur putreſcere, quia calor mixto, in hac ſpecie non amplius eſt proportionatus: mox autem calidum, magis magiſque exhalat, ut humidum ſimpliciter amplius regere non queat, ſed liberè huc atque illuc diffluat, à ſicco ſolvatur, & ita humido tandem toto à calore externo conſumpto, pulvis remanet.

net. Unde cadavera antiqua, licet videantur integra, vel digito attacta collabuntur.

Barthol. l. 5. phyſ. c. 5. p. 530.

LXXXV.

Putredinis modus.

1. Externus & ambiens calor in mixta corpora agit calefaciendo & ſe conjungendo cum interno rei putreſcentis calore: unde initio res putreſcens eſt calidior calore præternaturali, & tùm non ampliùs regit humidum ſub ea menſura & proportione, quæ cuique mixto competit. 2. rarefaciendo & relaxando: atque ita paulatim evocatur calor rei internus. 3. Hinc interna frigiditas ſe exerit & agit in calorem reſiduum. 4. Calore nimis diminuto & ſuperato, fit diſſolutio humidi & ſicci, & partes mixti non ampliùs benè cohærent. 5. Humidum ſui juris factum, paulatim diffluit inordinatè ad ſuperficiem, & procedente putredine, cum rectore ſuo evaporat. 6. Quando totum evaporavit, fit res putreſcens ſicca, & relinquitur fimus, vel terra, &c. atq; ita facta eſt mixti corruptio vel diſſolutio in elementa.

Barthol. ib. p. 540.

LXXXVI.

Corrumpitur ne calor in putredine, per intenſionem, an per remiſſionem?

In totali & abſoluta putredine, caloris eſt defectus & penuria: exit enim & exhalat calor ab ambiente calido evocatus, poſtea verum etiam humidum educitur, & ita ſeparatio humidi à ſicco, inſequitur pro-

proprii caloris exitum, tanquàm priorem ſaltem naturâ, cum calor in mixto ſit cauſa conjunctionis humidi cum ſicco, nec ſtatim exitum humidi ſequitur exitus caloris, nam multa, ſi exſiccentur, à putredine præſervantur & diutius durant.

At in putredine partiali, fiente, incipiente, quando externus calor agit in mixtum calefaciendo, mixtum redditur calidius, (non enim duo, numero diſtincti calores ſunt in re eâdem) calore alieno & adventitio, non naturali, cujus tali intenſione mixtum ſuo modo dici poteſt frigidum: (quod revera tandem in fine fit frigidum, nam licet quædam in fine putredinis ſaporem habeant amarum, aut acrem, tamen fit hoc earum particularum gratia, quæ putredinis calorem retinent) ſublata enim proportione, ad paſſivas, fit calor deſtructivus, evaporat & deſerit mixtum. Quare quæ putreſcunt, ſunt calida calore præternaturali, frigida calore naturali: poteſt n. res eſſe actu calidior, ut aqua actu calidior, quàm vinum, & ſubjecto frigidior.

Sic tritici aut alterius frumenti acervus, quum putreſcere incipit, incaleſcit & fumat, poſt paulatim frigeſcit.

Sic acervus lætaminis in principio putrefactionis adeò incaleſcit, ut ova gallinarum fovere poſſit ad pullorum excluſionem, & alia calefacere, quod quotidie praxi experiuntur chymici.

Sic in humoribus corporis noſtri putreſcentibus calor eſt intenſus, acris, mordax & ferè igneus.

Sic in Pomis, Pyris &c. putreſcentibus calor primò intenditur, ut liquet ex dulcedine, quam initio

Digitized by Google

habent, poſtea debilitatur, donec evaneſcit, & tunc ſunt ingrata.

Idem in Meſpilis, quæ non ſapiunt, niſi initium putredinis habentia, ob caloris auctionem: poſtea verò ingrata, extincto calore, progreſſu putredinis.

Sic Caſeus cùm putreſcit, initio fit acrior ob caliditatem.

Hinc Ariſtoteles ait: Neceſſe eſt, ut quod putreſcit, fiat calidiſſimum, (*a*) itaque ſicut putreſcentia primò ſunt humida, (humiditate non nova, ſed ab internis ad externa educta, & ob ſeparationem à ſicco facta ſenſibiliore) deinde ſicca: ſic primò ſunt calida, calore extracto & facto ſenſibiliore, deinde frigida. Quod apparet etiam in Pipere & aliis potentiâ calefacientibus, ubi calor copioſus contrario commixtus, ſi calore interno ventriculi excitetur & adaugeatur, fit major & ſenſibilior. *(b)*

a) *ſect. 2. Problem. 33.* b) *Bartholin. l. de mixt. c. 5. Putrefactio & Corruptio quomodo diverſa, vide centur. 5. part. 60.*

LXXXVII.

Secretum in Hæmorragia narium.

Memini expertiſſimum virum, Emanuelem Vacæium, avunculum meum, qui ob conſummatiſſimum in arte Medica judicium, & peritiam non vulgarem, fuit ſucceſſivè IV. Luſitaniæ Regum, Joannis III. Sebaſtiani, Henrici & Philippi II. cubicularius Medicus, quique ſanguinis fluore per nares, jam Septuagenarius ſæpè divexabatur, ſtercus Aſininum modicè exſiccatum, in capſula ſemper ad manus habuiſſe, cui

cui medicamento nullum aliud ſimile reperiſſe, ſæpiſſimè referebat, præſertim ſi ſucco urticæ commixtum, cùm ſiccum jam erat, aut recens per ſe naribus adhiberetur.

Rod. à Caſtro l. 1. de mul. morb. c. 5.

Vide centur. 8. part. 91.

LXXXVIII.

Euporiſta ad Anginam.

I.

Qui per Lupi guttur (aſperam arteriam) bibit, in ſynanche, id eſt, angina, certiſſima ſalute evadit. (*a*)

II.

Noſtrates in dolore Gulæ, optimo ſucceſſu, ſugunt potum per caulem Leviſtici, quem ſervare in hunc uſum toto anno ſolent, arefactum etiam. (*b*)

III.

Rubeta pro ſynanchicis incocta & illita, à morte liberavit quendam.

Credo filum, quo ſuſpendio enecatur Rubeta, conferre. (*c*)

a) *Ioan. Agricol. libr. 2. medic. herbar.* b) *Heurn. de morb. pect. cap. 1.* c) *Cardan. de variet. rer. libr. 7. c. 33.*

LXXXIX.

Eſtné Cancer ulceratus contagioſus?

Mirum quòd Cancer contagio careat, præſertim ulceratus, & qui tetrum expirat, eò quo magis mirari

rari ſubit, quòd ejusdem naturæ ſit cum Elephantiaſi, quæ tamen contagioſa eſt, niſi dicas, contagioſum Cancrum non eſſe, quia ſoli morbi corporis univerſi communicantur; non tamen video, cur procax humor & fervens, in parte aliqua contentus, tetrumque de ſe expirans vaporem, contagionem efficere non poſſit.

Rod. à Caſtro. de morb. mul. in Scholaſt. ad cap. 23. lib. 1.

XC.

Ambulatio ut fiat?

Ambulatio per firmationem & motum fit: altero quidem crure in terram firmato, altero autem circulato: illud pedis, hoc totius corporis actio eſt, quod non ſolùm in ambulantibus, ſed etiam currentibus fit: ſic loca mutare, beneficio cruris, quod movetur poſſumus. Quòd verò non cadamus, pes in terram fixus efficit: ablato enim pede, licet crura habeamus, neutiquam tamen ſtare, nec ſine baculo ambulare poſſumus, non quòd crurum motus baculo juvetur, ſed ad firmitatem facit, quàm prius ex pedibus habebamus.

Bauhin. theat. anat. l. 4. c. 30. Barthol. l. 4. inſtit. anatom. c. 10.

Cur Homini datus ſit motus progreſſivus, *vid. cent. 14. part. 53.*

XCI.

Calcei ſunt præter naturam.

Cùm Homo ad anteriora ſecundùm naturam moveri deberet, oportebat quoque priorem pedis partem

tem

Digitized by

tem in ambulatione firmius inhærere. Unde in quinque digitos fuit partita, qui in inceſſu flexi, veluti unci quidam humi infiguntur, & corpus noſtrum, non ſolùm per plana, ſed etiam aſcendentia & ſalebroſa loca commodè transferunt, ut in viris montanis, pede nudato incedentibus obſervare licet; & ne pondere totius corporis, nec non ſoli duri & inæqualis contactû, planta pedis læderetur, cute craſſiſſima ac robuſtiſſima munitur. Hinc colligas, calceos & quævis alia pedum indumenta eſſe præter naturam, actionemque eorum plurimùm lædentia.

Varol. lib. 1. anatom. cap. 9.

XCII.

Catelli parvi unde?

Quomodo Canis Meliteus generetur, videtur Ariſtoteles docere, *(a)* inquiens; cur in animantium genere, alia parvo, alia magno conſtant corpore? cujus cauſa duplex reddi poteſt, aut enim locus, aut alimentum id facit; locus, ſi anguſtus eſt, alimentum, ſi exiguum. Quod etiam partu jam edito efficere conantur, ut qui catellos in caveolis occluſos educant, fit enim, ut quamvis breves aliqui ſint, modicè tamen coagmentatas omnes ſui corporis partes habeant, ut Melitenſes catelli, ratio, quod non ut locus, ſic natura ſuum efficere opus ſoleat. Hos ubi caveæ occluſeris, pauco cibabis bolo, ut nunquam ſaturi ſint. (*b*)

a) *in probl.* b) *Porta l. 2. mag. nat. c. 7.*

Quemadmodum, ſi quis Cucumerem, qui jam defloruit & adhuc in cucumerario adhæret, immittat in vas anguſtum, æqualis ac ſimilis evadet cavitati

Digitized by Google

ipſius, ſi verò in vas, pro cucumeris natura amplum, æqualis itidem ac ſimilis erit, dummodo materiæ ubertas adveniat: ita etiam in majori uteri capacitate, majores fœtus, in anguſtiore, minores procreantur, quò ducti exemplô, qui catellos parvos habere volunt, ipſos ſtatim poſt ortum vaſis anguſtioribus concludunt, atque ita prohibetur augmentum.

Roder. à Caſtro l. 3. de nat. mul. c. 10.

Extenuantur arbores alimentis, velut & canes, quos è magnis ſubtracto alimento in mediocres, & horum prolem in parvos, atque ex his in minimos mutamus.

Cardan. de ſubtil. l. 8. p. 402.

Apud Belgas Catelli quidam Melitæi in delitiis habentur Heroinis, Camuſii vulgò à naribus dicti, puſillo corpore, colore niveo, naribus medio ſimis ac depreſſis, pinna eorum reſupinatâ, caudâ non in alvum reflexâ, ut ignavis canibus, quos hybridas vocant, ſed erectâ atque in ſublime falcatâ, oculis mirè patulis ac protuberantibus, utrinque lippitudine vitiatis, fractis, enervatisque cruribus, ac circa pedum ſuffragines repandis, poſticâ verò corporis parte glabrâ, & quam nulli pili conveſtiunt, ſicut podicem indecenter conſpiciendum præbeant, ejusque rei cauſa ſpectantibus ſubinde obvertant. Hanc autem monſtruoſam formam, membraque tàm deformiter diſtracta non ſunt naturâ nacti, ſed hominum operâ, qui caveolis includunt, ſubductoque alimento cogunt gracileſcere, quemadmodum virgunculis, ut eſt apud Terentium, (a) cibum ſubtrahunt, quò reddant junceas, ne ſi qua paulò ſit habitior, athleta videatur. (b)

a) *In*

a) *In Eunucho act.2.Sc.3.* b) *Lemn.l.1.de occ.natur. mirac.c.4.*

XCIII.

Canes cur cæci in lucem prodeunt?

An quod anticipent juſtum pariendi tempus, ob moleſtiam videlicet & dolorem, quem ſentiunt ex punctura & vellicatione unguiculorum intus latentium caniculorum? an ex lege naturæ, alia nunc intus gignentis & abſolventis, alia foris demum perficientis, aut non inchoata producentis, idem contingit? an quod ſint πολυτόκοντες, & propterea multa in ſe continere nequeunt ad perfectionem uſque, tùm alimenti penuriâ, tùm loci anguſtiâ? unde inarticulati fœtus eduntur, ut Urſi, vulpes? Nam Urſos, (a) ait Philoſophus, (b) fœtum nudum, cæcum, & cruribus propemodum membriſque aliis plurimis indefinitum & rudem producere. (c)

a) *Ruland.l.1.probl.276.* b) *l.6.hiſt.de anim.text.387. & 419.* c) *Negat Scalig.exerc.6.ſect.15. Lignaridus obſect. Academ.c.27.*

XCIV.

Canum genera & nomina.

Plura ſunt Canum genera. Differunt locis primum. Hiſpani canes venatici duorum ſunt generum: ſagaces & curſores, Galgos hos, ſativos illos vocant. Curſores aliis præſtant anhelitûs contentione & celeritate: ſagaces errabundi veſtigant ſummo labore & interplicatis mæandris. Aliter noſtrates prudentiùs: ubi ſemel deprehenderunt odorem, nunquam amittunt, neque vocati remeant: ſed inſi-

inſiſtunt, donec laſſitudine affectam feram compel-lant conſidere, aut redire ad luſtrum ſuum: ubi nos morantes immittamus curſores. Tria horum genera. Arverni magni Apris tantùm & majoribus feris idonei, lepores dedignantur: & minores noſtrates leporarii, & cervarii, quos limitarios vocant. Quartum genus horum aucupio aptum duas habet ſpecies: altera venantur rete: inventam enim perdicem, aut coturnicem, aut etiam leporem nutu adeſſe ſignificant, conquiniſcentes in ſulco: pede poſteriore aliqui elato. Ex his aliquot habuimus præſtantiſſimos: & nunc pulcherrimam omnium habemus, Uraniam candidiſſimam, ſtellis nigerrimis maculoſam. Alterum genus accipitri venatur. Excitat alaudam, perdicem, cothurnicem, non niſi juſſus: ut ſatis ſit intervalli immittendo accipitri. Atque hoc in genere ſunt, qui Aquilæ ſerviunt. Nam ut anatem dejecit in lacum, ii natatu aſſequuti, exportant Domino. Etiam complexam, unguibusque hærentem ardeolæ, aquilam non attigit unus, ſed ardeola mordicus arrepta utranque extraxit. Sed ut plurimum, qui in aquis venari conſueverunt, ii villoſo ſunt corpore, tanquam eo munimento ſint & ab aquarum & temporis injuriis tuti. Hos à pilorum copia Barbetos vocamus: miro ſunt ingenio, Dominorum quàm qui amantiſſimi. In venationem autem producti, catapultæ ſonum advertunt, anatemque aut quamvis aliam aquatilem avem, eo ictu læſam perſequuntur, dominoque adferunt.

Curſorum tria ſunt genera: minores, quos ſupra deſcripſimus, & paulò majores compacti & fortes: & maximi, quos Strivieros vocant Itali: quo in genere

unum

Digitized by Google

unum habuimus, invictum feris: Carpelo nomen ejus fuit, dignus Græcis fabulis. In his Laconici à noſtris differentes caudâ tantum, quam villoſam gerunt, & auribus, quas habent dimiſſiores, levitate & ſpiritu præſtantiſſimi. Qui etiam, quanquam minoris ſint ſtaturæ, lupum ſtrangulant. Eſt aliud genus grandiſſimorum, qui bovem artubus repræſentant, magnitudine vituli trimeſtris, rictu vaſto. Alii Alanos, alii Corſos, alii Dogas vocant. Tauros his, atque etiam Apros expugnant. Eſt & ex ſagacibus & curſoribus mixtum quoddam genus: quidam hos Vertagos, Vaſcones Sarranegos, quaſi dicas, hybridas, ut & Galli Metis, qui ſoli venantur, prædamque ſæpenumero Domino adferunt. Et paſtorale quoque: Maſtinos vulgus vocat, Lupis & furibus inimicum. Moloſſi laudatiſſimi, etiam Illyrici. E quibus unum habuimus Ticinum nomine, cujus villus ab imis coſtis ad aures ferebatur. Aliud inter ſagaces, ſed parvum, cunicularium, quod ſub terra pugnat. Etiam meles interficit & extrahit: diſtortum ac dentibus exertis ferox: eſt domeſticum multis officiis. Janitores ſunt grandiores & villaticis proximi. Eſt cubicularium ex Hiſpanicis ſumma fide. Nunc pulcherrimum habemus, nocte quavis nigriorem, Carbo appellatur, non ſine periculo ingredientium. Neque noſtris minis, aut blanditiis corrigi aut caſtigari verberibus, quin obtrectet introeuntibus, poteſt. Is nunquam ædium cuſtodiam amiſit, neque nos quopiam ſequutus eſt: Sed in ima cochlea ſedens, obſervat quiſnam pedem inferat ulterius: Sunt & Melitæi catelli: adeò eorum quidam parvi, ut vix ſciuri excedant magnitudinem: hi præcipuè in Heroinarum

naturæ, eò meliùs ægri res ſunt: quo longiùs, eò pejus, & terrifica maximè in morbis acutis, cum citam adferant mutationem tabificam & morticinam naturæ, cum liquântur vi febris ſolidæ partes, quæ ſignificatio maximè elucet in facie, quæ ita emacruit, ut ad ultima ventum eſſe teſtetur. Emacruit autem exhauſtu humidi primigenii, unáque fraudata nectare vivifico cordis, h. e. ſpiritu, ſanguine & vitali calore, labefactoque corde: unde cum illud, non æquè ſanguinem hauriat, nec aërem excipiat, quem ducimus, nec cæteris ea affundat partibus, ut ſolet, manuum hæc tunc morticina elucet in facie.

Hæc eſt celeberrima illa faciei deſcriptio, à Terentio cadaveroſa dicta, quæ in proverbium traducta, Hippocratica appellatur. *(g)*

a) *Hippocr. l. 1. progn. c. 4.* b) *Ariſtot. l. 1. hiſt. de animal. c. 15.* c) *l. 11. de uſ. part. c. 12.* d) *L. Duret. in com. coac. l. 3. c. 1.* e) *6. epid. 3.* f) *5. aphor. 71.* g) *Heürn. inſtit. med. l. 8. c. 6. & l. 11. c. 2. & in com. ad l. 1. prog. Hipp. c. 4. Plater. de vit. p. 518.*

LXXVIII.

Facies cadaveroſa cur mortifera?

An quia exhauſtum prænunciat humidi primogenii, defraudationemque nectaris vivifici, partiumque ſolidarum colliquamentum, à febre tabifica, cujus ardore partes ipſæ liquantur? nectaris autem vivifici defraudatio, venit à paupertate ſanguinis & cordis multum in ſuo officio laborantis infirmitate, ex qua efficitur, ut neque ſanguinem liberaliter haurire poſſit, neque ſpiritum, quem ducimus, excipere, eademque ſola duo naturæ noſtræ ἐμπεδόφυτα, partibus

bus omnibus, liberè & liberaliter impartire. Quoties autem perennis conſumptio eſt partium ſolidarum, unaque perennis diſſipatio nectaris vivifici, morticina eſt ejus caro, cujus morticinæ naturæ ſignificatio potiſſimum in facie elucet.

Rulan. l. 2. probl. 103.

LXXIX.

Fibræ aurium cur averſa mortem portendunt?

Lobi aurium averſi, cur in morbis prænuncii mortis? an quia ſanguinis paupertatem, jam fatiſcente œconomiâ naturali & nectare vivifico præſagiunt; ſanguine enim extincto has partes ſicciores fieri neceſſe eſt, ante pauco ſanguine præditas.

Rul. ib. part. 308.

LXXX.

Moribundi cur non dolent?

Qui morti jam ſunt proximi non dolent, quia propemodum extincta facultas eſt, ob imbecillitatem, ut cauſas dolorificas non poſſit dignoſcere, nec apprehendere: ut enim dolor ſentiatur, oportet, qualitatem dolorificæ rei impreſſam inſtrumentis ſenſoriis, communicari ſenſui communi, qui apprehendat & dijudicet paſſiones factas in ſingulis ſenſoriis: non enim intellectus, neque ratio dolorificas paſſiones apprehendit, ſed ſenſus communis: animus enim nunquam ægrotat, ſed animi inſtrumentum.

Liebault. com. in aph. 6. l. 2. Hipp.

LXXXI.

Morituri quare ſtertunt?

An quia per anguſtatam aſperam arteriam & inæqualem, & jam quaſi fatiſcentem ſpiritus fertur? anguſtatur autem & comprimitur, atque inæqualis redditur, quia muſculi thoracis, ob defectum, in morituris, ſpirituum, pectus amplius dilatare non poſſunt, quo fit ut thorax poſtea ita compreſſus, & in ſe concidens, conſequenter etiam pulmones, & hinc aſperam arteriam conſtringat, coarctetque.

Ruland. l. 1. probl. 204.

vide ſupra part. 56.

LXXXII.

Morituris cur ulcera ſicceſcunt & livent?

An livore & ſiccitate oſtenditur extinctio caloris vitalis, hinc defraudatio vel depravatio nutricatûs? livet enim, quia emortuum: emoritur perfrigeratum: perfrigeratur autem extincto calore. Nam ſi livoris cauſa eſt ἐνχύμωσις ipſa depravatio eſt nutricatus, nigri humoris ſoboles, vel atræ bilis: an ſiccum ulcus, quia ſuo genio fraudatum ex paupertate ſanguinis? an quia palindromen ſurſum habet funeſtam?

Lang. l. 1. ep. 12. Rul. l. 2. probl. 228.

LXXXIII.

Sordes aurium cur in morituris dulceſcant?

An ex naturæ ſtatus naturalis in contrarium permutatione? an ex ἀπεψίᾳ & cruditate, fatiſcente jam & emortuo calore? an mortiferæ ducuntur ſordes

des aurium, quæ dulce ſapiunt, ut alienæ à conditione naturæ, per quam amareſcunt? eſt enim in conditione poſitum ætatis provectioris, ut fætidiora excrementa, quam infantia deponat, Horum namque blandior eſt calor, naſcentis ſui magis ſimilis, illorum acrior, & à ſeipſo velut diſcedens in naturam ignei: horum alimentum ſimplex, nec valdè elaboratum: illorum varia edulia, mixtionis præſtantis & elaboratæ, quorum proinde putidior corruptio, velut in contrarium profecta. (*a*) Sunt autem excrementa corruptæ partes, de iis ex alimento reſiduæ, quæ ſolæ concoctionem admiſerunt, *πέπlεται μὲν ἐν τῇ ἄνω κοιλίᾳ, ζήπlεται δὲ ἐν τῇ κάτω.* (*b*) Atque hoc, ſi in ſecunda valetudine locum habet, profectò in adverſa multò potiorem obtinebit: maximèque in febribus, quarum ardoris eſt omnia corrumpere & putrefacere. Per eas igitur ſi reliquiæ alvi egerantur, provectis non magis, quàm infantium fæces fœtidæ, mortem ſignificant, ut ſigna à conditione ætatis & morbi plurimum abhorrentia. (*c*)

a) *l. περὶ παθῶν & l. 1. phyſ. c. 5.* b) *l. 4. meteor.* c) *Ruland. l. 2. probl. 309.*

LXXXIV.

Cadaver quomodo putreſcat?

Cadaver, calore proprio evocato (ab ambiente calido) dicitur putreſcere, quia calor mixto, in hac ſpecie non amplius eſt proportionatus: mox autem calidum, magis magiſque exhalat, ut humidum ſimpliciter amplius regere non queat, ſed liberè huc atque illuc diffluat, à ſicco ſolvatur, & ita humido tandem toto à calore externo conſumpto, pulvis remanet.

net. Unde cadavera antiqua, licet videantur integra, vel digito attacta collabuntur.

Barthol. l. 5. phyſ. c. 5. p. 530.

LXXXV.

Putredinis modus.

1. Externus & ambiens calor in mixta corpora agit calefaciendo & ſe conjungendo cum interno rei putreſcentis calore: unde initio res putreſcens eſt calidior calore præternaturali, & tùm non ampliùs regit humidum ſub ea menſura & proportione, quæ cuique mixto competit. 2. rarefaciendo & relaxando: atque ita paulatim evocatur calor rei internus. 3. Hinc interna frigiditas ſe exerit & agit in calorem reſiduum. 4. Calore nimis diminuto & ſuperato, fit diſſolutio humidi & ſicci, & partes mixti non ampliùs benè cohærent. 5. Humidum ſui juris factum, paulatim diffluit inordinatè ad ſuperficiem, & procedente putredine, cum rectore ſuo evaporat. 6. Quando totum evaporavit, fit res putreſcens ſicca, & relinquitur fimus, vel terra, &c. atq; ita facta eſt mixti corruptio vel diſſolutio in elementa.

Barthol. ib. p. 540.

LXXXVI.

Corrumpitur ne calor in putredine, per intenſionem, an per remiſſionem?

In totali & abſoluta putredine, caloris eſt defectus & penuria: exit enim & exhalat calor ab ambiente calido evocatus, poſtea verum etiam humidum educitur, & ita ſeparatio humidi à ſicco, inſequitur pro-

proprii caloris exitum, tanquàm priorẽm ſaltem naturâ, cum calor in mixto ſit cauſa conjunctionis humidi cum ſicco, nec ſtatim exitum humidi ſequitur exitus caloris, nam multa, ſi exſiccentur, à putredine præſervantur & diutius durant.

At in putredine partiali, fiente, incipiente, quando externus calor agit in mixtum calefaciendo, mixtum redditur calidius, (non enim duo, numero diſtincti calores ſunt in re eâdem) calore alieno & adventitio, non naturali, cujus tali intenſione mixtum ſuo modo dici poteſt frigidum: (quod revera tandem in fine fit frigidum, nam licet quædam in fine putredinis ſaporem habeant amarum, aut acrẽm, tamen fit hoc earum particularum gratia, quæ putredinis calorem retinent) ſublata enim proportione, ad paſſivas, fit calor deſtructivus, evaporat & deſerit mixtum. Quare quæ putreſcunt, ſunt calida calore præternaturali, frigida calore naturali: poteſt n. res eſſe actu calidior, ut aqua actu calidior, quàm vinum, & ſubjecto frigidior.

Sic tritici aut alterius frumenti acervus, quum putreſcere incipit, incaleſcit & fumat, poſt paulatim frigeſcit.

Sic acervus lætaminis in principio putrefactionis adeò incaleſcit, ut ova gallinarum fovere poſſit ad pullorum excluſionem, & alia calefacere, quod quotidie praxi experiuntur chymici.

Sic in humoribus corporis noſtri putreſcentibus calor eſt intenſus, acris, mordax & ferè igneus.

Sic in Pomis, Pyris &c. putreſcentibus calor primò intenditur, ut liquet ex dulcedine, quam initio

habent, poſtea debilitatur, donec evaneſcit, & tunc ſiunt ingrata.

Idem in Meſpilis, quæ non ſapiunt, niſi initium putredinis habentia, ob caloris auctionem: poſtea verò ingrata, extincto calore, progreſſu putredinis.

Sic Caſeus cùm putreſcit, initio fit acrior ob caliditatem.

Hinc Ariſtoteles ait: Neceſſe eſt, ut quod putreſcit, fiat calidiſſimum, (*a*) itaque ſicut putreſcentia primò ſunt humida, (humiditate non nova, ſed ab internis ad externa educta, & ob ſeparationem à ſicco facta ſenſibiliore) deinde ſicca: ſic primò ſunt calida, calore extracto & facto ſenſibiliore, deinde frigida. Quod apparet etiam in Pipere & aliis potentiâ calefacientibus, ubi calor copioſus contrario commixtus, ſi calore interno ventriculi excitetur & adaugeatur, fit major & ſenſibilior. (*b*)

a) *ſect. 2. Problem. 33.* b) *Bartholin. l. de mixt. c. 5. Putrefactio & Corruptio quomodo diverſa, vide centur. 5. part. 60.*

LXXXVII.

Secretum in Hæmorragia narium.

Memini expertiſſimum virum, Emanuelem Vacaium, avunculum meum, qui ob conſummatiſſimum in arte Medica judicium, & peritiam non vulgarem, fuit ſucceſſivè IV. Luſitaniæ Regum, Joannis III. Sebaſtiani, Henrici & Philippi II. cubicularius Medicus, quique ſanguinis fluore per nares, jam Septuagenarius ſæpè divexabatur, ſtercus Aſininum modicè exſiccatum, in capſula ſemper ad manus habuiſſe,

cui

Digitized by Google

cui medicamento nullum aliud ſimile reperiſſe, ſæpiſſimè referebat, præſertim ſi ſucco urticæ commixtum, cùm ſiccum jam erat, aut recens per ſe naribus adhiberetur.

Rod. à Caſtro l. 1. de mul. morb. c. 5.

Vide centur. 8. part. 91.

LXXXVIII.

Euporiſta ad Anginam.

I.

Qui per Lupi guttur (aſperam arteriam) bibit, in ſynanche, id eſt, angina, certiſſima ſalute evadit. (*a*)

II.

Noſtrates in dolore Gulæ, optimo ſucceſſu, ſugunt potum per caulem Leviſtici, quem ſervare in hunc uſum toto anno ſolent, arefactum etiam. (*b*)

III.

Rubeta pro ſynanchicis incocta & illita, à morte liberavit quendam.

Credo filum, quo ſuſpendio enecatur Rubeta, conferre. (*c*)

a) *Ioan. Agricol. libr. 2. medic. herbar.* b) *Heurn. de morb. pect. cap. 1.* c) *Cardan. de variet. rer. libr. 7. c. 33.*

LXXXIX.

Eſtné Cancer ulceratus contagioſus?

Mirum quòd Cancer contagio careat, præſertim ulceratus, & qui tetrum expirat, eò quo magis mi-

rari ſubit, quòd ejuſdem naturæ ſit cum Elephantiaſi, quæ tamen contagioſa eſt, niſi dicas, contagioſum Cancrum non eſſe, quia ſoli morbi corporis univerſi communicantur; non tamen video, cur procax humor & fervens, in parte aliqua contentus, tetrumque de ſe expirans vaporem, contagionem efficere non poſſit.

Rod. à Caſtro. de morb. mul. in Scholaſt. ad cap. 23. lib. 1.

XC.

Ambulatio ut fiat?

Ambulatio per firmationem & motum fit: altero quidem crure in terram firmato, altero autem circulato: illud pedis, hoc totius corporis actio eſt, quod non ſolùm in ambulantibus, ſed etiam currentibus fit: ſic loca mutare, beneficio cruris, quod movetur poſſumus. Quòd verò non cadamus, pes in terram fixus efficit: ablato enim pede, licet crura habeamus, neutiquam tamen ſtare, nec ſine baculo ambulare poſſumus, non quòd crurum motus baculo juvetur, ſed ad firmitatem facit, quàm prius ex pedibus habebamus.

Bauhin. theat. anat. l. 4. c. 30. Barthol. l. 4. inſtit. anatom. c. 10.

Cur Homini datus ſit motus progreſſivus, *vid. cent. 14. part. 53.*

XCI.

Calcei ſunt præter naturam.

Cùm Homo ad anteriora ſecundùm naturam moveri deberet, oportebat quoque priorem pedis partem

tem in ambulatione firmius inhærere. Unde in quinque digitos fuit partita, qui in inceſſu flexi, veluti unci quidam humi infiguntur, & corpus noſtrum, non ſolùm per plana, ſed etiam aſcendentia & ſalebroſa loca commodè transferunt, ut in viris montanis, pede nudato incedentibus obſervare licet; & ne pondere totius corporis, nec non ſoli duri & inæqualis contactù, planta pedis læderetur, cute craſſiſſima ac robuſtiſſima munitur. Hinc colligas, calceos & quævis alia pedum indumenta eſſe præter naturam, actionemque eorum plurimùm lædentia.

Varol. lib. 1. anatom. cap. 9.

XCII.

Catelli parvi unde?

Quomodo Canis Meliteus generetur, videtur Ariſtoteles docere, *(a)* inquiens; cur in animantium genere, alia parvo, alia magno conſtant corpore? cujus cauſa duplex reddi poteſt, aut enim locus, aut alimentum id facit; locus, ſi anguſtus eſt, alimentum, ſi exiguum. Quod etiam partu jam edito efficere conantur, ut qui catellos in caveolis occluſos educant, fit enim, ut quamvis breves aliqui ſint, modicè tamen coagmentatas omnes ſui corporis partes habeant, ut Melitenſes catelli, ratio, quod non ut locus, ſic natura ſuum efficere opus ſoleat. Hos ubi caveæ occluſeris, pauco cibabis bolo, ut nunquam ſaturi ſint. (*b*)

a) *in probl.* b) *Porta l. 2. mag. nat. c. 7.*

Quemadmodum, ſi quis Cucumerem, qui jam defloruit & adhuc in cucumerario adhæret, immittat in vas anguſtum, æqualis ac ſimilis evadet cavitati

 ipſius,

ipſius, ſi verò in vas, pro cucumeris natura amplum, æqualis itidem ac ſimilis erit, dummodo materiæ ubertas adveniat: ita etiam in majori uteri capacitate, majores fœtus, in anguſtiore, minores procreantur, quò ducti exemplô, qui catellos parvos habere volunt, ipſos ſtatim poſt ortum vaſis anguſtioribus concludunt, atque ita prohibetur augmentum.

Roder. à Caſtro l. 3. de nat. mul. c. 10.

Extenuantur arbores alimentis, velut & canes, quos è magnis ſubtracto alimento in mediocres, & horum prolem in parvos, atque ex his in minimos mutamus.

Cardan. de ſubtil. l. 8. p. 402.

Apud Belgas Catelli quidam Melitæi in delitiis habentur Heroinis, Camuſii vulgò à naribus dicti, puſillo corpore, colore niveo, naribus medio ſimis ac depreſſis, pinna eorum reſupinatâ, caudâ non in alvum reflexâ, ut ignavis canibus, quos hybridas vocant, ſed erectâ atque in ſublime falcatâ, oculis mirè patulis ac protuberantibus, utrinque lippitudine vitiatis, fractis, enervatisque cruribus, ac circa pedum ſuffragines repandis, poſticâ verò corporis parte glabrâ, & quam nulli pili conveſtiunt, ſic ut podicem indecenter conſpiciendum præbeant, ejusque rei cauſa ſpectantibus ſubinde obvertant. Hanc autem monſtruoſam formam, membraque tàm deformiter diſtracta non ſunt naturâ nacti, ſed hominum operâ, qui caveolis includunt, ſubductoque alimento cogunt gracileſcere, quemadmodum virgunculis, ut eſt apud Terentium, (*a*) cibum ſubtrahunt, quò reddant junceas, ne ſi qua paulò ſit habitior, athleta videatur. (*b*)

a) *In*

a) *In Eunucho act. 2. Sc. 3.* b) *Lemn. l. 1. de occ. natur. mirac. c. 4.*

XCIII.

Canes cur cæci in lucem prodeunt?

An quod anticipent juſtum pariendi tempus, ob moleſtiam videlicet & dolorem, quem ſentiunt ex punctura & vellicatione unguiculorum intus latentium caniculorum? an ex lege naturæ, alia nunc intus gignentis & abſolventis, alia foris demum perficientis, aut non inchoata producentis, idem contingit? an quod ſint πολυτέκοντες, & propterea multa in ſe continere nequeunt ad perfectionem uſque, tùm alimenti penuriâ, tùm loci anguſtiâ? unde inarticulati fætus eduntur, ut Urſi, vulpes? Nam Urſos, *(a)* ait Philoſophus, *(b)* fætum nudum, cæcum, & cruribus propemodum membriſque aliis plurimis indefinitum & rudem producere. *(c)*

a) *Ruland. l. 1. probl. 276.* b) *l. 6. hiſt. de anim. text. 387. & 419.* c) *Negat Scalig. exerc. 6. ſect. 15. Lignaridus oblect. Academ. c. 27.*

XCIV.

Canum genera & nomina.

Plura ſunt Canum genera. Differunt locis primum. Hiſpani canes venatici duorum ſunt generum: ſagaces & curſores, Galgos hos, ſativos illos vocant. Curſores aliis præſtant anhelitûs contentione & celeritate: ſagaces errabundi veſtigant ſummo labore & interplicatis mæandris. Aliter noſtrates prudentiùs: ubi ſemel deprehenderunt odorem, nunquam amittunt, neque vocati remeant: ſed inſti-

inſiſtunt, donec laſſitudine affectam feram compel-lant conſidere, aut redire ad luſtrum ſuum: ubi nos morantes immittamus curſores. Tria horum genera. Arverni magni Apris tantùm & majoribus feris idonei, lepores dedignantur: & minores noſtrates leporarii, & cervarii, quos limitarios vocant. Quartum genus horum aucupio aptum duas habet ſpecies: altera venantur rete: inventam enim perdicem, aut coturnicem, aut etiam leporem nutu adeſſe ſignificant, conquiniſcentes in ſulco: pede poſteriore aliqui elato. Ex his aliquot habuimus præſtantiſſimos: & nunc pulcherrimam omnium habemus, Uraniam candidiſſimam, ſtellis nigerrimis maculoſam. Alterum genus accipitri venatur. Excitat alaudam, perdicem, cothurnicem, non niſi juſſus: ut ſatis ſit intervalli immittendo accipitri. Atque hoc in genere ſunt, qui Aquilæ ſerviunt. Nam ut anatem dejecit in lacum, ii natatu aſſequuti, exportant Domino. Etiam complexam, unguibusque hærentem ardeolæ, aquilam non attigit unus, ſed ardeola mordicus arrepta utranque extraxit. Sed ut plurimum, qui in aquis venari conſueverunt, ii villoſo ſunt corpore, tanquam eo munimento ſint & ab aquarum & temporis injuriis tuti. Hos à pilorum copia Barbetos vocamus: miro ſunt ingenio, Dominorum quàm qui amantiſſimi. In venationem autem producti, catapultæ ſonum advertunt, anatemque aut quamvis aliam aquatilem avem, eo ictu læſam perſequuntur, dominoque adferunt.

Curſorum tria ſunt genera: minores, quos ſupra deſcripſimus, & paulò majores compacti & fortes: & maximi, quos Strivieros vocant Itali: quo in genere

unum

Digitized by Google

unum habuimus, invictum feris: Carpelo nomen ejus fuit, dignus Græcis fabulis. In his Laconici à noſtris differentes caudâ tantum, quam villoſam gerunt, & auribus, quas habent dimiſſiores, levitate & ſpiritu præſtantiſſimi. Qui etiam, quanquam minoris ſint ſtaturæ, lupum ſtrangulant. Eſt aliud genus grandiſſimorum, qui bovem artubus repræſentant, magnitudine vituli trimeſtris, rictu vaſto. Alii Alanos, alii Corſos, alii Dogas vocant. Tauros his, atque etiam Apros expugnant. Eſt & ex ſagacibus & curſoribus mixtum quoddam genus: quidam hos Vertagos, Vaſcones Sarranegos, quaſi dicas, hybridas, ut & Galli Metis, qui ſoli venantur, prædamque ſæpenumero Domino adferunt. Et paſtorale quoque: Maſtinos vulgus vocat, Lupis & furibus inimicum. Moloſſi laudatiſſimi, etiam Illyrici. E quibus unum habuimus Ticinum nomine, cujus villus ab imis coſtis ad aures ferebatur. Aliud inter ſagaces, ſed parvum, cunicularium, quod ſub terra pugnat. Etiam meles interficit & extrahit: diſtortum ac dentibus exertis ferox: eſt domeſticum multis officiis. Janitores ſunt grandiores & villaticis proximi. Eſt cubicularium ex Hiſpanicis ſumma fide. Nunc pulcherrimum habemus, nocte quavis nigriorem, Carbo appellatur, non ſine periculo ingredientium. Neque noſtris minis, aut blanditiis corrigi aut caſtigari verberibus, quin obtrectet introeuntibus, poteſt. Is nunquam ædium cuſtodiam amiſit, neque nos quopiam ſequutus eſt: Sed in ima cochlea ſedens, obſervat quiſnam pedem inferat ulterius: Sunt & Melitæi catelli: adeò eorum quidam parvi, ut vix ſciuri excedant magnitudinem: hi præcipuè in Heroinarum deli-

deliciis. Adamantinus noſtra nulli, ut puto, ſi elegantiam, pernicitatem, animum, ingenium, fidem ſpectes, cedet. Differentiæ eorum multæ: quidam ſunt capite rotundiore, alii longiore: differunt & partibus capitis: oſſe capitis. Nam in minimis catellis vertex ſemper pertuſus eſt. Auribus flaccidis, rigidis, ſurrectis, curvis, paſſis, cavis, villoſis, nudis. Oculis quoque oblongis, rotundis, flavis, nigris, cæſiis, parvis, magnis, Catelli illi Melitæi grandiſſimis ſunt oculis, iiſque rotundis, & quò minores ſunt, eò majores habent. Dentibus exertis, non exertis: cruribus altis, nanis, vacciis. Pili colore, denſitate, aſperitate, prolixitate, criſpitudine: unguibus pedum poſteriorum, quinis aliqui præſtantiores putantur ad venandum: magnitudine verò, ab Aſelli magnitudine, uſque ad Sciuri aut muris majoris.

Scaliger in comment. text. 264. c. 20. l. 6. Ariſtot. hiſt. de animal.

Nemo omnium hominum hujuſce animalis (canis) amantior eſt. Et noſtræ familiæ primus, is, qui Atilæ impreſſionem in Italiam ingruentis ſuſtinuit, Alanus appellatus fuit. Quod nomen vulgò, à Scithicæ gentis canibus, Canum eſt. Et Maſtini tres, canes totidem in hac eadem familia illuſtriſſimi numerantur.

Idem exerc. 202. ſect. 5.

De canum fidelitate & ſagacitate, cum elogio memorabili,

vide Camerar. medit. hiſtor. l. 1. c. 34. Lignarid. oblect. Academ. c. 10.

XCV.

XCV.

Catuli uſus in podagræ doloribus.

Urgentibus doloribus, catulum pedi affecto (volunt autem quidam, ut illius pilus ſit concolor) adhibent. *(a)* Catellus enim, non tantum calore ſuo facit, ut diffletur materia & digeratur, ſed mali vim ad ſe pertrahit, ita ut interdum quoque mori animadverſum ſit; tunc verò ſepeliendum exiſtimant in loco, ad quem homines non accedant: ſed hoc ſuperſtitioſum exiſtimo, appoſitum verò dolores ſanare rationi conſentaneum. *(b)*

Crato conſil. 246. fol. 738. b) *Idem conſil. 239. fol. 708.*

XCVI.

Dolores articulorum curati per modum transplantationis.

Quidam acerbiſſimo dolore humeri & ſcapularum diu torquebatur, cui omnia auxilia fruſtra & ſine omni fructu adhibita erant. 2. Alter circa pedem, eodem cruciatûs genere vexatus, nil opis quoque in remediis quibuscunque expertus eſt. Horum uterque curatione transplantativâ uſus, affectum in aliud animal (quod Aeſculapio aſtare fingitur quadrupes, à Jureconſultis inter pecora non numeratum) medio rivi, (inſtar Pelecani) de parte affecta emiſſi, jam dicto animali ad devorandum projecti, transferre voluit, quo abſumpto, ſanitas perfecta utrique in partibus, eo in momento ſecuta eſt, & quadrupes mox interiit.

Majer, civit. corp. hum. c. 9.

XCVII.

Canis corium cui uſui.

Soleo ego uti caligis ex corio canino, quibus conſtringuntur crura, (ad vias condenſandas & corroborandas partes, in præſervationem à podagrâ) nam expertus ſum, hujusmodi arctis ligationibus factum eſſe ut fluxus humorum ad pedes ſit penitus interceptus. Nam corium caninum hoc habet, ut in ea menſura, in qua ſemel poſitum eſt circa partes, nunquam vel extendatur, vel relaxetur, & propterea eſt optimum ad conſtringenda crura.

Mereur, l. 4. medic. pract. c. 3. Plater. de dol. fol. mihi 726. & 745.

XCVIII.

Canis ſtercus.

Caninum ſtercus, quod flagrantiſſimo canis ſydere fuerit exceptum, cum vino aut aqua potum, alvum ſiſtit: fiſtulâ gutturi inſufflatum, anginam curat: ſicuti & dyſenteriam ex lacte caprino hauſtum, in quô priùs igniti calculi fuerunt extincti, aut ignitum ferrum, quod Græci στόμωμα vocant. Quin etiam periodicas, circularesvé fugat febres, ſi cochlearis menſura in acceſſu ex vino præbeatur bibendum, inſcio patiente; præſtantius, quod candidius eſt, è canibus ſola oſſa comedentibus.

Matthiol. in com. in Dioſcor. c. 73. l. 2. Foreſt. l. 22. obſ. 35. Wecker. antid. ſpec. l. 1. c. 28.

Caninum ſtercus officinis Medicorum Album Græcum vocatur.

Fuchſ. l. 1. de compoſ. medic. c. 16. fol. mihi 147.

Mira-

Mirabiliter cruſtas ulcerum tonſillarum aufert Caninum recrementum, melle illitum.

Dom. Leon l. 1. pract. ſect. 2. c. 5.

Quidam magnæ experientiæ Medicus, canino ſtercore cum ſaccharo, tragematis loco, feliciſſimo ſucceſſu in Ictero utebatur.

XCIX.

Lac, Dens canis.

Caninum lac confert à proprietate in difficili dentium ortu.

Dens canis combuſtus, tritus & gingivis appoſitus, juvat infantes, ad emittendos ſine dolore dentes.

Leon. pract. l. 7. ſect. 1. c. 10.

C.

Baldus Iuriſta rabie periit.

Baldus JurisConſultus à catella labium perſtrictus, cùm rabire eam neſciret, & ob exiguitatem negligeret vulnuſculum, quarto menſe fanaticus miſerabiliter interiit, nullo adjutus medicamento: *(a)* ſic Rabula rabie periit. *(b)*

a) *Heürn. de cap. aff. c. 14. Mathiol. comment. ad l. 6. Dioſcor. c. 36. Paræus oper. l. 20. c. 14.* b) *Wolff. lect. memor. & recond. centen. 16. fol. 418.*

CEN-

CENTVRIÆ XVII.

Particula I.

Andreæ Veſalii, in prognoſi medica, dexteritas.

ANdreas Veſalius in aula Auguſta, ſumma cum felicitate, artem ſuam exercuit, pluresque ex Charontis cymba reduxit. Quod ſi morbi vis naturam ſuperare videretur, ipſe, quid futurum eſſet, ſtatim prædixit, & ſæpè mortis horam ex Signis definivit, nec falſus eſt, quod in Maximiliano Comite Burenſi, A. 1548. eventus probavit. Quum enim hic ex Angliâ Legatus rediiſſet, Bruxellis, anginâ laborare cæpit. Ibi Veſalius, quâ fuit Judicii raritate, mortis horam ægroto, ac penè momentum prædixit. Buranus, jam deploratâ ſalute, convivium magno apparatu inſtrui juſſit, & omni gazâ ac ſuppellectile argenteâ expoſitâ, amicos vocavit: quibus cùm menſæ aſſidens, dona liberalitate ſummâ diſtribuiſſet, atque extremum vale, nihil commoto animo dixiſſet, inde lecto impoſitus, horâ & momento, à Veſalio prædictis, expiravit.

Jac. Aug. Thuanus. hiſtor. l. 5.

II.

Veſalij in medendo felicitas.

Habebat Philippus Rex Hiſpaniarum filium Carolum, Caroli V. Nepotem: hic ex quartanâ aërem mutare juſſus, & in arce quadam nobilem puellam, corollas nectentem conſpicatus, dum ludendi cau-

cauſâ ad illam accurrit, virgo in cubiculum fugit, peſſulumque oſtio obdit. Adoleſcentulus eò magis irritatus, in cubiculum præceps per gradus, effractâ violenter januâ, delabitur, graviſſimumque in capite vulnus accipit; vocati Cheirurgi vulnus obligant, & conſolidationi intenti, ſaniei affluxum negligunt, itaque caput totum, tuberis inſtar intumuit, & Apoplectico ſimilis, puer aliquandiu jacuit. Tum demum Rex, ut morituro extremùm adeſſet filio, accerſitus, Veſalium ſecum adducit, quem Hiſpani, in ſuperficie tantum corporis verſatum, veri Medici appellatione indignum eſſe calumniabantur. Is in deplorato, unicam ſpem in ſectione pericranii ſitam affirmans, datâ ſibi poteſtate à Rege, tuber decuſſatim aperuit, & pus fætidum ſenſim evacuavit. Rediit igitur ad ſe puer, tanquam è profundo ſomno excitatus, ac vitæ reſtitutæ beneficium Germano Medico ſe debere affirmavit.

J. Neander, in ſyntagm. de Medic. laude &c. p. 270. ex vit. vir. el. Melch. Adam.

III.

Veſalii in miſſione ſanguinis largitas.

Fertur de Veſalio, Celeberrimo Anatomico, qui juxta Galeni ſententiam, *(a)* in febre continente, ſanguinem ad animi uſq; deliquium detraxit: aſtantes verò, cùm ægrum animi deliquio correptum, & jam jam moriturum vidiſſent, dixerunt: Domine Doctor, patiens morietur; Veſalius reſpondiſſe dicitur: moriatur ergò juxta Canonem. *(b)*

a) *l. 1. Meth. c. 4.* b) *Ch. Henr. Ayrer. in form. med. pract. regulâ 16.*

IV.

IV.

Veſalius abit in Iudæam & Palæſtinam, & cur?

Veſalius vitæ aulicæ pertæſus, viſendæque (ut quidam volunt) Palæſtinæ ſtudio, atque religione ductus, nec non Naturæ myſteriorum cognoſcendorum, in regionibus longinquis, amore flagrans, unà cum Malateſta Ariminenſi, terreſtrium copiarum Senatus Veneti duce, Cyprum, indeque Hieroſolymam adiit.

Neander. l. c. fol. 271.

V.

Veſalii ferina crudelitas, in diſſecandis vivis hominibus

Exemplum I.

Non poſſum non deteſtari ferinam Veſalii crudelitatem, qui vivos homines diſſecavit. *(a)* Id negat factum Crato, *(b)* nam voti ſolvendi, non ſceleris expiandi cauſâ, ad Chriſti ſepulturam profectus fuerat. Itineris a. illius Palæſtini, aliam cauſam aperuit Clariſſimus Thuanus. *(c)* Ex Epiſtola (inquit) viri doctiſſimi, fama eſt, Veſalium eſſe mortuum: audiviſti procul dubio eum profectum eſſe Hieroſolymã, cauſa iſti⁹ peregrinationis eſt mirabilis, ut ad nos, ex Hiſpaniâ eſt perſcriptum: comiſſus fuit curæ ejus, vir nobilis in Hiſpaniâ, quem cùm obiiſſe exiſtimaret, nec ſatis percepiſſe cauſam morbi ſibi videretur, petiit à propinquis defuncti, ut ſibi liceret cadaver diſſecare, conceſſum eſt ei, quod petebat, cumque pectus aperuiſſet, reperit cor adhuc palpitans. Cognati mortui non contenti eum accuſare factæ cædis, accuſant etiam

eũ impietatis, apud Inquiſitionem, exiſtimantes ſe ibi ſeveriorem ultionem conſecuturos, cum conſtaret de cæde, nec facilè excuſaretur error tam periti Medici. Voluit omnino Inquiſitio de eo ſumere ſupplicium, vixque potuit Rex ſuâ autoritate, vel potius ſuis precibus, cum periculo tanto eripere. Tandem conceſſus eſt Regi & toti Aulæ pro eo deprecanti, eâ conditione, ut ad expiandum illud ſcelus proficiſceretur Hieroſolymam, & ad montem Sinai.

a) *l. Riolan. F. anthropogr. l. 1. c. 10.* b) *Epiſt. 31.* c) *l. 74. ſub A. 81.*

VI.

Exemplum II.

Anatomiæ neglectæ parens & inſtaurator, *(a)* cum in Hiſpaniâ vocatus eſſet ad nobilem mulierem, quæ ex hyſterico ſtrangulatu mortua credebatur, diſſecandam, ecce, ad ſecundam adactæ novaculæ impreſſionem derepente ad ſe illa redire & artuum, corporisque, quod pro cadavere habebatur, motu ac clamore, vitæ adhuc ſuperſtitis ſigna præbere cæpit. Quæ res circumſtantes amicos, in tantam admirationem, horroremque rapuit, ſic primæ & melioris notæ Medicum illum, infamem, odioſum & deteſtabilem reddidit, ut parùm abfuerit, quin unguibus omnium è veſtigio diſcerperetur & laniaretur: nihilque prius ſibi eſſe duxerit, ſi ſalvus eſſe vellet, quàm provinciâ quàm citiſſimè excedere, ſeque fugâ invidiæ ſubtrahere. *(b)*

a) *Paræus oper. chir. l. 23. c. 46.* b) *procul dubio Veſalium intelligit Sennert. l. 4. pract. part. 2. ſect. 3. c. 4.*

VII.

Veſalius miſerè moritur.

Andreas Veſalius, Caroli V. & Philippi R. Medicus, (qui etiã morti Henrici II. Franciæ Regis adfuerat) cum in Cyprum navigaſſet, & in reditu Venetias verſus tenderet, tempeſtate in Zacynthi Inſulæ angulum ejicitur, ibique morbo (febri ardente) correptus, & omni ope deſtitutus, in miſerrimo tuguriolo, inter barbaros & agreſtes homines è vitâ diſceſſit, ab aurifabro, qui fortè paulo poſt illuc appulit agnitus, & ne eſca feris fieret, vili funere eſt conditus

Cruſ. Suev. annal. l. 12. part. 3. c. 10. Crato epiſt. 31. Thuan. l. 36. Bucholz. ind. chron. fol. m. 621.

VIII.

Veſalii Epitaphium.

ANDREÆ VESALII BRUXELLENSIS TUMULUS, QUI OBIIT IDIBUS OCTOBRIS, ANNO cIↃ IↃ LXIV. ÆTATIS VERO SUÆ L. CUM REDIISSET HIEROSOLYMIS.

Neander. l. all. fol. 272.

IX.

Iacobus Carpenſis vivos ſecuit.

Jacobus Carpenſis ita erat infenſus Hiſpanis, ut, (cum eſſet Bononiæ) geminos ex eis, laborantes morbo gallico ceperit, & vivos anatomicis adminiſtrationibus deſtinaverit; quâ de re profligatus, Ferrariæ obiit. *(a)* Sed negat hoc ipſe Carpus, deteſtatur enim & execratur hanc ſævitiam ſecandi & aperiendi vivos homines. Tempore noſtro (inquit) non fit Anatome, in

in vivis, niſi fortè à medicis, ut mihi contigit, interdum incidendo apoſtemata, & ſecando ulcera, & trepanando & perforando mēbra, ubi cognoſcuntur nexus membrorum, poſitiones & operationes, & longè meliùs cognoſcerentur in vivis, quàm mortuis: niſi præ immanitate deſiſteremus à tali opere. Hæc Carpus. *(b)* Cum a. quàm plurima centena cadavera ſecuerit, ut ipſe de ſe teſtatur, ob ſævitiam ſecandi cadavera, cùm id eſſet anteà inſolens & inauditum, vivis etiã non abſtinuiſſe creditus eſt, ut magis invíſus & exoſus haberetur. Crederẽ potiùs patriâ Bononienſi ſecedere coactum fuiſſe, ob nefanda vitia, patrum Inquiſitorum animadverſione digna, quibus ſuam anatomen conſpurcavit. *(c)*

a) *Fallop. de morbo gallic. c. 76. Jacob. Carpenſis cùm ſolus calleret modum curandi morbum gallicum, per hydrargyrum, ita opulentus redditus eſt, ſolo iſto quaſtu, ut teſtatus fuerit, numeratam pecuniam 40000. ſcutatorum, (id eſt ducatorum, à duce ſcutato, id eſt armato, cujus typum gerit. Heniſch. de aſſe, fol. mihi 205. Manut. l. 2. Epiſt. 19.) prater argenteam materiam, qua omnia Duci Ferraria reliquit. Omnis enim aqua, ad mare currit. vide Centur. meam 1. part. 38.* b) *comment. in anatom.* c) *Riolan. l. c.*

X.

Incubus quid.

Qui ſcire cupit, quid ſit Incubus, is ante ſomnum comedat caſtaneas, & ſuperbibat vinum fæculentum. *Fr. Hildesh. ſpicileg. fol. 434.*

Digitized by Google

XI.

Ant-epileptica.

I.

Recipe mures domeſticos, numero 6. duos parvos pro uno magno, excoria eos, caudam & caput abjice, reliquum corporis truncum in pulverem redige, præbe patienti in aqua fl. tiliæ. Ab Electore Saxoniæ Joanne, patre captivi, probatum eſt, in magnis caſibus.

Idem ib. p. 603.

XII.

II.

Recipe felem marem pro maribus, fœminam pro fœminis, in ipſo paroxyſmo epileptico, eiq; præſcinde tertiam caudæ partem, inde 3. guttæ ſanguinis erumpent, has protinus da patienti, in aquâ florum tiliæ. Hanc artem Venator quidam antiquus me docuit. Ego verò experiri nunquam volui.

Idem ib. p. 609.

XIII.

III.

D. Joannes Slecerus, Medicus Brandenburgicus, expertus eſt in Epileptico, juvare cantharidem unum, abjecto capite, alis & pedibus tritum, in vino exhibitum. Dicebat ſe hoc ſecretum habere à quodam monacho.

Idem ib. p. 610.

XIV.

IV.

Exacto paroxyſmo, ſi aquam florum cheiri, præbeas infanti cum grano j. camphoræ, rarius tunc aut nunquam

Digitized by Google

quam malum redire teſtantur multæ matronæ in Bohemia

Strobelberger de infant. morb. c. 8.

XV.

Cranium hominis ant-epilepticum.

Cranium hominis, violentâ morte *(a)* non morbo interempti, atque inprimis oſſiculum illud triangulare (in quo quieſcere cerebrum *(b)* videtur) quod ad ſuturam λαμβδοειδῆ, in quibusdam corporibus reperitur) ad albedinem calcinatum, *(c)* ſeu in tenuiſſimum pulverem redactum & cum aqua pæoniæ, florum tiliæ, aut ſimili liquore, ſcrupuli unius, vel drachmæ dimidiæ pondere propinatum; mirè à Comitialis morbi inſultibus præſervat. *(d)* Sumatur autem de cranio pars anterior, & fœminæ fœmineum, ac mari maſculum accommodetur. *(e)*

a) *Sennert. l. 1. pract. part. 2. cap. 31. P. Paw. part. 1. oſteol. c. 7. Centur. noſtr. 5. part. 11.* b) *Heürn. de aff. capitis c. 23.* c) *Quercet. in tetrade, c. 18.* d) *Unzerus de Epil. l. 2. p. 212. Renod. in diſpenſ. l. 3. c. 19. I. Arcul. pract. c. 14. Ranzov. de tuend. ſanit. c. 53. Plater. de laſ. funct. l. 1. p. 81. Sperling. de calid. innat. fol. 43. & 55. Jac. Sylv. in pract. Crollius de ſignatur. Certius in Epilepſiâ puerorum nihil obſervavi, quam cranium hominis ſuſpenſi præparatum, ſcrupuli pondere, cum tribus granis lapidis Bezoar, in aquâ paonia, tilia, picarum, ceraſorum nigrorum, aut aliâ quâvis epilepticâ exhibitum. Strobelberger. l. c.*

XVI.

Sed abominandum.

Quotusquisque eſt, qui non perſuaſum habeat, humani Cranii pulverem comitialem morbum perſana-

ſanare? at Galenus, digerenti exſiccantique virtuti adſcribit: multorum tùm Epilepſiam, tùm Arthritim, oſſa combuſta percurâſſe aſſerens: nec oſſa cranii aliis oſſibus præferens. *(a)* Utut autem iſta habeant, oſſa humana hominibus devoranda exhibere, abominandum ac impium ſemper cenſui. Scio quoque cranii humani pulverem, etiam benè perpurgatis, ſine ſucceſſu aliquoties præbitum fuiſſe. Utilitatem fortè attuliſſet, ſi longo tempore ægri eo uti potuiſſent, quia humorem morbi cauſam exſiccat, at quis humana cremet oſſa, aut devoret cremata, ſi ſciat, non crudelis & inhumanus? quamquam non neſcio, repertos eſſe, qui tepentē, ex decollati hominis cadavere permanantem ſanguinem bibere ſuſtinuerunt: ſed id vix ſemel. *(b)* Sed & hæc abominanda Medicina eſt. *(c)*

a) *l. 11. de ſimpl. facult. c. de oſſibus.* b) *Eraſt. de occult. medicam. propr. c. 33. & 52.* c) *vide centur. 5. part. 23.*

A Recentioribus Medicis, Cranium pulveratum, Epilepticis conferre PERHIBETUR. l. Riolan. F. anthrop. l. 7. c. 2.

XVII.

Vſus Cranii humani ad ulcera ambulativa.

Dominus de Moreul. cùm tibiam ulceratam haberet ulcere purulento & corroſivo, pulverem cranii humani aduſti inſpergebat, & ſupra dictum pulverē, linamenta ſicca, ex pannis lineis decerptis apponebat, & ita curatus eſt.

Foreſt. l. 7. obſ. chirurg. c. 13.

Cranium hominis mirandas exercet operationes, ani-

animâ humanâ, jam dudum, vel ad gloriæ, vel ad miſeriæ ſedes egreſſâ. *I. Sperling. de morb. tot. ſubſt. th. 1. quaſt. 7.*

XVIII.

Tonſura capitis frequens, acuendo viſui, cur maximè conferat?

Rhazes & Avicenna, experientiâ docti teſtantur, frequentem capitis tonſuram, acuendo viſui, maximè conferre, quod pili, humorũ fuliginem imbibant & abſorbeant. Ut enim arbores ſæpius decacuminatæ, uberius creſcunt, ſic pili largiùs erumpunt, ſi ſæpius tondeantur.

I. Riolan. F. anthropog. l. 6. c. 52.

XIX.

Altitudo aëris, paulò major, dimidio milliari germanico.

1. Pleraque montium juga, (*a*) quæ perpetuis teguntur nivibus, aut glacie, potiori anni parte, ſuper aëris ſuperficiem eminere conſentaneum eſt. Aër enim eſt vapor exhalatus; in omni verò exhalatione calor eſt ſaltem aliqualis: at ubi nives & glacies, ibi frigus, ut radii Solis illas liquare non poſſint. Ubi verò frigus, ibi nulla, aut non conſtans exhalatio, vel aër. Cogitur enim frigore in pruinam & nives, deciditque pondere tractus, & nudat juga montium.

2. In Olympo monte Aſiæ, referente Ariſtotele, vita continuari nequit, niſi per ſpongias humectas anima trahatur.

1. In Americâ, Hiſpanis tranſeuntibus ex Caſtilia d'Oro aut Dariene, in Peruanam, in ſummis montium interjectorum jugis expirârunt ſubitò benè multi, cum ipſis equis.

Cauſam ſcriptor refert in qualitatem aëris venenoſam & penetrativam: addit verò, tam equos, quam inſeſſores obriguiſſe gelu, manſiſſe autem ſtatuarum inſtar, uſque ad cæterorum reditum, qui evaſerant. Rectè igitur colligi videtur, inter cauſas fuiſſe defectum aëris. Sic piſces ad hauriendas undas creati, expirant foris, extra undas detenti.

3. In eodem Olympo, adeò nullos eſſe ventos confirmat Ariſtoteles, ut ne characteres quidem inſcripti pulveribus, à multis annis turbati fuerint. At ubi motus deeſt aëris, rei mobiliſſimæ, eò uſque veriſimile eſt, aërem ipſum non continuari.

4. Nubes nullæ (*b*) ultra quadrantem unius milliaris elevatæ, pleræque multo humiliores deprehenſæ ſunt à menſoribus, in oris maritimis humilimis: quare nec aër multò altius continuabitur. Nubes enim ſunt exhalationes, ſeu nebulæ recentes, eóque adhuc calent, & calore ſubvehuntur longius, quàm refrigerata materia.

Kepler. aſtron. libr. 1. p. 62. 63. & 69.

a) *Suprema aëris regioni, cœlo proxima, initium eſt, ſupra montium altiſſimorum vertices, & ad principium loci ignis deſinit. Cellar. partit. meteor. ſect. 10. art. 5. Magir. phyſ. l. & c. 3. th. 9. aut etiam infra, ſi montes ſint altiſſimi, ut ad 2. milliaria germanica vel 2. cum dimidio: incipit enim ſuprema, ubi deſinit media: qua eo uſq; tantùm porrigitur, quo uſq; venti, nubes & ſimilia meteora pertin-*

tingunt. Barthol. phyſ. l. 4. c. 21. b) *De nubium altitudine non eadem eſt Autorum ſententia. Alii putant nubes ultra 3. milliaria, à nobis non diſtare; Plin. l. 2. c. 23. imò nonnulli vix ultra dimidium milliare elevari. Alii nullam nubem, ultra 9. milliaria, à terra diſtare ſcribunt. Sennert. l. 4. epit. nat. ſcient. c. 5. Probant autem Geometricè (Clavius in comment. in ſph. de S. buchſo. pag. 147. Cellar. ſect. 7. art. 3. partit. meteor.) Albarenus l. 7. perſpectiva ſua: & Vitellio l. 10. prop. 60. vaporum elevationem eſſe ad 52. milliaria aut circiter (paſſuum 52000.) quod eſt à nobis abeſſe 13. milliaribus germanicis. Cardanus de ſubtil. l. 4. p. 205. Vitellionem reprehendis, & maximum ſpatium, ad quod vapores poſſint aſcendere, docet eſſe 772000. paſſuum, id eſt, milliarium germanicorum 193. Utut autem ſit, nubes infra altiſſimorũ montiũ vertices eſſe, peritioribus manifeſtum eſt. Dubitantem experimentis, tàm veterum, quam recentiorum firmabimus. vide centur. noſtr. 5. part. 64. Auguſtinus. l. 3. de Gen. ad lit. refert, eos, qui verticem montis Olympi vel ſacrificiorum gratiâ, vel ad contemplanda ſidera conſcendunt, ſpongias aqua imbutas eò ſecum deferre, ut illa ſimul, cum aëre (qui tenuis ibi nimium & ſubtilis) pro refrigeratione utantur. Memini, ſcribit Porta, l. de Irid. & colore prop. 15. dum in Hiſpaniis eſſem, in Eccleſia, ſuper montem Serratum dictum, moveri infra nebulas videbam & pluere, quum ego in ſereno cœlo ſupra eſſem. &c. Idem me ipſum expertum eſſe in Alpibus, diffiteri non poſſum. Et quis non videt, ab exploſis tormentis bellicis multis aſcendere fumum, eumq; paulatim, licet non adeò remotum, ſpeciem nubis præbere? Barthol. l. c. Nubium tamen altitudinem, non eandem, ſed variam, pro varietate materiæ, locorum & temporum eſſe, probabile*

eſt: imò eodem tempore, eâdemq́ in regione, nubem aliam, aliâ eſſe altiorem, atq́ unam ſuper alteram ferri, viſu percipimus. Ipſe vidi duas nubes contrariis moveri motibus: unam ſupra alteram moveri verſus ortum: alteram ſub alterâ, moveri verſus occaſum. Nec nubes ita longè diſtare, ut nonnulli credunt, experientia teſtatur. Montes enim nonnulli, cacuminibus ſuis nubes excedunt. Sennert. l.c.

Unde primum innotuerit Aſtronomis altitudo aëris, & quomodo metienda nubis alicujus altitudo. vide ap. Kepler. Aſtron. l. 1. p. 62. & 70.

XX.

Aëris Utilitas quotuplex?

Utilitas aëris eſt duplex. Communis reſpectu omnium corporũ mixtorum. Aër enim corporum miſcibilium particulas ſubit & ſubigit, atque adeò ad mixtionem aptas reddit. Specialis reſpectu animalium. Nam Aër 1. temperat fervorem cordis, inſpirando attractus. 2. fovet humidum radicale. 3. præbet materiam ſpiritibus vitalibus. 4. volucribus commodum præbet volandi ſpacium. 5. Eſt medium, per quod animalia, in his terris, tùm vident, tùm audiunt, ſine Aëre, nec viſura quicquam, nec auditura. In terris dico, quia in cœlis eſt alia ratio.

Alſtedius phyſ. peripat. l. 2. c. 4. Cornel. Valer. inſtit. phyſ. c. 16. th. 7.

Plura de aëre vide cent. 4. part. 55. & ſeqq. centur. 8. part. 94.

XXI.

Aenigma de Iride.

Si fugio ſequitur, ſed me fugit illa ſequentem,
Res varia & mira eſt, dic mihi quæſo quid eſt?

Mutatur Iris ſecundum mutationem videntis, inſequentem enim fugit, & fugientem inſequitur.
Th. Freig. in phyſic.

XXII.

Iridis etymon.

Iris Thaumantis & Electræ Filia, ſororque Harpyarum & ventorum (*a*) Græcè ἀπὸ τοῦ εἰρεῖν i. e. λεγεῖν à nunciando vocatur, (*b*) quod ſecundum Poëtas (*c*) Jovis & Junonis nuncia (*d*) miniſtra (*e*) fingatur: vel ſecundum Chriſtianos, quod Dei clementiã prædicet & initi fæderis (*f*) de diluvio non amplius reverſuro ſit argumentum. (*g*) Appellatur & θαυμαντίας propter inſignem, quam in animo aſpicientium parit, admirationem, (*h*) & Thaumantis, id eſt, admirationis filia, cùm θαυμάζειν ſit admirari: (*i*) Quin etiam Junonis arcus, à figura in aëre, quem Lucilius Balbus apud Ciceronem (*k*) Junonis nomine deſignat, venuſtiſſimè depicta.

a) *Plato in Theateto. Heſiod. in theogon.* b) *A. Iunius in lexic.* c) *Val. Flacc. l. 4. argon. Homer. iliad. θ.* e) *Callim. in lavacr. Deli. Apollon. Rhod. l. 4. argon. Theocr. in encom. Ptolem. Ovid. l. 4. metamorph.* f) der Regenboge ſoll ein ſtetiger Zeůg ſein: 1. des vergangenen. 2. deß gegenwärtigen. 3. deß zukünfftigen. Das vergangne/ iſt Gottes Gericht durch die Sündfluth gehalten. das gegenwärtige/ iſt Gottes Gnad/ in beſtändiger Erhaltung ſeines glaubigen Samens/ und der Kirche auff Erden/ *Pſal. 72. v. 4.* und *89. v. 37.* das Zukünfftige iſt das Zůng-

Jüngſte Gericht/ welches zu ſeiner Zeit / nicht durch Waſſer/ ſondern Feur geſchehen ſoll. *2. Petr. 3. verſ. 7. D. Cramer. in com. c. 9. v. 13. & ſeqq. Geneſ.* g) *Quoniam imbres maximi effundi ſolent à nubibus denſiſſimis & caliligine contectis: Sol autem lucidos colores, in nube valdè caliginoſa exprimere non poteſt, nec niſi parte cœli ſerena Iris exiſtere, quod certiſſimum eſt argumentū, imbres fore leviores. Bodin. theat. nat. l. 2. p. 215. ex hoc Rul. l. 2. probl. 176.* h) *Tandler diſp. meteor. 8. th. 14. & 15.* Dann der Regenbogen iſt das allerſchönſte ſpectacul/ in der Welt: *Sebikart.* von der fliegenden Liecht-Kugel/ *nihil inter μετέωρα illuſtrius eſt cœleſte arcu, & exercuit multorū ingenia. Brent. in comment. in 9. c. Geneſ. fol. m. 112. vide (inquit Eccleſiaſticus) arcum & benedic eum, qui fecit illum, valdè ſpecioſus eſt, in ſplendere ſuo. cap. 43. verſ. 12. Morhard. libr. 1. de mirac. cap. 23.* i) *Natal. Comes mytholog. libr. 8. cap. 20. fol. m. 911. & ſeqq.* k) *l. 2. de nat. Deorum.*

XXIII.

Iris quid?

Iris eſt ſpecies arcûs, varii (trium (*a*) multi (*b*)) coloris, in nube concavâ, roridâ, & rotundâ, à radiis Solis aut Lunæ oppoſitorum (*c*) refractis, & ad viſum reflexis. Roridam illam dico, quæ parte ex dimidiâ jam in guttas verſa eſt, aut quæ proximè in pluviam reſolvi poteſt: & eſt tanquam congregatum quid, ex pluribus conjunctis ſpeculis, quæ quum figuram repræſentare non poſſunt, repræſentant colorem ex radiorum refractione apparentem, eumque varium, ob varietatem reflexionis. (*d*)

a) Sennert. epit. phil. natur l. 4. c. 9. b) *Barthol. phyſ. l. 6.*

l. 6. c. 12. Magir l. 4. phyſ. c. 5. th. 14. c) *Iris non ſemper luminoſo corpori opponitur,* κατὰ διαμέτρον, *ſed aliquando etiam circa luminoſum corpus Goglen. in not. ad. th. 11. c. 23. inſtit. phyſ. Corn. Valer.* d) *Ariſtot. l. 3. Meteor. c. 3. Cellar. part. meteor. ſect. 45. art. 1.* diß heißt man eigentlich Irides, oder Regenbogen/ welche ex oppoſito, gegen der Sonnen hinüber/ das iſt/ abwerts von ihr ſtehn/ wohin deß Zuſehers Schatt fällt. Schickhard von den *Parelüs 1633. lit. B. a.*

XXIV.

Iris quotuplex?

Iris naturalis, vel eſt Solis vel Lunæ, quarum eadẽ eſt generationis ratio, diverſitas in nõnullis accidẽtibus.

Solaris frequentiſſima, Luna rariſſima.

Illa interdiu apparet, hæc noctu, quãdo Luna plena in ortu, vel occaſu.

Illa coloribus intenſioribus, hæc remiſſioribus, imò uno ferè colore & quaſi lacteo, vel albæ nebulæ, ob luminis debilitatem. (*a*)

Solaris Iris uno eodemque die, bis apparere poteſt, partim horis diſtinctis, partim etiam eadem horâ, ſed diverſis oppoſitisque in locis. Imò ſæpiùs duæ ſimul uno eodemque die, eademque horâ, ac in eodem loco ac ſitu, rarius autem tres apparent: quarum poſteriores fiunt ex reſplendeſcentiâ priorum, ideoque & minores ſunt atque obſcuriores, earumque colores oppoſito apparent ordine. (*b*)

a) *Barthelin. l. c.* b) *Ariſtot. l. 3. meteor. c. 5. Magir. l. c. theſ. 20. & 21. Tandler. l. c. th. 45. & 46.*

XXV.

Digitized by Google

XXV.

Iris ad meridiem in noſtro climate non videtur, cur?

Requiritur ad apparitionem arcûs, ut ſimus inter nubem, in qua arcus ſplendet, & ſolem ipſum conſtituti. (*a*) Sic enim nubes eſt quaſi ſpeculum, è quo ad oculos fit reflexio ſecundum lineam rectam, nullo in medio opaco corpore exiſtente. Docet hoc experientia. Nam quum ante meridiem Iris apparet, ſemper ad occaſum cernitur, quum veſperi, ſemper ad ortum vel aquilonem, quibus temporibus inter Iridem & Solem ſumus conſtituti. Ergo non videbitur Iris, quando nubes inter nos & Solem erit: tunc enim illuſtrabitur ab ea parte, qua ſolem reſpicit, non autem verſus nos. Ergò à nobis, in noſtro climate, nunquam poteſt Iris ad meridiem ſpectari. (*b*) Nam impoſſibile eſt, ut verſus iſtam partem inter arcum & Solem maneamus: aut, quod tamen nunquam continget, oporteret nubem eſſe ad meridiem, Solem verò ultra verticem capitis noſtri, quod in hoc climate abſurdum. (*c*)

a) *l. 3. meteor. c. 4.* b) *Nec enim Iridem videt aliquis ultra 3000. paſſuum. Nunquam fit aſcendente nube, ſemper vergente ad imum. Illo enim modo non rorat, ſed tum defluit. Ionſton. admir. claſſ. 3. c. 11. ex Cal. Rhodig. l. 22. c. 7.* c) *Barthol. & Cellar. l. c.*

XXVI.

Iridem eandem duo non poſſunt videre.

Si Iris eodem in loco videretur, non ſub eodẽ refractionis angulo ubiq; appareret. Quicunq; igitur ſunt in

in lineâ, quæ centra Solis & viſûs continuat, Irides vident, in diverſis locis, ſed in dictâ lineâ centrum habentes: & ſicut imago, quæ in ſpeculo apparet, diverſa in ſpectantib. à diverſis ſuperficiei: ſpeculi partib. repræſentatur, ita & Iridem, quæ per radiorum refractionem videtur, in diverſis rorantis pluviæ partibus, à diverſis oculis videri neceſſe eſt. Unde ſequitur, ut ſi duo inſpectantes, ſint in eâdem lineâ, per centrum Solis, videant duas Irides concentricas: isque interiorem, qui à Sole remotior: ſi autem duo inſpectores, in eadem rectâ ſint cum centro Solis, videbunt duas eccentricas Irides, aut ſe invicem tangentes, aut ſecantes, ita ut ſinguli ſuam iridem videant. *(a)* Neceſſe eſt ergo centra Solis, oculi cernentis atque Iridis, in eadem rectâ conſiſtere. *(b)* Hinc duo non poſſunt eandem Iridem videre: imò ſi unus & idem, Iridem aſpiciens ſitum & locum mutaverit, aliam Iridem videbit, quàm prius vidit. Sic ergò & oculi & Iridis centrum mutatur. Ergò alia Iris erit. *(c)*

a) *Maurolycus de lum. & umbr. theor. 28.* b) *l. 10. theor. 64.* c) *Cellar. l. c.*

XXVII.

Iris Lunaris unde?

Etiam Luna arcum efficere poteſt, qui ex ipſius radiis oritur, in oppoſitam & diſpoſitam nubem noctu immiſſis. Sed rarò *(a)* apparet. Duas verò cauſas Philoſophus ponit, *(b)* cur noctu rarò appareât Irides; I. eſt, quod noctis tenebræ impediant, quo minus proprii arcus colores cernantur, quia quodammodo ad

ad nigredinem declinant. II. eſt, quia multa ad ejus conſtitutioně neceſſaria ſunt, ſcilicet lumen magnum & ſufficiens, quod nubem implere & pingere poſſit. Hoc verò Luna non ſemper habet, niſi quando Luna plena Lumine fuerit. Unde Ariſtoteles, annis L. & ampliustantùm bis ſe lunarem arcum animadvertiſſe teſtatur. (c) Iridem lunarem apparuiſſe 1523. item 1537. die Palmarum. h. 9. noct. Garcæus ſcribit; (d) talem quoque Adamus Urſinus obſervavit, 1568. 26. Decembr. mane coloris albicantis. A. 1599. media æſtate, noctu poſt ingentia tonitrua, fulgura & fulmina, pluviamque, ceſſante jam tempeſtate, inter Septentrionem & Ortum inſignem vidit Sennertus. (e) coloris ſplendore & pulchritudine, cum nonnullis ſolaribus certantem. Talem quoque G. Aigler Theologus Gorlicii obſervavit. 1603. d. 11. Auguſt. h. 3. matut. cum quadrante, poſt horrendam & grandinoſam tempeſtatem. (f) Lunarem quoque Iridem, Combachius 1609. M. Jun. Oxoniæ vidit. (g)

a) *An quia contingunt in pleniluniis, vel juxta plenilunia: atque lucis lunaris debilitas, ad eum effectum poſtulat auxilium fortium cauſarum, quæ rarius concurrunt, ſcilicet Lunam parum elevatam, irrorationem quietam, aërem expeditum, & à tergo irrorationis opacum? Vitell. l. 10. theor. 70. Maurol. de Iride, probl. 22. Tandler. loc. c. theſ. 43. Card. de ſubtil. libr. 4. pag. 214.* b) *l. 3. metheor. c. 2.* c) *Cellar. partit. meteorolog. ſection. 47. art. 1.* d) *in meteorolog.* e) *epit. phyſic. l. cit.* f) *de hâc libellum linguâ vernac. edidit.* g) *Ionſton. l. c.*

XXVIII.

Iris artificialis quî fiat?

Ocipite Soli obverſo, manu, ore vel alio inſtrumen-

mentō aqua ſpargatur in locū radiis Solis illuſtratū, ita ut aqua continuitatē ſuam amittat, & in plurimas easque exiguas guttas reſolvatur: quô factô Iris, quaſi in illis guttulis, quæ vaporem roridum nobis repræſentant, videbitur. (a) Pertinet huc quod Seneca ſcribit: Videmus, cum fiſtula aliquo loco rupta eſt, aquam per tenue foramen elidi, quæ ſparſa contra Solem obliquè poſitum, faciem arcus repræſentat. (b) Idem videbis accidere, ſi quando volueris obſervare fullonem, quum os aqua implevit, & veſtimenta tenticulis diducta leviter aſpergit, apparet varios edi colores, in illo aëre aſperſo, quales in arcu fulgere ſolent. (c) Idem etiam obſervari poterit, ubi aqua per remos diffuſa, vel ex ſaxo, præcipiti lapſu decidens, ad radios Solis diſpergitur. (d)

a.d.) *Sennert. l. c.* So mañ in einem finſtern gemach/ an den Laden/ da die Sonn hinein ſcheint/ ſtehet/ und friſch Brunnen-Waſſer auß dem Mund/ auffs aller kleineſt ausſpritzet/ ſihet mann abwerts von der Sonn/ ein ſo langen ſchönen wolgefärbten Regenbogen/ daß ein Frewd gibt; und nit nur ein halben/ſondern ſchier ein gantzen Bogen/ der beinahend beſchloſſen/ und nur/ wo deß Künſtlers ſchat hindurch geht/ eine Lucken hat: auch nit nur einen/ ſondern zween übereinander/ wie ſie ſonſten an den Wolcken ſtehn. Das hat vor zeiten/ der berühmte Opticus Vitellio erfunden/ als er neben einem Waſſerfall ſpacieret/ da es wegen mächtiger Höhin/ zu viel tauſend Tröpfflein/ gleichſamb zu Staub zerfällt/ und eben die Sonn darein geſchinen. Es meldet auch/ mein geliebter Vetter/ H. Schickart/ Fürſtl. Würtemb. Ingenieur, in ſeinem Italien. Raisbuch/ *p. 96.* erſter *Edition*, daß die Groß-Hertzogen von Florenz/

renz/ in ihrem Luſt-Garten Bratelino, mit vilen Spritz-wäſſerlin/ ein ſolchen künſtlichen Regenbogen zugericht/ den man bey ſcheinender Soñen/ ſo offt man wölle/ doch auff dem einen geſtöffel vor- und dem andern/ nur Nach-mittag ſehen können. Ich erinnere mich auch/ daß der Weil. Hochgelehrte H. Doctor Hafenreffer/ jetzt in Gott ruhend/ mein geweßter hoher Patron/ mir auff ein Zeit/ bey Neckerthalfingen/ einen Regenbogen gezeiget/ der neben dem Necker/ gar in dem Graß (*Maurolyc. de lum. & umbr. p. 60.*) auff der Wiſen oder Boden gelegen/ welches mir gar wunderlich vorkommen. Es ſtunden aber damalen kleine rare Tröpfflein auff den Gräßlein/ und hatten die Wiſen etwas underſich/ daß uns der *refractus radius, debito angulo, 45. graduum*, wol könte erſcheinen. Und thuts obgedachtes *Experiment*/ deß außgeſpritzten Waſſers auch bey der Nacht/ hinder den Mondſchein/ wie ein jeder verſuchen kan/ daß auch die Natürliche Monds Regenbogen/ nicht ſo ſeltzam oder gemein ſeyn müßen/ weñ wirs nur allzeit wüſten. *Schickard. c. 4.* von der fliegenden Liechtkugel 1623. *p. 85. & 92.* von den *Paraliis 1633.* b) *l. 1. q. nat. c. 3* c) *Cellar. part. meteor. ſect. 45. art. 2.* Wann die Sonn umb Mittag/ im Pfeffers-Bad/ im oberen Schweitz gelegen/ durch die obere hohe Hölen Clufft/ herein ſcheinet/ und die höle beleuchtet/ ſo ſcheinet/ ob dem Bach/ ein ſchöner/ roth/ gelb und grünfärbiger Regenbogen/ in ein ſchönen/ wolgeſtalten Circul geſchloſſen/ welcher/ ſo lang die Sonne verbleibt/ auch niemalen zergeht. Sochen mag man oberhalb von der Brucken herab/ auch von unden herauff/ bey dem Bad/ kurtzweil halber/ in der Ferne und Nähe anſehen. Johann. Kolweck/ in Beſchreib. deß

Bads

Bads zu Pfefers. *c.3.fol. 64. Si quis in pelvim aqua plenam, ſub ſole, ſpeculum immiſerit, ad parietum objecta latera, veros Iridis colores impreſſos obſervabit. Mizald. memor. cent. 5. part. 52. Iris gemma ſub tecto percuſſa ſole, ſpecies & colores arcus cœleſtis in proximos parietes ejaculatur, ſubinde mutans, magnâq; varietate admirationem ſui augens. Plin. l. 37. c. 9. Libav. part. 3. ſing. l. 5. ſchol. ad c. 35.*

XXIX.

An Iris ante diluvium extiterit?

Affirmatur.

Contendunt aliqui magnæ autoritatis viri, cœleſtem arcum priùs in nubibus non extitiſſe, quàm poſt univerſalem Cataclyſmum Noæ & ejus poſteris in ſignum gratiæ fuit propoſitus. Novam igitur hanc creaturam antea mundo non viſam, primùm à diluvio, poſt initum à Noa fædus apparuiſſe, ut & mundus de præteritâ irâ, cujus indicium in Iride color aqueus eſt; & de perenni miſericordiâ, cujus pignus Iris, admoneretur. (*a*) Sed quòd omninò à primis mundi exordiis, atque ab eo tempore, quo pluvia eſſe cœpit, arcus eſſe cæperit, nulli dubitamus. Nam, quia nulla cauſa defuit, quæ ad Iridis generationem pertinet, quis negabit aliquando viſam eſſe Iridem? Fuerunt nubes, fuit Sol, fuit locus ubi è diametro nobis Sol collocari potuit: fuit autem tunc merè phyſicum meteorum. Noa autem primus ipſam ex divinâ inſtitutione, in ſignum fæderis accepit, ut id, quod antea erat purè naturale & nullius pacti ſignum, nunc eſſe ſignum inciperet: nec tamen res naturalis, in cauſis ſuis eſſe deſiit. Non aliter ac lapis, quô agrorum limites diſtinguimus, qui tunc lapis eſſe nec in-

cipit, nec deſinit, quando in ſignum diſtinctionis erigitur, ſed tunc, qui priùs erat, ſed ſignum diſtinctionis non erat, ſignum eſſe incipit. (*b*) Sic Aqua, longè ante in rerum natura fuit, priusquam adhiberetur in hunc finem, ut eſſet aqua regenerationis. Pari modo Iris longè ante extitit, licet initio non habuerit officium illud, quo in præſentia fungitur, quod deinceps ex ſpeciali Dei juſſu & voluntate eſt adepta. *(c)*

a) *Tandler. diſp. meteor. 8. probl. 2.* b) *Cellar. ſect. 46. art. 6.* c) *Magir. phyſic. libr. 4. cap. 5. not. ad theſ. 28. Bartholin. enchir. phyſic. l. 6. c. 12. Valeſ. de S. Philoſ. c. 9.*

XXX.

Negatur.

Probabilior eſt eorum ratio, qui affirmant, Iridem poſt diluvium demum divinitus eſſe conditam. Negari enim non poteſt, quin Noha & familia ejus, ut homines pii quidem, nondum autem totam carnem exuti, cohorruerint metu venturi iterum diluvii, ad exortum cujusvis nubeculæ. Inter hæc exortus etiam videtur, præter omnem expectationem, in nubibus arcus, quem cùm antea nunquam vidiſſent, veriſimile eſt, eos non ſolùm ad hoc miraculum obſtupuiſſe, verum etiam metu tantùm non exanimatos eſſe, quòd exiſtimaverint, nihil certius eſſe, quam diluvium iterum venturum. Cùm enim Arcus apparet, ſolent nubes multo majorem pluviam minari, quam aliis temporibus. Quare Deus ſtatim patefecit conſilium ſuũ de arcu, quòd proponat eum, non ut denunciet futurum diluviũ, ſed potiùs denunciet contrarium, videlicet diluvium generale nunquam in terris futu-

Digitized by Google

futurum. Nam ſi antea aſſueti fuiſſent eum videre, parum conſolationis eis attuliſſet. Dicere enim potuiſſent, an non & antea apparuit, & tamen venit diluvium, quomodo ergo nunc ſignificaret, diluvium non amplius venturum? Quare veriſimilius eſt, quòd Arcus creatus ſit, non ante, ſed poſt diluvium, ut afferret hominibus majorem fidei confirmationem & conſolationem.

J. Brentius & Oſiand. in comment. in c. 9. Gen. Quanquam non ſimpliciter improbo eorum ſententiam, qui Iridem prius non fuiſſe arbitrantur: non tamen omninò nulla apparent rationes, quæ diverſum videntur oſtendere. Hunnius in comm. in c. 9. Geneſ. fol. 207.

XXXI.

Frumentariorum fraus & impoſtura?

In expendendis frugibus multum refert, quo nam modo menſura impleatur. Si enim non modò leviter agitetur implendo, ſed diu quatiatur, aut manu prematur, antequam radio exæquetur, pondus non levi momento creſcet. Id quod non ſolùm in admetiendo frumento, ſed etiam ipſo ſale verum eſſe deprehendimus. Quamobrem ii, quibus fruges molendas tradimus (ſunt etenim hujuſce fraudis calliđiſſimi artifices) ſedulò obſervare oportet, ne genu, aliove pacto, vehementius menſuram agitent, quippe eâ agitatione, multum accedit numero & ponderi. Negotiatores frumentarii, præſertimq; Aurelii, tales impoſturas ad unguem tenent.

J. Bruyerin. de re cibar. l. 5. c. 1. Noſtrates, talem im-

poſturam in metiendo frumento, vocant, auff dem Kornboden den Säcken zu Dantz machen.

XXXII.

Dyſenteria ut ſimulari poſſit.

Amphiretus à pyratis, ut magnum ab ipſo λύτρον extorquerent, in Lemno detentus, à cibo abſtinuit, & rubricam aquæ marinæ permixtam bibit. Itaque cùm ſanguinis fluxu eum laborare crederent, ne moreretur, à vinculis eum liberarunt: atque is fugâ elapſus eſt.

Polyb. l. 6. ſtratag. Sennert. de dyſent. c. 4. l. 3. pract. part. & ſect. 2. c. 7. fol. 338. b.

XXXIII

Deſperata dyſenteria ab anu, ſorborum eſu, curata.

Annum agens XIV. Aureliæ dyſenteria populariter graſſari cæpit; quâ & nos graviſſimè tentati, penè à medicis deplorati jacebamus: exitium enim ſuperabat opem, nullaque auxilia videbantur morbum lenire, nedum levare. Tandem conſilio anus cujuſdam Sorba cruda largiſſimè vorans, poſtridiè vim propemodum omnem torminalem ſenſi depulſam: indeque firmatâ alvo, orco (ut ita dixerim) revocatus & priſtinæ valetudini reſtitutus, veriſſimè expertus ſum Celſi Cornelii dictum: videlicet temeritatem plerumque efficere in morbis, quod prudentia nequiverit.

Bruyerin. de re cibar. l. 11. c. 22.

XXXIV.

Scorpii etymon, deſcriptio.

Scorpius παρὰ τῦ σκαιῶς ἕρπειν dictus, caudam habens arcuatam, vel quòd caudâ figat & arcuato vulnere venena diffundat, (*a*) cujus proprium eſt, ut palmam manus non feriat, (*b*) pedes habet 8. caudam oblongam, vertebris multis coagmentatam. In ultimâ, præfixus aculeus, & cancrorum more chelis ſeu forcipibus ſolidis furcata. Color ejus ſubater. Ictus ejus tàm ſubtilis, ut veſtigia ejus in cute ferè non poſſint deprehendi. (*c*)

a) *Hafenreffer de aff. cut. l. 3. c. 9. fol. mihi 501.* b) *Plin. l. 29. c. 4.* c) *Aldrov. de inſect. c. 11. fol. 225. Morhard. de mirabil. l. 2. c. 12. p. 179.*

XXXV.

Scorpii vis prolifica.

Si glebæ ſumantur ex ruderum illorum terrâ, in quibus Scorpiones frequenter, ut ita dicam, ſtabulari ſolent, eæque collocatæ inter duos lateres coctos & tempore ſuo, aquâ tepidâ irrigatos, æſtivis caloribus ſub dio exponantur, ſpacio paucorum dierum, Scorpiones inde oriri certum eſt, atque experientiâ confirmatum.

Camerar. de re ruſt. p. 136.

XXXVI.

Scorpius ex lignis putridis.

Avicennam amicum habuiſſe, qui cùm vellet ex putridis lignis, Scorpiones generaret, Alb

Magnus refert, addens ex illis alios genitos fuiſſe.

Ionſton. taumatogr. cl. 8. c. 22.

XXXVII.

Ex Cancro.

Cancri corpus mirabiliter in Scorpionem mutatur. Sole Cancri ſignum tranſeunte, & ipſorum, quum exanimati ſint, corpus transfigurari in Scorpiones, narratur in ſicco, (*a*) ob quandam ſympathiam. Sunt enim Scorpionum caudæ & Cancrorum brachia ſimilia. (*b*)

Concava littoreo, ſi premas brachia, cancro
Cætera ſupponas terræ, de parte ſepultâ
Scorpius exibit, caudâq; minabitur uncâ. (*c*)

a) *Plin. l. 9. c. 31.* b) *Porta Phytogn. l. 4. c. 21.* c) *Ovid. l. 15. Metamorph.*

XXXVIII.

Ex Ocymo.

Cuidam Italo, ex frequenti odoratu Baſilicæ herbæ, natus eſt Scorpius in cerebro, vehementes dolores & longos, mortem denique attulit.

Holler. l. 1. de morb. intern. c. 1. ex hoc Foreſt. Schol. ad obſ. 2. l. 9. & Paræus l. 19. chir. c. 3.

Scorpioni amicum Ocymũ, in quo, & ex quo, naſci obſervatur. *Coſtæus l. 1. de nat. ſtirp. c. 24. vide centur. 3. part. 58.*

Ocymum commanducatũ & Soli expoſitum, vermes generat, & pediculi ſemper in eo generantur, ob excrementitium humorem & vitioſum ſuccum, quo imbuitur, qui male concoctus, nativo herbæ calore, quaſi ſupervacuum, citam noſcit putrilaginem, facile

cilè in pediculos & Vermes abeuntem. *Porta Phyſiogn. l.5. c.8. mag. nat. l. & c. 2.*

Plinius. l. 20. nat. hiſt. c. 12. ex aliis refert, tritum ocimum, ſi obruatur lapide, gignere Scorpionem. Sed *Galen. l. 2. de alim. fac.* falſi accuſat eam opinionem: ſi novæ ollæ immittatur, celerrimè paucis diebus gigni ſcorpios, præſertim ubi quis in dies ollam in Sole apricet. Plinius quoque iſta ex aliis recenſet, tanquam fabulas, quas uſus ſalutaris ocimi, redarguat: id quod etiam multi de re herbariâ ſcriptores confirmant. Platerus quoque nugas eſſe dicit. *l. 3. prax. fol. m. 430. Donat. Marcell. l. 4. c. 26. de hiſtor. med. mirab.* Verùm enim verò Hollerii Medici hiſtoriam non refellam. *Libav. l. 2. batrach. ſchol. ad c. 17.*

Africani tradiderunt, ſi quis à Scorpione pungatur, eò die, quo Baſilicam comedit, nullum medicationi locum ſupereſſe. *Math. de qual. ſimpl. med. c. 11.*

XXXIX.

Scorpionum hoſpitium.

In Languedociâ, reliquâque Galliâ Provinciali & Narbonenſi, Scorpiones ſunt frequentiſſimi, qui ſe in antiquioribus murorum rimis ac fiſſuris ſuſtentant, nec non in ſubſtratis lectorum uſitatioribus non rarò reperiuntur, ob quæ non ita tutum eſt ſine diligenti linteorum ad caminum ventilatione & inquiſitione, ſeſe omnibus ſtragulis inconſideratè ſubmittere. *(a)* In Italiâ magno numero inveniuntur, ſed non ſunt lethales, præſertim ſi in tempore ictis remedia adhibeantur. In Tridentino agro prorſus carent periculo. *(b)* In avitis Scaligerorum ſedibus, quæ

ſub Noricarum Alpium tractu jacent, totam regionem coluut ſine maleficio. Tanta autem eorum ibi multitudo, ut nullum movere queas lapidem, ſub quo non offendantur. (*c*)

a) *Strobelberg. in deſcr. Galliæ fol. m. 264. & ſeqq.* b) *Morhard. l.c.* c) *Scalig. exerc. 189. ſ. 5.*

XL.

Scorpiones quomodo fugentur?

Fugantur Scorpii ſuffitu ex ſulphure (acrimoniâ (*a*) mordaciſſimâ ſui ſpiritus, qui eſt chalcantinus) & galbano. Oleum quoque Scorpionum (vel raphani ſuccus) ipſorum foraminibus inſtillatum, exitu eos arcet. (*b*)

a) *Libav. part. 3. ſingul. l. 5. not. ad c. 26.* b) *Paræus l. 20. c. 25. Liebault. in th. paup. p. 361. a.*

XLI.

Scorpiones quibus torpeſcant, & quibus reviviſcant?

Scorpiones admotâ Delphinio herbâ, aut lychnide ſylveſtri, aut aconiti radice (theliphonum dictum, à Scorpionum morte) adeò torpeſcunt & ſtupidi dicuntur, ut potius mortui, quàm vivi exiſtimentur. (*a*) Veruntamen, albi veratri contactu mirificè excitantur, viresque deperditas recuperant. (*b*)

a) *Dioſcor. l. 3. c. 70. Coſtæus de nat. ſtirp. l. 1. c. 22. Porta Mag. natur. l. 15. c. 9.* b) *Plin. l. 25. c. 9. Coſtæus. libr. 1. c. 24.*

XLII.

XLII.

Scorpionis ictum prohibentia.

Qui Polemoniæ radicem geſtaverit, à Scorpionibus non icitur: & ſi ictus ſit, nullâ neque moleſtia, neque noxâ afficitur. *(a)* Raphani vel allii ſucco oblitum hominem nunquam adorientur Scorpii: imò ne ad eum quidem accedere propiùs audebunt. *(b)* Nuces ponticæ in Zona geſtatæ, ab ictibus tutum reddunt. *(c)* Amittit virus Scorpii aculeus, ſi lapidem Bezoar tetigerit *(d)* Wer morgens/ einen Schnitz von einer Citronen iſſet/ dem kan ſelbigen Tag/ kein giftig Thier/ weder mit ſtechen noch beiſſen/ oder anderer Vergifftnuß keinen Schaden zufügen. *(e)*

a) *Dioſcor. l. 4. c. 8. Renod. l. 1. inſtit. Pharm. c. 4.* b) *Paræus l. c.* c) *Hafenreff. de aff. cut. p. 589.* d) *Ionſton. taumatogr. cl. 8. c. 22.* e) *Iac. Vogel,* in der Schiff- und Land-Apotheck/ *c. 18. Si quis aſino in aurem dixerit, percuſſum ſe à Scorpione, tranſire malum protinus tradunt. Plinius l. 28. c. 10.*

XLIII.

Scorpionis veneni malignitas.

Venenum Scorpionis minimum quidem mole eſt, ſed facultate, & immanitate maximum & potentiſſimum, & ſæpiſſimè lethale. *(a)* Mares autem ſunt ſæviores, graciliores, longiores. Omnium autem venenum in meridie maximè eſt nocuum, quando Solis ardoribus canduerint, ſimiliter quando ſitiunt, & habent quædam internodia in caudâ, quæ quantò plura, tantò pejora, plerumque ſunt ſena, nonnunquam ſeptena, virginibus lethali ſemper ictu, & fæmi-

nis ferè in totum: Viris autem in matutino exeuntes cavis, priusquam aliquo fortuito caſu jejunum egerant venenum. Semper cauda in ictu eſt, nulloque momento meditari ceſſat, ne quando deſit occaſioni; ferit obliquo ictu & inflexu. *(b)*

a) *Strobelb. l. c. ex Galen.* b) *Plin. l. 11. c. 25. Mathiol. comment. in Dioſcor. l. 2. c. 11.*

XLIV.

Signa percuſſi à Scorpio.

Inflammari primò incipit locus, ut videatur peruri & indureſcit, corpus velut guttis quibusdam percutitur, æſtuat modo, modo occupatur frigore, conſequitur ſudor, horroris ſenſus & tremor, externæ partes frigeſcunt, extolluntur inguina, per ſedem flatus exeunt, capilli eriguntur, pallor decolorat membra.

Cardan. l. 1. de venen. c. 23. Aëtius l. 13. c. 19. P. Ægin. l. 5. c. 8 Dioſcor. l. 6. c. 44. Foreſt. de venen. l. 30. ſchol. ad obſ. 12 l. 6. obſ. chir. ſchol. ad obſ. 34.

XLV.

Vulnera Scorpionum quomodo tractanda?

Quia Scorpiones altè & profundè aculeum ingerunt, ita ut vulnus quidem ſit profundum, ſed tenuè & obſcurum, ea propter magnâ vi & diligentiâ ſunt affricanda remedia plagæ, ut ſcilicet motu & attritione vis remedii altiùs penetret.

Strobelberg. l. c.

XLVI.

Scorpionum ictûs curatio.

Saliva jejuni præſertim hominis, nulla cibi, potusque qualitate diluta, Scorpios interimit, aliasque vene-

Digitized by Google

venenatas beſtias (Crabrones, ſcarabæos, bufones, araneas, tùm alias pleraſque, quæ ſuo contactu, tumores dolorificos atque inflammationes inferunt) conficit, aut ſaltem inſigniter lædit. Inſita eſt enim illi latens quoddam virus ac venenoſa qualitas, quam partim à dentium ſordibus, atque uligine, partim ex vitioſis humoribus conſequitur. Ad os ſiquidem ac fauces, fumi ex his emanant, ac ſputum alienâ qualitate imbuunt, quo fit, ut nonnunquam ſaporem amarum vel acidum, vel ſubdulcem ſalivæ ineſſe percipiamus, quemadmodum & ſudori. (*a*) Fomentum majoranæ, cum urinâ humanâ, nec non aſa fœtida in vino applicata, mira quoquæ præſtant. (*b*) Item lac ficulneum, inſtillatum in vulnus. *(c)* Es beiße oder ſteche dich ein gifftig thier wie es wolle / ſo reibe den Orth nur fluchs mit Theriack / oder mit Saltzwaſſer / kanſt wegen deß Schmertzens das reiben nicht erleiden / ſo lege Theriack / als ein Pflaſter darüber / Schmiere den Stich mit Scorpion. Oel / das iſt / Mandel-Oel / darinnen erſoffne Scorpion ligen. Ich hab in Italien geſehen / daß ehrliche Wirthe / welche ihre Gäſt wol verſorgen / ein gläßlein / mit Scorpion-Oel / ſambt einem Fäderlein / ans Beth hängen / ſich auff den Nothfall darmit zuſchmieren. *d)*

a) *Lemn. de occ. nat. mir. l. 2. c. 44. Glandorp. ſpec. chir. s. 28. Mercur. de excrem. c. 3. fol. m. 399. Gal. l. 10. de med. ſimp. & de inaq. intemp.* b) *Strobelb. l. c.* c) *Dioſcor. l. 6. c. 44.* d) *Vogel. l. c.*

XLVII.

Scorpius ſui veneni alexipharmacum eſt.

Vir quidam à Scorpione, in manus digito punctus, cùm multũ doleret, & refrigeratus totus contremeret,

per

per totum etiam corpus dolores, cute totâ quaſi acu punctâ, formicantes patiebatur, Scorpionem, à quo punctus fuerat ilicò interfecit, contuſumque puncto digito ſuperpoſuit, & brevi à dolore liber fuit. *(a)* Scorpius enim qui ictum vibravit, ſuæ plagæ remedium eſt. *(b)* So einen ein Scorpion ſticht / iſt nichts beſſers / dann das er den Scorpion zerquetſche und auflege / ſo ſchadet Ihm der ſtich nichts. *(c)* Unde proverbium: à Scorpionibus icti, ſolent ab ipſis remedium accipere. *(d)* Nihil enim eſt, in mundo, & in rerum naturâ universâ, adeò venenatum, quin ſecum habeat & coerceat, quæ veneno illo inimicantur & ſuccurrunt, nec in aliis & diverſis mixtis quærenda ſunt venenorum remedia, quam in veneno ipſo, cui potiſſimum Deus & Natura, in centro, ipſum ſuum remedium & Medicinam poſuerunt. *(e)*

a) *Amat. Luſit. cent. 6. curat. 31. Foreſt. l. 6. obſ. chir. 34. l. 10. obſ. medic. ſchol. ad obſ. 67. & 119.* b) *Dioſcor. l. 2. c. 11. & l. 6. c. 44. Eraſt. de occ. med. propr. c. 21. l. Aſſuer. Ambſing. Iatromath. p. 175. Renod. l. 1. inſtit. pharmac. c. 5. & 13. Fallop. op. med. f. 713. Plater. de dol. p. 932. centur. noſt. 6. part. 98. W. Fabric. c. 15. de combuſt. Holler. l. 1. inſtit. chir. c. 2. Maſſar. de peſte, p. 72. Theſaur. paup. p. 299. b. 36. b. H. Lignar. in praf. oblect. acad. Hafenreff. de aff. cut. p. 539.* c) *Vogel l. c.* d) *Renod. l. 1. inſtit. pharm. c. 15.* e) *Porta l. 3. phytogn. c. 2. P. Joan. Faber, myroth. ſpag. l. 2. c. 36.*

XLVIII.

Quâ vi venenata animalia ictus ſanent.

Scorpionum, veſparum, crabronumque ac viperarum ictus ipſamet curant animalia, quæ fecêre, quorum

rum effectuum cauſas referre neceſſe eſt in formas, has verò, non eſt à ratione alienum, vim habere contrariorum poſſe, uſu diverſarum partium, quarum compoſitio eſt diverſa. Ut enim in externis rebus, idẽ artifex varia, contrariaque, diverſorum opefacit inſtrumentorum: ita & artifex naturalium rerum, forma, pro partium varietate, quarum una non eſt compoſitio, varia aut etiam contraria moliri poteſt. Sic Scorpio caudæ aculeo virulentus, reliquo corpore ſalutaris eſt. Veſpæ crabroneſque aculeo feriunt, reliquo corpore ſanant. *(a)* Sic vipera, ex toto venenata non eſt, ſed in certis tantum partibus venenum gerit, in capite potiſſimum, reſpectu dentium & gingivarum, atque veſicula felleâ, quemadmodum Ang. Abbatius, *(b)* obſervavit, in reliquis partibus vis reſiſtendi veneno latet: hinc produnt Naturalium aliqui, *(c)* eos, qui aliquando viperæ jecur coctum hauſerint, nunquam poſtea feriri à ſerpente. (*d*)

a) *Coſtaus de univ. ſtirp. nat. l. 2. c. 16.* b) *de nat. viperâ* c) *Cal. Rhodig. antiq. lect. l. 6. c. 16.* d) *Horſt. probl. dec. ult. quaſt. 4.*

vide Centur. 4. part. 43.

XLIX

Apes ex bove.

Ælianus genus bubulum multas habere commoditates dicit, & præter alias mortuum generoſa quædam res & dignitatis plena exiſtimanda eſt, quòd apes ex illius reliquiis naſcantur, animalium ſpecioſiſſimæ, fructumque utiliſſimum & ſuaviſſimum homini comparantes. De eisdem Ovidius; (*a*)

Nonne

Digitized by Google

Nonne vides quæcunque morâ fluidoque calore
Corpora tabuerint, in parva animalia verti?
I quoque delectos mactatos obrue tauros,
(Cognita res uſu) de putri viſcere paſſim
Floriſegæ naſcuntur apes. (*b*)

Solem ex vituli putreſcente cadavere apes progignere videmus. (*c*)

a) *l. 15. metam.* b) *Port. Mag. nat. l. 2. c. 2.* c) *l. Aſſ. Amphing. Iatromath. p. mihi 178.*

L.

Apes boum ſtercore cur tantopere delectentur?

Boum ſtercore apes cur tantopere delectentur, cætera ſtercora refugientes? An quia omnium ſuaviſſimum, bobus non niſi ſimpliciſſimis & optimi ſucci alimentis victitantibus temperatè, & ruminando pabulum exactè concoquentibus? An quia ſucci plenum, fragrantiâ herbarum, quibus boves paſcuntur, adhuc perfuſum?

Mart. Ruland. Probl. Med. Phyſ. l. 2. part. 237.

LI.

Apes procreare.

Si apes procreare volueris, Florentinum conſule. Jubet hic, referente Conſtantino Cæſare, ut domus tibi ſit alta decem cubitorum, latitudinis cubitorum decem, reliquis lateribus comparibus. Ingreſſus in illam formetur unus, feneſtræ quatuor, ab unoquoque latere una. In hanc inducas bovem triginta menſium, carnoſum, valdè pinguem, faciasque adſtare ipſi juvenes multos, qui ipſum fortiter verberent, & fuſtibus cæſum occidant, ſimul cum carnibus ipſa etiam oſſa

oſſa comminuentes, diligentem autem animadverſionem habeant, ne quid bovis cruentetur. Non enim ex ſanguine apis generatur, & circa primas plagas non violenter in ipſum irruant. Statim verò obturetur omnis bovis meatus linteolis puris ac tenuibus, pice tinctis, veluti ſunt oculi, nares & os, & quæ à natura productæ ſunt partes ad evacuationem neceſſariæ. Deinde thymo ſubſtrato multo, boveque ſupino ſuper ipſum inclinato, demum egrediantur, & ſtatim januam & feneſtras luto denſo oblinant, ut neque aëri neque vento ullus aliquis ingreſſus aut perſpiratio pateat. Tertiâ autem hebdomade undique domum aperire oportet, & lumen aëremque durum admittere, præterquam ex ea parte, unde vehemens ventus procedit. Si enim ſic contigerit, ingreſſum, qui ſecundum ventum ſitus eſt, clauſum relinqui oportet, & luto, velut prius, oblinire. Undecimâ deinde poſt hanc diem, ubi aperueris, invenies plenam apibus racematim inter ſe coagmentatis, & ex bove reliqua cornua & oſſa ac pilos & præterea nihil. Ajunt ex cerebro gigni reges; ex carnibus verò alias apes. Naſcitur autem & ex medulla ſpinali Rex; præſtare tamen ex cerebro natos, & magnitudine & pulchritudine & robore omnibus aliis traditur. Primam porrò mutationem & transformationem carnium in animalia, & velut conceptum quendam ac generationem inde cognoſces. Adaperta enim domo, parva & alba ſpecie, inter ſeque ſimilia, & non perfecta, neque jam omninò animalia, circa vitulum multiplicata videbis, immobilia quidem omnia, paulatim verò augeſcentia. Videbis etiam alarum excretionem jam exarticulatam, videbisque proprium colorem acci-

pientes apes, circumſedentesque Regem & advolantes, verùm brevibus & ſubtrementibus alis, propter inſuetudinem volandi & membrorum debilitatem. Aſſident autem feneſtras impetuosè impellentes, & violantes ſe mutuò ob deſiderium lucis. Præſtat tamen apertiones & obturationes feneſtrarum, velut dictum eſt, alternis diebus facere: Timor enim eſt, nè aut apum naturam transmutent, aut ob longiorem ſtabuli concluſionem aëre privatæ, velut ſuffocatione pereant.

Jonſton. Thaumatograph. claß. 8. c. 2. Port. Mag. Nat. l. 2. c. 2.

LII.

Apum & veſparum ictuum ſigna.

Hos, qui ab apibus punguntur, dolor, ictus conſequitur, & rubor loci, cum tumore partium in ambitu ſitarum: ſtimulus autem omnium in percuſſo loco reperietur.

Eadem etiam hos, quos veſpa pupugit, concomitantur, ſed intenſiora, quamvis ſtimulum veſpa in percuſſo loco non relinquat.

Aët. l. 13. c. 11. Paulus Æg. l. & c. 5.

LIII.

Apes & veſpæ nè quem mordeant.

Qui arborarii pici roſtrum habent, & mella eximunt, ab apibus non attinguntur: (a) aſparago trito, cum oleo, perunctum pungi ab apibus negant: (b) ſucco cotulæ manus illitæ apum, veſparumque aculeo non infeſtantur, quod idem præſtat malva, oleo contuſa, corporisque membris illita. (c)

a) *Plin.*

a) *Plin. l. 30. c. 15.* b) *Id. l. 20. c. 10.* c) *Mathiol. comm. in Dioſc. præfat. in lib. 1. fol. m. 16. ex hoc Foreſt. ſchol. ad obſ. 11. l. 30.*

LIV.

Quos apes & veſpæ nunquam feriant.

Ferunt à veſpis, apibus & crabronibus non ici eos, qui priùs à ſcorpione percuſſi fuerunt.

Plin. l. 28. c. 3.

LV.

Apes num coëant.

Apes ob caſtitatem commendantur, quòd non viſæ ſint concumbere, ſed à Venere ſint liberrimæ, quod Virgilius (*a*) teſtatur:

Illum adeò placuiſſe apibus mirabere morem,
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora ſegnes
In venerem ſolvunt, aut fœtus nixibus edunt,
Verùm ipſa foliis natos & ſuavibus herbis
Ore legunt.

Adeò, ut qui cum impuris fœminis coivèrunt, ab apum ictibus immunes non eſſe dicantur. (*b*) At quis intus obſervavit, apesné coëant, an coitus expertes ſint? Quòd ſi, ut pudoris pleniſſimus Parthenias, eis adimas venerem, haud continuò tamen auferas appetitum propagationis. Itaque apes genitale quiddam in cellis ponere par eſt, è quo apiculæ progignantur. (*c*)

a) *4. Georg.* b) *Morhard. lib. cit. l. 2. c. 5.* c) *Scalig. ex. 191. vid. eund. in hiſtor. d. animal. Ariſt. l. 5. c. 19.*

Plura d. apib. vid. cent. 9. part. 99. & ſeq.

LVI.

Quæ apum & veſparum ictibus opitulentur.

Argillâ mox locum illinunt, qui apum curam habent; (*a*) Compertum quoque eſt, dolorem ſtatim ſedari, illitis muſcis (vel apibus & veſpis) prius contritis. Id quod ſimiliter præſtant, thymbra, meliſſophyllum, malva, ſiſymbrium: (*b*) tollit hos ictus ſuccus bismalvæ, ſolatri, citrull. cucumer. (*c*) illinatur pars læſa ſtercore bubulo, cum poſca, (*d*) vel urinâ propriâ, vel impuberis, (*e*) vel muco narium, vel unguento ex aq. roſar. lacte muliebri, & album. ovi: (*f*) in mangel der binen/ (welche über den ſtich zulegen/) zerreibe das (kräutl.) Natterzüngleín/ zwiſchen den fingern/ ſchmier es uff den ſtich/ ſo geſchwillt es nicht/ wann es gleich an einem aug wäre/ hab nie befunden/ daß jemalen der ſtich auffgeſchwollen. (*g*) Mel contra apum infixos aculeos vi magnetica auxilium præſtat; (*h*) ut & oleum ſambuci. (*i*)

a) *Plat. d. dolor. p. 933.* b) *Dioſcor. l. 1. c. 90. l. 2. c. 121. Math. in comm. l. 6. c. 41. Lignarius, in præfat. obl. Academ.* c) *Hafenreff. d. affect. cut. l. 3. c. 12. fol. m. 545.* d) *Aët. l. 13. c. 11.* e) *Nic. Jacob. de Apib. c. 6.* f) *G. Bartiſch. ophthal. l. 11. c. 7.* g) *Ant. Pierus l. 2. c. 4. de Apibus.* h) *Querc. tetr. c. 30.* i) *Blochwiz. Anat. ſambuc. p. 291.*

LVII.

Exemplum Curationis.

Cùm Lovanii in initio ſtudii artis Medicæ poſt ſolſtitium æſtivale fortè fortuna circa mœnia civitatis gratiâ addiſcendi & colligendi herbas deambularem, ex apum aculeo fortiter ictus, in extrema & molli cute

cute indicis ad carnem penetrante, intolerabili cruciabar dolore, ita ut nec comedere, alioqui ſanus, neque bibere aut dormire poſſem; & aculeus cuti infixus ac latens minimè extrahi potuit. Incidi in Dioſcoridem, & inveni: Virentia folia lauri illita ac trita, veſparum apumque ictibus opitulantur, &c. Hâc authoritate igitur inductus, altero die poſt puncturã accepi folia viridia ipſius lauri, & fortiter piſtillo ligneo in mortario lapideo contudi, & emplaſtri modo horâ nonâ ante meridiem loco affecto appoſui, & ſenſi ſtatim attractionem vehementem, ita ut ante prandium magna ex parte dolor ille ingens ceſſaverit: quare dolore ſedato, & viribus recreatis ex cibo, quem tunc priùs ſumere potui, poſt meridiem deinde nullum veſtigium doloris in digito relictum eſt: quare & hora tertia pomeridiana emplaſtrum cum amoverem, vidi aculeum prorſus extractum, & radicitus ab emplaſtro evulſum, ita ut ſupra carnem digiti vulnerati ſeu icti jaceret: eoq; aculeo amoto denuò emplaſtrum per totam noctem admovi: quâ nocte etiam optimè dormivi: & manè abjiciendo emplaſtrum, nullo alio medicamento utens, ſine dolore tùm ſanus evaſi.

Foreſt. obſ. chirurg. l. 6. obſ. 34.

LVIII.

Lingua viperæ cui uſui.

Dixerunt Experimentatores, quòd lingua viperæ cùm ſiccatur & cuſtoditur, nè putreſcat, alteratur in colore, & citrinatur, & velut ſudorem roridum modicum acquirit, cùm venenum acceſſerit ad ipſam, & propriè cum ponitur inter res frigidas ſiccas moderatè, velut eſt ſal & arena; quoniam tunc vapor

venenoſus magis ſuper ipſam aggregatur. Et idcircò ſuper menſas Principum poni poteſt & Magnatum.

Id. ſchol. obſ. 12. l. 30.

LIX.

Linguæ ſerpentis in equos natura.

Lingua ſerpentis virginea cerâ incluſa & in aurem ſiniſtram cujuscunque equi demiſſa, illum veluti mortuum humi procumbere cogit: ablata non ſolùm eum expergefacit, ſed etiam multò alacriorem reddit, ut mihi retulit Anglus quidam.

Mizald. memor. cent. 2. p. 57.

LX.

Serpentis & Fraxini odium.

Serpentes capitali odio fraxinum oderunt, ut nè matutinas quidem, occidentalesvé umbras ejus, quàm ſunt longiſſimè exporrectæ, ſerpens attingat, ſed procul admodum fugiat. Quin experti prodimus, inquit Plinius, quòd ſi gyro ex eâ fronde claudantur ignis & ſerpens, in ignem potius, quàm fraxinum fugiet ille: mirâ naturæ benignitate, quæ prius quàm ſerpentes prodeant, ſicuti florere fraxinum permittit, ita ante conditos, folia nequaquam deponere ſinit.

Id cent. 9. par. 97.

Hoc in noſtris ſerpentibus non deprehendiſſe ſe, dicit I. Camerarius in Herbar. l. 1. c. 31.

LXI.

Serpentes in ventriculo.

Scitur, ſerpentes in ſtomachum intrare, & ibi foveri & creſcere; (*a*) Interdum clanculum adrepentes in

in os patens dormientis conjiciunt ſeſe, & in ſtomachum ſeſe convolvunt, tunc miſer homo afflictiſſimè vivit, nec eſt ullum mali levamen, niſi ut lacte aliisque gratiſſimis ſerpenti cibis alat ſerpentem. (*b*) Dominus Stanislaus à Laſco, virtute & ſapientia præſtans vir, captus cum Rege Galliæ, etiam mortuus eſt, ſerpentibus in ejus ventriculo innatis, cui nemo opitulari potuit. (*c*)

a) *Petr. Aponenſ. differ. 101. Conciliator.* b) *Eraſm. dial. d. Amicit.* c) *Jac. Manlius Experim. var. p. 21. vid. cent. 11. part. 71. & cent. 15. part. 40.*

LXII.

Signa.

Serpentis devorati ſigna ſunt, ſi ſentiat magnam revolutionem, & morſum ante cibum, & poſt ſubverſionem, & faſtidium ingens; Et dormierit in campis, aſſuetus dormire ore aperto, inde ſurrexit ex ſano cum his ſymptomatibus.

Cardan. d. cauſ. ſign. ac loc. morb. part. 3. num. 122.

LXIII.

Serpentum in febribus ardentibus uſus.

Primùm in iis ſerpentibus, quos Gallia noſtra profert, maximum ineſſe frigus experimur, ſi manibus tractentur, idque in mediâ etiam æſtate: quod bonâ fide affirmare poſſum. Memini enim, cùm aliquando ſub finem menſis Julii febre ardenti decumberem, eſſe quendam ex amicis, qui, ut à maximo æſtu, quem in manibus percipiebam, me liberaret, ſerpentem inſigni magnitudine & longitudine obtulerat, quem perpetuò inſtar glaciei frigidum eſſe ſentiebam,

etiamſi continuò manibus tractarem, & in lecto volvens & revolvens eum calefacere conarer, id quod quotidie experiri licet.

Grevinus l. 1. cap. 2. de Venenis.

LXIV.

Serpentes ejecti.

Anno 1625. Menſ. Jul. Reitlingæ M. F. ex potu aquæ paluſtris intenſiſſimos brevi pòſt ventris dolores ſenſit, & ſumptis ſpec. diaturbith. cum rhabarb. ſcrup. iiij. ſpir. vitriol. gutt. iiij. aq. gramin. q. s. duos ſerpentulos ejecit, unum vivum, alterum mortuum, ſic ſanitati Dei gratia reſtitutus.

Ex obſ. propr.

LXV.

Serpentes ex ſetis equinis.

Serpentes gigni videmus ex ſetis jubarum equi fluenti aquæ expoſitis: nam paucis elapſis diebus ſe movendo vitales fuiſſe conjecimus: atque ab amicis idem factitatum accepimus.

Porta Mag. Natur. l. 2. c. 2.

LXVI.

Corylus ſerpentibus reſiſtit.

Obſervavit ſimplex ruſticitas; ſerpentem prorſus obtorpeſcere, quæ coryli virgâ percuſſa fuerit, & tandem emori, nec fortaſſe mirum, cum nux ipſa cum ficubus & rutâ devorata venenis ac venenoſorum animalium morſibus reſiſtat. (*a*) Ich achte ja / wann es ein Häſelne Wurtzel wäre / wie ſie die Bauren über Feld tragen; mit ſolcher ſoll man wol einem ſchelligen Hund das Leben nemmen. (*b*)

a) *Ruell*,

a) *Ruell. l. 1. c. 55. Mathiol. in Dioſc. l. 1. c. 142.* b) *Trag. l. 3. c. 68.*

LXVII.

Viperarum ictûs curatio.

Stercus caprarum, & præcipuè montanarum, decoctum cum aceto & bibitum morſui viperæ confert. Coagulum leporis idem præſtat. Caſeus vetus tritus & cum aqua diſtemperatus morſûs loco ſuperponatur. Inter talia medicamenta Rex eſt Theriaca, primò omnium exhibenda. (*a*) Languedociæ in Gallia incolæ, quàm primùm à viperarum morſu inficiuntur, ligare ſolent locum affectum ſtrictiſſimè, aliam viperam contuſam imponentes, deinque locum affectum ex aquâ ſalitâ lavantes, ſic immunes evadunt. Doctor Renanus, Medicus Draguignanus felici ſucceſſu adverſus viperarum morſus oleo garyophyllorum deſtillato utitur. (*b*) Convenit allium plurimùm odore; (*c*) hoc enim quotidiè comeſto homines à ſerpentibus vindicatos eſſe Eraſmus Roterodam. Autor fide digniſſimus aſſeverat, (*d*) & vinum meracum multum bibere ac vomere; (*e*) Gallinam diſſectam & adhuc calentem morſui impoſito, atque hoc frequenter ac aſſiduè repetito; ſcarificare autem priùs per ambitum oportet demorſum locum & cucurbitas admovere. (*f*) Axungia ſerpentum morſibus earundem vi magneticâ medetur. (*g*)

a) *Hafenr. d. aff. cut. l. 3. c. 12. p. mihi 535.* b) *Strobelb. in deſcript. Galliæ fol. 262.* c. f) *Aët. l. 13. c. 21. Paul. l. 5. c. 13. l. 6. c. 38. Dioſc. l. 2. c. 16. l. 6. c. 47. Mizald. cent. 8. p. 77.* d. e) *Sebiz. d. caſu admir. Serp. Miiii. 6.* g) *Quercet. Tetrad. c. 3.*

LXVIII.

Exempla Curationis.

Vidi ruſticum, cujus totum digitum vipera momorderat, qui falce, quam tunc fortè habebat, (erat enim agricola) ab ultimo articulo iſtam partem reſecans, deinde inducta in digito cicatrice nullo ſumpto medicamento ſanatus eſt. (*a*) Dum An. 1629. iter facerem Menſ. Auguſt. in Alpibus, obviam venit mulier paupercula, conquerens, filiolam hâc horâ fraga colligentem in ſylva proxima læſam morſu in tibiis à ſerpente eſſe: conſului, ut ſtatim partem læſam fortiter fricaret aquâ dulci benè ſalitâ, quo remedio ſolo integrè convaluit. (*b*)

a) *Galen. l. 3. d. loc. aff. c. 3. Foreſt. l. 6. obſ. chir. obſ.* 34. b) *ex obſ. propr. Vid. Amat. Luſitan. cent. 1. cur. 1.*

LXIX.

Rubeta in mediis ſaxis.

Rana venenata, quam Metallici, ex ignis colore, qui inſidet ei, πυρίφρυνον (Germ. (*a*) Fewr Krott) nominant, in ſaxis perpetuò quaſi condita & ſepulta jacet. Altius intra terram gignitur, & reperitur modò in venis, venulis, ſaxorum commiſſuris, cum hæ excavantur: modò in ſaxis ita ſolidis, ut nulla foramina, quæ videri poſſint, appareant, cum cuneis dividuntur. Quô ſanè modô, & Snebergi & Mansfeldi fuit inventa. Ea ex ſubterraneis cavernis, elata in lucem, primò turget ac inflatur, mox de vita decedit: talis etiam rana crebrius etiam reperitur in Galliis Toloſæ, in ſaxo arenaceo rubro, candidis maculis diſtincto, ex quo molæ fiunt. (*b*)

a) *Friſchl. nomencl. c. 47.* b) *G. Agricola, de animant. ſubterr. fol. m. 500. Geſſn. de figur. lap. l. 12. Sæpè in ſolidis ſaxis, ranæ & ſerpentes naſcuntur etiam vivi. Cardan. de variet. rer. l. 7. c. 29. Libav. part. 3. ſingul. l. 5. c. 35. ne porô quidem apparente. l. 8. c. 15. quod rarô pulmone ſint ſtipati, nec egeant tantâ reſpiratione, quantâ vivipara. Idem l. 2. batrach. ſchol. ad c. 30.* Wann ſich durch die *Poros* deß Felſens/ ein zähe/ fätte Materi gezogen hat/ und ſich in den druſen ingroſſieret/ ſo würcket die Natur/ durch die innerliche Hitz und Influentz deß Geſtirns/ das etwas lebendiges darauß wirdt/ und weil die Materi gifftig/ nimmet ſie auch gifftiger Thier Geſtalt an ſich/ die leben/ ſo lang ein nutriment da iſt/ hernach verdorren ſie/ und werden wider zu Staub. Und daß ich das aſſeriere/ bewegt mich/ daß ich im Frühling tieff in der Erden/ hab ſehen kleine Mertzen kröten/ in den Gärten außgraben/ item daß im Schifffärich Meüß wachſen. Ja/ ſo mann Brodt Bröſamlin/ Saltz und feuchte Erden/ in ein Topff thut/ und ſetzt ihn/ an ein warm Orth/ da wachſen auch kleine Meüßlein/ alſo auch in den Felſen/ wirdt ſolches Ungezifer. *Zach. Theob. de arc. natur. c. 22. vid. cent. 9. part. 24.*

LXX.

Cochleæ edules in lapidibus.

Cochleas in ſaxis repertas, calor concluſus ex materiâ pingui & lentâ efficere videtur, & ex eâdem gignere muſculos & conchylia. Sed terra, quantò eſt craſſior, quàm mare, tantò magis imperfecta gignit. Nec mirum cuipiam debet eſſe, quòd ejuſmodi conchylia, in lapidum medio orta, ibi diutius concluſa, ipſis cedente lapide creſcant & vivant, ſiqui-

ſiquidem ego certò teſtari poſſum, me vidiſſe non longè à Timano fonte propè Duinum caſtrum, in Adriatici littore ſitum, ubi maris alluit unda, lapides à ſociis malleis ferreis frangi, atque in illis plurima reperiri conchylia, quæ dactylos, à colore & formâ vocant, palmarum Caryoti ſimiles. Hæc eadem me aliquando comediſſe memini, in Caſtro Goritiæ, quā ſanè non minorem, quam Oſtrea, in cibis gratiam habere comperi. In ipſo quoque Duini caſtro, iisdem veſci mihi contigit, apud Magnificum Mathiam Hoferum, virum ſanè nobilem & moribus inſignem.

Mathiol. præfat. in 5. l. Dioſc. fol. m. 807.

Sed de conchyliis iſtis videndum eſt, an non adhuc humido ſucco, conceptio eorum ſit facta, & deinde cruſta paulatim inducta aruerit, inque lapidem abierit, præſertim foris marinâ ſalſedine exſiccante. Marinas ſpumas & viſciditates ſaxorum, poſſe his principium materiale præbere, pridem ſcripſit Ariſtoteles.

Libav. l. 3. ſingul. fol. m. 1091.

LXXI.

Spongiola Roſæ ſylveſtris quid, ejusque materia?

Adnaſcitur Roſæ caninæ virgis, (ſummis mediiſque *(a)* interdum) pilula quædam hirſuta, echino caſtaneæ (der Stachelſten Igelshaut/ darinnen die Köſten *(b)* ligt) q. ſimilis, ac mollis, quam ſpongiolam Roſæ, nominant. *(b)* Et cùm frequentiſſimæ in ſylveſtribus Roſis hæc ſpongiola, non eſt tamen fructus, ſed Roſæ (non aliter quam roboris galla & cachry) excrementum, non monſtroſum quidem,

ſed

ſed naturale, quo dum formatrix, quæ ipſis ineſt, vis eam materiam, eodem ſemper modo tractat, univerſa ſylveſtrium roſarum ſpecies, ubi adolevere, redundare ſolet. Eſt enim harum materia, externâ quidem parte, ſiccior terrenaque ſordes, quare aſperiori, horridiorique conſtat ſubſtantiâ; interiori verò, craſſa, ac terrenâ: eſt enim callus veluti quidam lentoris expers, non expers tamen putridi humoris. (*d*)

a. d) *Coſtæus de univ. ſtirp. nat. libr. 2. c. 12.* b) *Sebiz. comment. in herb. Tragi, l. 3. c. 19.* c) *Dodon. de flor. coron. c. 28. Plin. l. 25. c. 2.*

Spongiolas has, pleraq; Officinæ Germaniæ noſtræ, non ſine deteſtando errore; pro Bedeguar uſurpant, (Rondel. meth. med. morb. c. 74. Aſſ. Ambſing. diſp. de calc. c. 16. theſ. 17.) ſilentibus interea Medicis, æq; ut Pharmacopolæ imperitis. Fuchſ. de ſtirp. c. 257. de comp. medic. l. 1. p. 36. Bedeguar enim Arabibus, cardui ſpecies eſt, ἄκανθη λευκὴ Græcis, ſpina alba Latinè nuncupata, Bauhin. pinac. theat. botan. l. 12. ſect. 4. fol. 483. a. Germani Schlaffäpfel *vo[...]nt. Camerar. in Matthiol. l. 1. cap. 51.* Schlaffkolben / Schlaffbunzen. *Roſenberg. rhodol. libr. 2. cap. 6. fol. m. 169. Pulvinari ſuppoſitas, ſomnolentos facere, aniculæ ſibi perſuadent.*

LXXII.

Spongiolarum ſylveſtris roſæ; Vires.

Spongiolæ, quæ in mediis, ſylveſtris roſæ ſpinis enaſcitur, cinis, cum melle mixtus, alopecias capitis explet. (*a*) mirificè valent contra calculum & urinæ difficultates, ſi lævigatæ in pulverem, exhibeantur, (*b*) vel in vino coctæ, & calidæ ſumtæ. (*c*) Prodeſſe autem poſſunt, non ut diuretica, aut calculum atten-

ten-

rentia, ſed veluti alia quædam adſtringentia, debiles renes confirmantia, quæ calculoſis non raró utiliora ſunt, quam multa, præſertim potenter, diuretica. Nam talium diureticorum frequentiori aut nimio uſu, & renes multum debilitari, & ſæpè ſuper calefieri contingit; & calculos non modò non comminui, atteri aut expelli, ſed copioſiores & duriores frequenter generari. Quod etenim in ſanguine tenue, aquoſum & ſeroſum eſt, ſegregant: quod veró craſſius, cogunt, ac indurari, diuretica fortiora faciunt: & ſimiliter etiam alia minus potentia, frequentiori uſu. (*d*) Quidam fungum fruticis roſarum (das rauche Knöpfflein) comburunt in olla novâ, ut fiat pulvis, quem exhibent in aquâ à cane rabido morſo. (*e*)

a) *Plin. l.25. c.2.* b) *Fuchſ. de nat. ſtirp. c. 257.* c) *Lonicer. in herbar. libr. 4. cap. 63.* d) *Dodon. l. c. Galen. l. 5. de ſimpl. med. facul.* e) *Fr. Hildesh. ſpicil. de aff. cap. intern. pagin. 216.*

LXXIII.

Roſa canina Vermiculi unde?

Fert Cynorrhodon in ramis ſpongias quaſdam, hyeme ubi folia deciderunt, maximè conſpicuas, exterius pilo obductas, interius duro ligno, cavernulis pleno, in quibus hyeme latitant vermiculi, qui æſtatis tempore in cantharides abeunt. (*a*) Vermiculi autem hi, in iis, intimi extimique caloris vi gignuntur, atque per menſes plures aluntur; non ſine admiratione quidem, ſi vel ipſius calli denſitatem & craſſitudinem ſpectes, quam vix permeare aër poſſe videatur, viventibus alioqui rebus neceſſarius; vel ſi obſer-

ſerves ſiccitatem alendo ineptam: non diſſimili eorum animalium exemplo, quæ in ſaxis interdum mediis naſci, alivé deprehenduntur. Sed hoc minus tamen admirandum in plantis, ut quæ rariori, minusque arido conſtent corpore, quàm ſaxa. Vermiculi autem hi, adſcribi vitio ſuis ſtirpibus non poſſunt, quia nullam ipſis inferunt noxam. (b)

a) *Spigel. Iſagog. in rem herb. libr. 1. cap. 7. Plinius lib. 29. c. 4. b.* b) *Coſtaus de univ. ſtirp. nat. l. 1. c. 20. & 41. l. 2. c. 12.*

LXXIV.

Vermiculi roſæ ſylveſtris cui uſui.

Repertos in ſpongiolis Vermiculos, magnum contra calculum, præſidium eſſe, *ex Ad. Lonic. loc. citat.* refert *H. à Bra, in ſyl. medic. contra calc. lit. R.* Scrophulas conſumunt & ventris lumbricos necant. *Camerar. l. 1. c. 51. Mathiol.*

LXXV.

Ulmi veſicæ (folliculi) quid, earumq; vermiculi, unde?

Ulmus mas fert folliculos quosdam (a) & ἐν κωρύκοις (φύσαις (b)) gummi gignit, & animalia quædam culicibus ſimilia. Nam ſi Ulmus verno tempore pluviis, ſubitoque calore Solis infeſtetur, ipſius folia protinus infeſtantur, & veſicæ ſeu folliculi, ſcroti humani figurâ generantur, quib9 humor initio lentus, mox in gummi concreſcens includitur, qui dum ſiccatur, in vermiculos, qui Cnipes, culices & muliones appellantur, avolant. (c) Hinc Arabes Ulmum, Cimicum arborem appellârunt. (d) Hæ autem Ulmorum veſicæ non ſunt fructus, ſed excrementa, inutilem

enim

enim humorem, quo Ulmus multo lentoque affluit, ad ramorum, tum ſumma, tum latera erumpentem, interior plantæ vis, externo adjuta calore, in veſicam, non ſecus, atq; in animalibus vis uteri receptũ ſemen efformat, in eam verò, cum copioſius influere humor non ceſſet, inductâ in eum ipſum humorem putredine, interiorique & exteriori in illum caloris vi inſiſtente, Vermiculi procreantur, qui ruptâ tandem veſicâ, in culices abeunt. (*e*)

a) *Theophr. l. 3. hiſt. plant. c. 8.* b) *Dioſcor. l. 1. c. 111.* c) *Theophr. l. 8. c. 8. Porta l. 6. phytogn. c. 13.* d) *Scal. exerc. 59. ſ. 2.* e) *Coſtæus l. 1. c. 20. & l. 2. c. 12. Notatu omnino dignum, quod Cluſius obſervavit, nempe Ulmorum, juxta Thormim amnem in Hiſpaniâ, naſcentium, quasdam radices, in tenuiſſima ſtamina deſinere, quæ cùm à præterlabentibus aquis perluuntur, rubeſcentem colorem contrahere, in quibus exigua quædam animalcula, exiguis locuſtis ſimilia naſcuntur & latitant, quæ piſcatores in eſcam capiendis piſcibus colligunt: quæ verò adoleſcunt ex radiculis emergentia, inſtar terreſtrium locuſtarum avolare: poſtea certo tempore, in aquas, ad ſuum genus conſervandum remeare. Bauhin. pin. theat. botan. fol. m. 426.*

LXXVI.

Veſicarum Vlmi humor, cui uſui, colligendi modus.

Ulmi foliis veſiculæ erumpunt, Menſe Majo, plenæ humore vulnerario admodum, (ut teſtatur Fallopius) & coſmetico, faciem enim reddit teneram (*a*) & maculas quaſcunque exterit. (*b*) Colligendi modus talis eſt, veſiculæ hæ, ſuo tempore collectæ, antequam gene-

generent vermiculos, imponuntur vitro alicui, anguſti oris,quod inverſum aptatur, alteri vitro paulò minori, & ſic liquor ille extillat, ex hoc, quoniam non diu durat,oleum paratur(teſte Sylvio) præſtantiſſimum in vulneribus. (c)

a) *Camerar. in horto Med. Plin. l. 24. c. 8* b) *Plater. de vit. p. 184.* c) *Camerar. l. c. Plater de dol p. 916. In frondibus ulmorum, vermiculi naſcuntur, quibus contuſis in olei ſpeciem, varia ulcera curantur. Bodin. l. 3. theat. natur. pag. 301. Medetur puerorum enterocelis, humor in folliculis ulmi contentus, (ut ego experientiâ cõpertum habeo) ſi ſplenia, ſive linteola, in eo madefacta, ſæpè inguini partis ruptæ ſuperimponantur, atque, imbi ſubfemorali, ſubligentur & conſtringantur. Idem liquor vitreo vaſe exceptus, ſepelitur in terra, aut fimo, 25. diebus, ore diligenter obturato, & collocato vaſis fundo, ſuper ſalis communis ſtrato. Fit enim hoc tempore ut fæx ſubſidat & liquor clariſſimus ſupernatet. Is ad vulnera recentia conglutinanda adeò efficax eſt, ut dictu mirum ſit, quàm bellè, celeriterq; id præſtet, ſi cum ſplenüs, aut confractis linteolis applicetur. Mathiol. comment. in Dioſc. c. 95. l. 1. Plateo de vin. p. 618. Heller. inſtit. chir. p. 66. & 81. b. Ulmi foliis quandoque recens vulnus glutinavimus, confidentes aaſtringentem pariter & abſtergentem ineſſe illis facultatem. Gal. l 8. ſimpl. med. Ex corticibus radicum Vlmi, optimum glutinum paramus ad vaſa vinaria, quæ reſtagnant; fracta ferruminat. Porta l. 5. phytogn. c. 22.*

LXXVII.

Vlmi portentum, etymon.

Eſt in exemplis, & ſine tempeſtate, ullâve causâ aliâ,quàm prodigii, cecidiſſe multas arbores, ac ſuâ

Digitized by Google

ſponte reſurrexiſſe. Factum hoc PopuliRo; Quiritibus oſtentum Cymbricis bellis, Nuceriæ in luco Junonis, Ulmo (poſtquam etiam cacumen amputatum erat, quoniam in aram ipſam procũbebat) reſtituta ſponte, ita ut protinus floreret. A quo deinde tempore, majeſtas Pop. Rom. reſurrexit, quæ ante vaſtata cladibus fuit. (*a*) Dicitur, quod uliginoſis & humidis locis melius proficiat, nam in montanis & aſperis minus læta eſt. (*b*)

a) *Plin. nat. hiſt. l. 16. c. 32.* b) *Iſidor. l. & c. 17. orig.*

LXXVIII.

Color chermeſinus ex vermiculis Ilicis.

Ilex(*a*) coccigera, præter glandem, granum quoddam leve & puniceum producit, quod *κόκκον* Græci ſimpliciter vocârunt, noſtri hoc tempore granum tinctorium, infectoriumvé. (*b*) In hoc grano vermiculus (exiguum animalculum, quod ſtatim, ac in aërem, fructu jam maturo, eſt emiſſum, volat, ita ut culici ſimile (*c*) videatur) naſcitur, cujus inſignis copia colligitur, vino irroratur, mox contunditur, ad ſericas tingendas veſtes, precioſiſſimâ & incomparabili purpurâ, quàm Chermeſinum vocant. (*d*)

a) *Ilex aculeata cocciglandifera, à Dioſcor. l. 4. c. 48. κόκκος βαφική, à Theophr. 3. hiſt. 16. communi nomine πρῖνος, quia ſerrâ propter duritiem ſecanda ſit: à Plinio l. 16. c. 6. Ilex Aquifolia & c. 24. parva Aquifolia, à quibusdam Phellodrys coccifera appellatur. Bauhin. pinac. th. botan. l. 11. ſect. 4. fol. 425. a.* b) *Spigel. l. 1. iſag. in rem herb. c. 7. & 47. Fuchſ. l. 1. de comp. med. p. 53. Fr. Alex. in phab. Med. p. 91.* c) *Pauſanias in Phocaicis.* d)

Spi-

Spigel. l. c. Scalig. exerc. ſubtil. 194. ſect. 7. Fallop. de comp. med. c. 42. Vid. Ant. Scarmil. de color. l. 2. c. 17. Bodin. theatr. natur. l. 3. p. 301. Granum hoc tinctorium, aliqui ſcarlatum vocant, (Scal. ſubt. exerc. 325. 13.) ex hoc quoque Monſpeſſuli Confectio Alkermes conficitur. Bauhin. l. c.

LXXIX.

Cocci Baphicæ Hiſtoria.

Ilicis duo ſunt genera: alterum arboreſcens: alterũ frutex exiguus ſeſquipedali proceritate lætiſſimè viret, foliis lævore præfulgidis, ſpinarum vallo ambitis numeroſo, ſtolone aſſurgit in modum roſarii; à noſtris Fagi appellationem ſortitur, quamvis nullam Fagi imaginem repræſentet. Provenit locis planis quidem, ſed in altitudinem evectis, exilibus & ſitientibus collibus, ſed infœcundiùs.

Quinqueranus de laud. Provinc. in Gallia.

LXXX.

Coccum parandi ratio 1.

Vere mediô rorati imbribus frutices coccum hoc modo ordiuntur. Ubi imus ſcirpus ſe in duo brachia partitur, in horum medio primum omnium increſcit rotundum quiddam magnitudine & colore Piſi, hoc matrem vocant, quod ex eo cætera grana producuntur. Matres porrò habet ut plurimum quinque quælibet ceſpitum familia, quæ ineunte æſtate, æſtuq;, minutiſſimorum vermiculorum catervam profundunt, fatiſcuntque in ſummitate. In animalia prorepit nova ſoboles colore candida, pro ſe quæque in

ſublimæ. At ubicunque vermiculi vel germinantis ſurculi axellis occurrerint, deſident, & incremẽtis aucti milii magnitudine fiunt. Inde liberius adoleſcentibus, albus color in cinericiũ tranſit, jamq; non animal, ſed piſum rurſus apparet; tuncque ea grana maturitatem adepta colliguntur, jam coloratis vermiculis fœta, dumque aſportantur mercatoribus, ambiens pellicula præ teneritate rumpitur. Vermiculorum quidem, qui citra vaginulam habentur pretium in libram quamlibet aureus ſolatus, in granorum verò, quæ adhuc eorum partem retinent, hujus quadrans. Torpent interim vermiculi, ac immobiles jacent; Cæterùm, cùm primùm tempeſtivitas adeſt, in lintea præcipitati ſoli exponuntur; tùm libato calore ſtatim prorepunt, atque aufugere nituntur, ſed à cuſtode, qui continuus aſſidet, concuſſu lintei in medium eò usque rejiciuntur, donec emoriantur. Tanta quidẽ dum hæc fiunt totoq; mox triduo odoris ſuavitate atque gratia, ut non Cibetæ, nõ moſcho, non ambræ, ſed ne Citriorum quidem floribus facile conceſſerit. Si quæ verò grana legentis effugerint ſedulitatem, ea mox alatorum animalium numeroſum exercitum in auras effundunt. Obſervatum eſt uno anno ex campo lapideo, Arelatenſi agro, hunc proventum undecim aureorum millibus æſtimatum. (4) Similis ratio cocci parandi etiamnum meo tempore in Gallia Narbonenſi atque etiam in Hiſpania obſervabatur. Areas enim ſub dio habent ad id deſtinatas eminente aliquantulum margine, quibus lineo panno inſtratis coccum effundunt, cuſtodibus cum bacillis ſummo fervore ſolis perpetuo aſſidentibus,
&

& extrema lintei concutientibus, ut vermiculos effugere properantes in interiorem lintei partem repellant.

a) *Id. ibid.* b) *Cluſ. hiſt. rar. ſtirp. hiſp. l. 1. c. 6.*

LXXXI.

2.

Cocci baphicæ proventus in Creta magnus eſt: paſtores & pueri eam colligunt. Invenitur menſe Junio in exiguo quodam frutice ex Ilicis genere, quæ glandem fert, ſine pediculo inhærens illius fruticis ſtipiti, colore ex cinereo albicante. Quoniam verò iſtius fruticis folia ſpinis horrent, uti Aquifoliæ, paſtores furculam ſiniſtra geſtant, quâ ramulos deprimunt & inclinant, dextra falcem putatoriam, quâ ramulos demetunt, à quibus veſiculas rotundas exigui piſi magnitudine auferũt, quâ parte ligno adhæſerunt, apertas & hiantes plenas exiguis rubris animalculis lende minoribus, qui per hiatum iſtum effugiunt, & veſiculam vacuam relinquunt. Pueri coccum jam collectam ad Quæſtorem deferunt, qui ex dimenſo ab illis redimit. Is animalcula à veſiculis cribro ſegregat, deinde ea ſummis digitis leniter prehendendo in pilas efformat ovi gallinacei magnitudine: etenim ſi nimium comprimeret, tota in ſuccum reſolverentur, & color periret. Itaque duo infectionis genera, unum pulpæ, alterum veſicularum; & quoniam pulpa inficiendo magis utilis eſt, ejus pretium quadruplo majus quàm veſicularum.

Petr. Bellonius. l. 1. obſ. c. 17.

Digitized by Google

LXXXII.

3.

Ilicis cocciferæ ſtipitibus plerunque præduris & non rarò eorum nodis circa foliorum ferè exortum, quâ ima ſui parte & ea ſupina petiolis hærent, rotundæ quædam veſiculæ piſi exigui magnitudine, ſine pediculo inhærentes vere primo concipiuntur, quæ poſtea augeſcentes ex albido cinereum, tandem matureſcentes purpureum nitidum & perelegantem acquirunt colorem, granis aſparagi hortenſis planè ſimilem & concolorem, quamvis paulò fuſciorem & obſcuriorem foris, intus verò cruore ſanguineo gliſcentes menſe Junio, Perelegans ſanè Naturæ opus & viſendum, quòd hic cruor & ſaliva rubens ac lucida in tàm parva cyſtide tanquam ovo parvulo concludatur, licet nec ſemen, nec fructus ſit, ſed ſaltem generoſum & multùm nobile tantillæ Ilicis excrementum aut purgamentum quoddam veſiculis ulmorum foliis inſidentibus ſimile, à natura ſic protruſum. Ex eo aceti aſpergine præparato lana & ſericum inficitur colore jucundiſſimo, qui in roſis micat, & chermeſini, ſcarlatini, purpuræque nomine univerſæ Europæ in appellationem uſumque venit.

Ioh. Steph. Strobelberger. de febrib. par. 8. p. 38.

LXXXIII.

Color Chermeſinus (vermilius) ex vermiculis radicis pimpinellæ.

Bipinellæ, corruptè (*a*) pimpinellæ, ſtrellæ ſ. forbaſtrellæ Italis, (*b*) ſanguiſorbæ, quòd ſanguineos flu-

fluxus ſiſtat, (*c*) radicibus alicubi locorum adnaſcuntur vermes, quibus precioſo colore chermeſino lana ſericaque opera inficiuntur. (*d*)

a) *Fr. Alex. Phœb. Med. p. 270.* b) *Fuchſ. d. nat. ſtirp. p. 234.* c) *Camerar. in Mathiol. l. 4. c. 51. Bauhin. Pinac. theatr. bot. l. 4. ſect. 5.* d) *Coſtaus l. 1. c. 20. Scalig. exerc. 325. Ad pimpinellæ radicem quibusdam in locis grana reperiuntur, quorum medulla in colorem rubeum mutatur, cujus ad tincturam carmeſini uſus eſt, monentibus Lacuna & Anguillara, & Coccus radicum quibusdam dicitur. Bauhinus l. c.*

LXXXIV.

Vermiculorum ad pimpinellæ radices repertorum ortus unde?

De eorum vermiculorum ortu, qui ad pimpinellæ radices reperiuntur, dubitare profectò licet, an ex hujus plantæ natura principium habeant, an ex privata telluris proprietate? ex ipſa enim eſſe planta argumento eſt, quòd nuſquam alibi, quàm ad hujuſce plantæ radices id animantium reperitur genus. Contra autem, cùm non ubique ejus ſtirpis radicibus ejuſcemodi adnaſcantur vermes, res in proprietatem ſoli videtur referenda. Verùm, ut arbitror, neque ſine pimpinella ſolum, neq; ſine ſoli proprietate præſtare illa hoc poteſt; utriusque autem habilitas requiritur, ut plantæ huic ſimul cum ſole effectricis vis cauſæ inſit, tellus verò non omnis, ſed certâ prædita conditione, nobis licet ignota, hujus ſit generationis materia.

Coſtaus l. c. l. 2. c. 12.

igitized by G

LXXXV.

Chermeſinus color ex cocco myrti.

Eſt myrti excrementum ſive granum Kermeſinum, ejusdem ferè cùm cocco baphica naturæ, myrti minoribus ramis adnaſcens, unico animali vivo veſiculæ incluſo.

Bellon. l. 1. obſ. c. 52. Bauhin. Pinac. l. 12. ſect. 3. fol. m. 469.

LXXXVI.

Coccus variarum radicum.

Cocci genus, etiam Chermeſinum nominatum, ad radices Farfaræ, parietariæ & piloſellæ naſcitur, quod cum aliis Medicinæ ſtudioſis juxta Lipſiam in locis arenoſis inveni, in loco aërem ſufficientem non admittente in vermiculos abiens. (*a*) In Polonia polygonum cocciferum magnum uſum parit. Coccum etiam producit polygonum minimum, (*b*) nam hujus radicibus adnaſcitur coccum elegantiſſimo colore commendatum. (*c*)

a) *Camerar. in Matthiol. l. 4. c. 51.* b) *cap. 5.* c) *Bauh. Pin. l. 7. ſect. 5. fol. m. 281.*

LXXXVII.

Aquæ an altiores littoribus.

Aquæ non ſunt altiores littoribus, ſed fallitur hic æſtimatio ſenſitiva, ut docent Optici. At ſi ſtans in littore, metiaris inſtrumento libramentum undarum, etiam quas omnium extremas viſus aſſequitur, nequaquam in iis elevationem, ſed ſemper exiguam

guam aliquam declivitatem deprehendes: apparebitque, non imminere terris undas, ſed infra illas ſubſidere.

Viſus enim partes maris extremas inſpicit oculis elevatioribus, quã vicinas: quod ſi partes illæ extremæ in his altioribus radiis viſivis fierent viciniores, redderentur omninò & altiores. At putamus illas eſſe vicinas, putamus igitur eſſe & altiores partibus vicinis. Vicinas autem putamus, quia obliquè illas inſpicimus, eóque ſeriem materiæ interjectæ tàm longam, ex qua ſola extremorum diſtantia colligi debet, non rectè comprehendimus: exiſtimantes nôs angulis radiorum altiorum tantundem de ſuperficie aquæ comprehendere, quantum comprehendimus æqualibus angulis radiorum humiliorum.

Kepler. l. 1. Aſtron. fol. 26.

LXXXVIII.

Mures ſunt auri fures.

Mures Metallorum ſcrobem adeò appetunt, ut Theophraſtus, in Syaro Inſula, eoſdem ferrum & argenteos Lavinii clypeos arroſiſſe tradat: quorum metallorum particulas eosdem mures aliquando deglutire, aut coquere veritati haud eſt diſſonum: quare in metallis aurariis, ob auri ſcrutinium non rarò alveos eorum excidunt, ſemperque id furtum deprehenditur; tanta eſt dulcedo furandi.

Werner. Therap. l. 1. c. 27. Plin. l. 8. c. 57. Langius l. 1. epiſt. 12. Ariſt. in mirab. Vid. de med. ex murib. cent. 8. part. 86.

LXXXIX.

Mures ſtrident cur?

Strident mures, vel quòd aërem adſtringi percipiant, vel quòd infirmâ præditi cute, terræ, quam calcant, non ferentes frigus, exiliant.

Ionſton. ex Arato. taumatogr. cl. 7. c. 27.

XC.

Glires ædes ruinoſas deſerunt, cur?

Obſervatum eſt, ſorices ac glires ædes ruinoſas deſerere, trimeſtri etiam ſpatio, antequam ſunt collapſuræ, perſentiſcunt enim naturæ inſtinctu, ſenſim diſſolvi contignationem & ædium compagem, illasque brevi ruituras.

Lemn. l. 1. de occ. nat. mir. c. 22.

XCI.

Odontalgica.

1. *Ex ligno ſambucino.*

Dentiſcalpia ex ligno ſambucino efformata, cruore inter ſcalpendũ madefacta, caudici ſambucino, ſole matutino irradiato, impingit, locumque denudatum proprio cortice reconditum, obvolutum, reſinâ pineâ oblutat & hoc modo Odontalgiam quamvis curare nititur. Verùm, quâ ratione id fieri poſſit, nondum ſatis liquet: cum forſan inſitioni illi ea adſcribantur, quæ potius ſanguinis per puncturam emiſſioni ſeu exſillationi, vel moræ temporis diuturniori, quâ etiam aliàs dolores iſti tandem ſopiuntur, jure meritò aſſignanda forent. (a) Unicuiq; homini libero, licet in re lite-

Digitized by Google

literariâ & quod non nolit admittere, & quod nolit, repudiare. *(b)*

a) *Mart. Blockvvit. anat. Sambuc. ſect. 3. c. 7.* b) *Scal. exerc. 183. 11.*

XCII.

2. *Ex ligno buxeo.*

In ligno buxeo narcotica quædam vis eſt, & ſulphur ſoporiferum. Id vel fœtor, quem contrahit, oſtendit, & natale quo delectatur ſolum. In montanis enim & ſaxoſis locis naſcitur & luxuriat, fœtidiſſimumq́ue exugendo imbibit ſulphur. Ex ejus raſurâ extillatur aqua, ſpiritus vitriolati inſtar. Graviſſimus dentium dolor ſedatur, dentiſcalpium ejus oleo ſi intinctum & in radicem dolentis immiſſum fuerit, idq́ue tàm ſubitò, ut miraculi & incantationis inſtar, dolor prorſus avolet & opprimatur.

Quercet. in tetrad. c. 16. p. 215.

XCIII.

3. *Ex oleo Caphuræ.*

Ex ingrato Camphoræ odore perſpicuum eſt, proprietatem illi ineſſe refrigerantem & narcoticam: cujus etiam oleum, dolorum ſedativum eſt præſtantiſſimum. Hujus experientia in dolore dentium perſpicua eſt. Si enim dens eroſus ac cavus, ejus oleo attingatur, dolorem remittit & recreat.

Querc. contra Anom. l. 1. c. 16. p. 213.

Odontalgias quoq; ſanat Oleum ſuccini album, quod non longè abeſt ab oleo camphora, quod & odor

dor affinis teſtatur. Libavius. libr. 1. ſingul. fol. mihi 249.

XCIV.

Amuletum odontalgicum.

Talpæ viventis dens, dentium dolores compeſcere contactu affirmatur.

I. Aſſuer. Iatro-mathem. p. 175.

Vide Centur. 8. §. 92.

XCV.

Reſpublica cæleſtis.

Sol eſt Rex & quaſi Cor omnium planetarum, quare non immeritò in medio illorum conſtituitur, quẽadmodum Rex in medio Regni, & Cor in MEDIO animalis collocatur, ut omnibus inde membris æqualiter poſſit ſuccurrere ac providere. Ita ut quodammodo Reſpublica ex VII. Planetis conſtituatur. Eſt enim Sol omnium Rex, Saturnus autem ob ſenectutem, ejus conſiliarius. Jupiter ob magnanimitatem, judex omnium. Mars, dux militiæ. Venus, diſpenſatrix omnium bonorum, inſtar matris familias. Mercurius, ejus ſcriba, ac Cancellarius, Luna denique nuncii officio fungitur. Unde & Velociſſimum motum habet, ab occaſu, in Ortum, ut nimirum ſingulis menſibus, ad quemlibet mandata Regis perferat.

Clavius Comment. in ſph. de S. Boſco, pag. 83. Albumaſar. in introduct. tract. & diff. 3. Crollius in Baſil. Chym. fol. mihi 205.

XCVI.

Digitized by Google

XCVI.

In Homine adminiſtratio aulica.

In Homine penè eſt adminiſtratio aulica. In Aula ſunt Conſiliarii, qui quid faciendum ſit, monent atque ſuadent: Talis eſt Mens. Hæc enim in capite, tanquam in ſummâ arce collocata, præſes eſt, conſiliarius & dictator ſtudiorum & actionum.

Deinde in Aula eſt Rex, qui audit quidem Conſiliarios, ſed interim tamen facit, quod lubet, talis eſt Voluntas: hæc enim tanquam Rex, conſilia mentis, vel approbat & exequitur, vel improbat & rejicit. Etſi enim harmonia, ſive conſenſio ſumma mentis & voluntatis eſſe debebat, ita, ut quæ ſuadet mens, eadem probet voluntas: tamen propter ἀταξίαν naturæ, voluntas ſæpè diſſidet à mente & facit contraria. *(a)* Sæpè enim à vero tramite abducitur, ita ut non ſemper vera bona & velit & ſectetur, idq; vel propter imperium vitioſorum affectuum & malorum habituum, quibus eſt imbuta, (ſicuti rectè Medea apud Ovidium conqueritur:

Sed trahit invitam nova vis, aliudque cupido,
Mens aliud ſuadet, video meliora proboque
Deteriora ſequor —— *(b)*

In ea enim, priusquam filiis occidendis manus injiceret, diu multumque ratio cum iracundiâ luctata eſt. Noverat quidem dictabatque ratio, impium eſſe facinus, occidere liberos; & tamen nihilominus iracundia vicit rationem. Hinc Homerus Ulyſſem introducit, ſic diſputantem & iram reprimentem:

Pectora ſed feriens ipſum cor increpat ira:

Suf-

& raritate materiæ, quâ conſtant, humorem excrementitium abſumunt ebibendo.

Schopf. diſquiſ. praſ. univ. & topic. l. 3. ſect. 24.

XCIX.

Cur Gallorum pueri initio ſapientes?

Proditum eſt à doctiſſimis, Gallorum pueros initio ſapientes videri, mox auctiores factos deſipere. Hoc educandi curæ aliqui aſcribunt, aut veriùs, cum extra modum corpore ſint humectiore, calor innatus ita adobruitur, ut quieſcat. Propterea item orbiculatiore ſunt capite, quia nequit expandi caliditas. Ex ea verò quiete videntur illi quidem ſapientiores, ubi verò auxerint, humecta illa redundantia ætate jam deflacceſcente, calor invaleſcens prævalet, proinde vehementiores illis contingunt motus, evaporante humido, caliditatis vi. Adjuvare putant & capitis illam, non naturalem configurationem, quam ſunt initio conſecuti. At in Italia contraria ſe ratione habere pueros, palàm eſt. Unde ſcitiſſimum profluit adagium, ut Gallicam appellantes ſapientiam, præmaturam intelligamus, & quæ mox deficiens obbruteſcat quodammodo.

Jac. Horſt. de noctambul. p. 278. Lud. Cæl. Rhodig. lect. antiq. l. 30. c. 8. edit. poſt.

C.

Planta, Homo inverſus.

Haud vanè à Platone, ejusque ſectatoribus, mirabile illud & primâ fronte παράδοξον viſum pronunciatum: Plantam eſſe Hominem inverſum. Quid enim, quæſo, aliud eſt truncus plantæ, aut arboris, quam

quàm id, quod in Homine Anatomici truncum quoque, & ipſi quoque ſtatuarii Statuam appellitant? quid aliud rami, quaqua verſum expanſi, quàm brachiorum ac pedum: quid ſurculi, quàm digitorum, atque extremitatum vices gerunt? quid veriùs in arbore lignum, quàm id, quod oſſa in homine? jam verò ſpinæ, atque oſſium medullam, cum ipſo cerebro, atque corde, repræſentat medulla plantarum: fibræ, nervos, venas & arterias: quippe per quas, & alimentum & ſpiritus & calor, è terræ viſceribus exhauſta, in univerſæ plantæ Oeconomiam diſpenſantur atque diſtribuuntur. Sic plantæ radix oris & ventriculi munere fungitur; hujus verò fibræ, venarum portæ, quæ mox per majores, tanquam venam cavam, hujusque ramos, tanquam per canales & tubulos diffundunt nutrimenta. Corticis pellicula exterior, cuticulam, interior, eaque craſſior, carnoſior, atque fibroſior, veram cutim repræſentat. Folia verò, quæ floris & fructus præludia quædam, non uſque adeò malè cum carnoſo, muſculoſoque genere contuleris: Sic internodia, inſertiones ramorum, cum articulis, ac ligamentis, ea, quæ proximè cortici ac ligno interjacent. Fibrata tunica, membranæ comparari poteſt.

Sed quid de floribus dicemus, atque fructibus? nimirum illi quandam quaſi vitæ actionem repræſentant, illa enim arbor, illa planta, maximè vigere, atq; vivere exiſtimatur, quæ plurimum floret. Fructus v. ſeu ſemen, naturalis atque vegetantis facultatis τῆς γονῆς Hippocratis, atque τοῦ σπέρματος Ariſtotelis, uberrimum præbet exemplar. Quid amplius? nondum equidem hoc ſatis ad exactam comparatio-

nem: ſed humores, ſed efflorescentiæ, ſed ipſa quoque excrementa in plantis ſunt, nec minus ſanè quàm in Homine. Argumento ſunt nodi, tophi, verrucæ, gummi, muſci, atque lichenum genera diverſa. At morbis etiam denique vexari, ſanationem admittere, & rurſus integrâ frui valetudine, ſtirpes æquè, atque homines, pleni ſunt Geoponicωͬ libri. &c.

Quercet. de ſimpl. ſignat. ext. p. 70. & ſeqq. Scalig. exerc. 140. 2.

CENTVRIÆ XVIII.

Particula I.

An Matres lactare debeant proprios infantulos, an verò Nutricibus rectè adhibeant?

Affirmativa.

I.

QUod Aqua gignit, in aquis educatur: terra ſuo ſucco alit, quicquid in eâ naſcitur: quod aëreum eſt partim & terreum, tùm aër, tùm terra nutrit: nam & ignis omnia alioquin conſumere ſolitus, ſuas fovet Salamandras; neque eſt tàm ferum ullum animantis genus, quod ſuos non alat fœtus; etenim Tygrides ſanguinolentæ, proprium ſanguinem & lac ſuis catulis non denegant: ſic Leones, viperæ, Ululæ, Leopardi, aves rapaces, Lupi & alia quævis animalia ex rapinâ viventia, ſuos partus nutriunt, homines verò proprios fœtus contemptione quaſi quadam, deſpicatos abjiciunt, exponuntque, brutis immaniores. *Roder.*

Roder. à Caſtro, de univ. mul. nat. l. 4. c. 12. Minderer. in threnod. Med. c. 18. Plutarch. de educ. liber. c. 4. Plin. l. 28. c. 9. Macrob. l. 5. c. 1. Varro l. 2. de re ruſtic. c. 1. Proph. Jerem. thren. c. 4. v. 3.

II.

II.

Lac in Uberibus matris hæreditas eſt Infantis, cum idem ſit ſanguis, quem in utero hauſit, jam ſaltem dealbatus, hanc ergò hæreditatem, cui adſuevit, ei demere, injuria eſt.

Cum enim ex eodem ſimus & nutriamur, lac maternum, ſanguinis conſueti atque cogniti alimoniâ genitum, lactibus cæteris naturæ infantis conformius exiſtit. *Foreſt. l. 28. obſ. p. 577.* Qui ſuos partus deſerunt, ablegantque à ſeſe & aliis nutriendos dedunt, vinculum illud, coagulumque animi atque amoris, quo parentes cum filiis natura conſociat, interſcindunt, aut certè quidem diluunt, deteruntque. Nam ubi infantis aliorſum dati facta ex oculis amolitio eſt, vigor ille maternæ flagrantiæ ſenſim atque paulatim reſtinguitur, neque multò minor amandati ad nutricem aliam filii, quàm morte amiſſi oblivio eſt. *Gellius l. 12. c. 1.* Darumb ihr Mütter/wolt ihr/daß euch eure Kinder/ wann ſie erwachſen / lieb haben ſollen / ſo thut ihnen auch in ihrer Kindheit den geringen Dienſt/ daß ihr ſie ſelbs ſeuget. *M. Th. Guntherus.* im Theologiſ. Troſtbüchl. für die ſchwangere Frauen. *c. 27.* Quare carpendæ, vel taxandæ, aut reprehendendæ veniunt mulieres tàm protervæ, aut proprio dolo, aſtu, philautiâ denique & petulantiâ, vel vetularum quandoque potius blandis perſuaſionibus ac adulatione per-

ſualæ, proprios fætus à partu mox abjicientes, ut in exilium excuſſos lamentari videas, eorumque gemitus, vagitus ac ejulatus cœlum exaudiat, ut quod nubes penetraverit, etenim mulierum pigritia, aut delicatæ naturæ prætenſio, natos complures perdidit, imò tot ac tantos, qui Turcam debellare ſuo tempore potuiſſent. Quid hoc? Ipſiſſima naturæ lex, ſenſusque ipſe dictat, ut ipſa, quæ peperit mater, eadem etiam fidiſſima ſui partûs nutrix exiſtat. (Erubeſcitné fieri nutrix, quæ facta eſt mater? *Chryſoſt. in Pſalm. 50. homil. 1.* Cui enim mulieri dedecori eſſe poteſt lactare filium, quem ex propriis viſceribus eduxerit, novemque integris menſibus plus minusvé, in penitiſſimis, abditiſſimis, reconditiſſimisque uteri receſſibus, proprio ſanguine aluit. *Cic. in orat. pro domo.* Sua quemque mater uberibus alit, nec nutricibus ac ancillis delegantur. *Tacitus de priſcis germanis c. 6. G. Schönborn. polit. l. 1. c. 6. p. 40*) eſt enim Galeni teſtimonio. *l. 2. de tuendâ valetud. c. 10.* lac maternum jam edito infanti ſaluberrimũ, quoniam, qui eo aluntur pueri, non ſolùm conſueto, ſed etiam proprio alimento utuntur. *Minderer. & Rod. à Caſtro l. c. Becker. in Herm. redov. ſ. Et. 2. c. 5. quæſt. 2. Panſa l. 3. de pror. vit. c. 10. Joan. Ceſkius de puer. tu. valet. cap. 3. Plin. l. 28. c. 9.*

III.

III.

Aliâs fruſtra Natura lac Matri dediſſet.

Infans unà cum lacte ex vicino matris corculo, maternam ſimul φιλοστοργίαν & piam erga illam affectionem imbibit atque delibat. *Plutarch. l. de amore prolis. Presbiſ. diſput. 6. Somat. theor. 2.*

Juxta

Juxta rationem & omnium ſapientum monita Nutricis partes Mater ipſa obeat. Acerbè protectò in eam invehuntur philoſophi, quæ hoc munere ipſa non fungitur, quùm tamen ad illud obeundum & invitetur à naturâ ipsâ & obligetur: quippe cum hæc ob eum ipſum finem LAC mammillis ejus ſuppeditet: quum exemplo beſtiarum ad hanc functionem alliciatur: cùm Zelo, & amore, quem ſoboli ſuæ debet, hùc vocetur. *Petr. Carpentar. in theſ. Sapient. l. 3. c. 14. fol 617.* Miniſteria aliena nihil ad alendum proſunt. Matrum lac & halitus bonus eſt, & fomenta jucunda ſunt. *Xenoph. l. de venat.*

IV.

IV.

Non fruſtra creditum eſt, ſicuti valeat ad fingendas animi atque corporis ſimilitudines vis & natura ſeminis: non ſecùs ad eandem rem, lactis quoque ingenia & proprietates valere. Neque in hominibus id ſolùm, ſed in pecudibus quoque animadverſum. Nam ſi ovium lacte hædi, aut caprarum agni alerentur: conſtat fermè in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. *Gellius. l. c.*

Et Canes lacte felium nutritos (inquiunt) perinde mures capere atque feles.

Sic quia Romulus & Remus, lupæ uberibus aliti dicuntur, Romani facti poſtea, quaſi lupi rapaces.

Et Juſtinus autor eſt, quendam cervæ uberibus enutritum, tantâ pedum pernicitate fuiſſe, ut cervis ipſis non cederet.

Digitized by Google

V.

V.

Nutrices ut plurimum meretrices ſunt, quarum mores & animus Infantibus cum Lacte inſtillantur.

Plerumque ſine diſcrimine, quæcunque id temporis lactans eſt, adhiberi ſolet. Patiemur ne igitur infantem pernicioſo contagio infici? & ſpiritum ducere in animum atque in corpus ſuum, ex corpore & animo deterrimum. Id hercle ipſum eſt, quod ſæpe numero miramur, quosdam pudicarum mulierum liberos, parentum ſuorum neque corporibus neque animis ſimiles exiſtere. *Gellius l.c.* Was von Huren ſauget/ das iſt zu Huren geneiget. *D.* Schmid / *conc. 5. in Pſalm. 128. pag. 191.* Manches zartes Mütterlein/ will ihr nicht wehe thun/ mit dem ſäugen / und befühlets andern/ nehmen leichtfertige geile Mumen darzu / die ihnen alle Unzucht mit eintrencken / da werden dann ſolche Früchtlein drauß/ wie vom Keyſer Tiberio, der Biberius genennt worden/ zu leſen / daß er ſein verſoffenes Weſen/der Ammen zu dancken/die ihn mehr mit Wein/ als mit Milch erzogen. Bey Caligula, dem Bluthund/ ſoll die Amme die Verwahrloſung auch gethan haben/ weil ſie ihre Wartzen mit Blut beſtrichen / ſo offt ſie ihn getrencket/ daß er ein ſolcher Bluthund worden. *D. Hamer. Peſtill: part. 1. pag. 606.*

VI.

VI.

Nutrices non tantâ ſedulitate alunt infantes non proprios, quia mercede conductæ.

Herlic. de curâ gravid. c. 3. fol. mihi 174.

Ma-

Matres enim longè vigilantiores ſunt in liberis ſuis educandis, quàm ſtipendiariæ nutrices, quæ lucrum potius, quàm fætum reſpiciunt, ac vix ulla reperitur, quæ nutricationis omne tædium, perinde ac mater poſſit tolerare, ſordes, vagitus, morbos, ac ſervandi nunquam ſatis diligentem curam, & ut numero dicam, quia nulla eſt, quæ pariter amet, ut mater, procul dubio nulla erit, quæ pariter curet: ſic vidimus, hoc eodem Anno, duos infantes à Nutricibus ſomno profundo ſtertentibus ſuffocatos, unum Belgæ filiolum, alterum Luſitani.

Rod. à Caſtro l. c. Paræus de gener. hom. c. 20.

VII.

VII.

Si Matres proprios Infantes non lactant, fruſtra ſunt mammæ, atque ideò geminæ datæ, ut gemellos lactare queant.

An putas, naturam fæminis, mammarum ubera quaſi quoſdam nævulos venuſtiores, non liberorum alendorum, ſed ornandi pectoris cauſâ dediſſe. *Gellius l. c.*

Mammæ communiter Hippocrati (de nat. hom. & 6. epidem.) μαζοὶ, Ariſtoteli (1. hiſt. anim. 12. l. 2. c. 2. c. 13. l. 4. de part. anim. c. 10.) μαστοὶ à μασεύω (Polluci, Bauhin. l. 1. de part. extern.) quæro, cùm in illis Infantes lac quærant, vel à μαζὸς ſono ſugentium: Galeno (l. 7. de uſ. part. c. 22.) τιτθαὶ dicuntur. In homine ſolo (Ariſtot. l. 2. hiſt. c. 13. Gal. l. c.) in anteriore thoracis ſede, in pectoris medio locata ſunt, quia locus omnium aptiſſimus eſt. Eâ enim ſede locari conveniebat, ubi facilimè ſimul & citiſſimè lactis copia propter cordis viciniam, cui calor inſidet,

LXXXIX.

Mures ſtrident cur?

Strident mures, vel quòd aërem adſtringi percipiant, vel quòd infirmâ præditi cute, terræ, quam calcant, non ferentes frigus, exiliant.

Ionſton. ex Arato. taumatogr. el. 7. c. 27.

XC.

Glires ædes ruinoſas deſerunt, cur?

Obſervatum eſt, ſorices ac glires ædes ruinoſas deſerere, trimeſtri etiam ſpatio, antequam ſunt collapſuræ, perſentiſcunt enim naturæ inſtinctu, ſenſim diſſolvi contignationem & ædium compagem, illasque brevi ruituras.

Lemn. l. 1. de occ. nat. mir. c. 22.

XCI.

Odontalgica.

1. *Ex ligno ſambucino.*

Dentiſcalpia ex ligno ſambucino efformata, cruore inter ſcalpendũ madefacta, caudici ſambucino, ſole matutino irradiato, impingit, locumque denudatum proprio cortice reconditum, obvolutum, reſinâ pineâ oblutat & hoc modo Odontalgiam quamvis curare nititur. Verùm, quâ ratione id fieri poſſit, nondum ſatis liquet: cum forſan inſitioni illi ea adſcribantur, quæ potius ſanguinis per puncturam emiſſioni ſeu extillationi, vel moræ temporis diuturniori, quâ etiam aliàs dolores iſti tandem ſopiuntur, jure meritò aſſignanda forent. (a) Unicuiq; homini libero, licet in re lite-

literariâ & quod non nolit admittere, & quod nolit, repudiare. *(b)*

a) *Mart. Blochvvit. anat. Sambuc. ſect. 3. c. 7.* b) *Scal. exerc. 183. 11.*

XCII.

2. *Ex ligno buxeo.*

In ligno buxeo narcotica quædam vis eſt, & ſulphur ſoporiferum. Id vel fætor, quem contrahit, oſtendit, & natale quo delectatur ſolum. In montanis enim & ſaxoſis locis naſcitur & luxuriat, fœtidiſſimumque exugendo imbibit ſulphur. Ex ejus raſurâ extillatur aqua, ſpiritus vitriolati inſtar. Graviſſimus dentium dolor ſedatur, dentiſcalpium ejus oleo ſi intinctum & in radicem dolentis immiſſum fuerit, idque tàm ſubitò, ut miraculi & incantationis inſtar, dolor prorſus avolet & opprimatur.

Quercet. in tetrad. c. 16. p. 215.

XCIII.

3. *Ex oleo Caphuræ.*

Ex ingrato Camphoræ odore perſpicuum eſt, proprietatem illi ineſſe refrigerantem & narcoticam: cujus etiam oleum, dolorum ſedativum eſt præſtantiſſimum. Hujus experientia in dolore dentium perſpicua eſt. Si enim dens eroſus ac cavus, ejus oleo attingatur, dolorem remittit & recreat.

Querc. contra Anom. l. 1. c. 16. p. 213.

Odontalgias quoq; ſanat Oleum ſuccini album, quod non longè abeſt ab oleo camphora, quod & odor.

Digitized by Google

dor affinis teſtatur. Libavius. libr. 1. ſingul. fol. mihi 249.

XCIV.

Amuletum odontalgicum.

Talpæ viventis dens, dentium dolores compeſcere contactu affirmatur.

I. Aſſuer. Iatro-mathem. p. 175.

Vide Centur. 8. §. 92.

XCV.

Reſpublica cæleſtis.

Sol eſt Rex & quaſi Cor omnium planetarum, quare non immeritò in medio illorum conſtituitur, quêadmodum Rex in medio Regni, & Cor in MEDIO animalis collocatur, ut omnibus inde membris æqualiter poſſit ſuccurrere ac providere. Ita ut quodammodo Reſpublica ex VII. Planetis conſtituatur. Eſt enim Sol omnium Rex, Saturnus autem ob ſenectutem, ejus conſiliarius. Jupiter ob magnanimitatem, judex omnium. Mars, dux militiæ. Venus, diſpenſatrix omnium bonorum, inſtar matris familias. Mercurius, ejus ſcriba, ac Cancellarius, Luna denique nuncii officio fungitur. Unde & Velociſſimum motum habet, ab occaſu, in Ortum, ut nimirum ſingulis menſibus, ad quemlibet mandata Regis perferat.

Clavius Comment. in ſph. de S. Boſco, pag. 83. Albumaſar. in introduct. tract. & diff. 3. Crollius in Baſil. Chym. fol. mihi 205.

XCVI.

Digitized by Google

XCVI.

In Homine adminiſtratio aulica.

In Homine penè eſt adminiſtratio aulica. In Aula ſunt Conſiliarii, qui quid faciendum ſit, monent atque ſuadent: Talis eſt Mens. Hæc enim in capite, tanquam in ſummâ arce collocata, præſes eſt, conſiliarius & dictator ſtudiorum & actionum.

Deinde in Aula eſt Rex, qui audit quidem Conſiliarios, ſed interim tamen facit, quod lubet, talis eſt Voluntas: hæc enim tanquam Rex, conſilia mentis, vel approbat & exequitur, vel improbat & rejicit. Etſi enim harmonia, ſive conſenſio ſumma mentis & voluntatis eſſe debebat, ita, ut quæ ſuadet mens, eadem probet voluntas: tamen propter *ἀταξίαν* naturæ, voluntas ſæpè diſſidet à mente & facit contraria. *(a)* Sæpè enim à vero tramite abducitur, ita ut non ſemper vera bona & velit & ſectetur, idq; vel propter imperium vitioſorum affectuum & malorum habituum, quibus eſt imbuta, (ſicuti rectè Medea apud Ovidium conqueritur:

Sed trahit invitam nova vis, aliudque cupido,
Mens aliud ſuadet, video meliora proboque
Deteriora ſequor —— *(b)*

In ea enim, priusquam filiis occidendis manus injiceret, diu multumque ratio cum iracundiâ luctata eſt. Noverat quidem dictabatque ratio, impium eſſe facinus, occidere liberos; & tamen nihilominus iracundia vicit rationem. Hinc Homerus Ulyſſem introducit, ſic diſputantem & iram reprimentem:

Pectora ſed feriens ipſum cor increpat ira:

Suf-

Suffer & hoc cor, nam graviora aliquando dediſti.
(*c*) Ac eadem Medea iterum, idem his verbis repetit: Quæ memoras (loquitur autem Phedræ nutrici) vera ſunt, nutrix, ſed furor cogit ſequi pejora, cadit animus in præceps ſciens, remeatque, fruſtra ſana conſilia appetens. (*d*)) vel propter ignorationem, quæ accidit, quoniam bonis diſciplinis & ſtudiis virtutum non eſt inſtructa & exercitata: vel quoniam nimium ſenſibus inhæret, & eorum judicio fidit, ſublimius non aſcendens, & ratione ſuâ indagans ac meditans. &c. (*e*)

a. c) *Dreſſer. de part. corp. hum. p. 156.* b) *l. 7. Metamorph.* d) *Seneca in Hippol.* e) *Magir. phyſiol com. ad c. 20. l. 6. Scalig. de ſubtil. exerc. 307. ſ 9. & 25. L. Vives l. 2. de anima. Jos. Lang. polyanth. fol. m. 728. Cornel. Valer. phyſ. c. 63. Cramer. Tom. 2. fol. 355.*

XCVII.

Nemo ex omni parte beatus.

Patet firmâ corporis conſtitutione in lucem editos, ſi minus turbulentis evidentium cauſarum procellis jactentur, vitam ac ſanitatem, ad longiſſimum tempus poſſe protendere, eandem tamen, ſucceſſione ulteriore factâ, ipſorum primordiorum contrarietate eo etiam vergente, tandem obteri ac labefactari. Quotus enim quisque eſt, qui ab undiſoni Oceani fluctibus tutus ac incolumis, toto vitæ decurſu evadat? quis non aliquando mediâ æſtate, circa meridiem, maximè ſub Caniculæ ortum, in calidis præſertim regionibus, ventis non expoſitis, Eteſiis prorſus remotis, iter faciens, offenſam capiat? quis non brumali frigore concutiatur & rigeat? quem non aliquando poculâ, diurnâ nocturnaque

naque manu in gyrum ducenda, vel Venus improba vexet? aliævé voluptatum illecebræ, titillatione facta, irretiant ac implicent? vel ſi quis tantâ continentiâ, ſupra aliorum ſortem elatâ, ditatus ſit, quem non labor, concitatiores corporis ac animi motus, quem non ſors volubilis ac præceps, quandoque premat ac obterat? ut nemo ſit ex omni parte beatus: beatior tamen eſt, vivaciorque, qui futuram tempeſtatem veluti è ſpecula cernens, quantum in ſe eſt, declinat & averſatur.

Werner. Therapeuth. l. 1. c. 5.

XCVIII.

Curatio vulnerum per ſolam aquam.

Experientiâ conſtat, multa vulnera & ulcera, recentia præſertim, ſolis penicillis aquâ imbutis, abſque omni aliorum auxiliorum genere, curari. Adduntetiam Medici, qui hac curatione utuntur, verba quædam murmurando, ut vulgus hoc fieri credat per incantationem potius, quam per vim admoti medicamenti. Ideò etiam Chirurgus quidam, non reperiens rationem hujus remedii, apud Medicos, novam medicaminis ſpeciem è cœlo demiſſam, non rationibus comprobatam, ſed divinâ virtute fulcitam, omninoque hanc ejus efficaciam ſuper cæleſtem ſcribere auſus eſt, quoniam aqua, totâ proprietate, disjectis partibus inimica ſit. At difficile non eſt, cauſas hujus medicamenti reddere. Cannabinæ enim petiæ, frigidâ imbutæ, ratione frigidæ, abluunt ſaniem, frigiditate non ſinunt fluxiones ad locum ferri: ſiccitate

&

& raritate materiæ, quâ conſtant, humorem excrementitium abſumunt ebibendo.

Schopf. diſquiſ. præſ. univ. & topic. l. 3. ſect. 24.

XCIX.

Cur Gallorum pueri initio ſapientes?

Proditum eſt à doctiſſimis, Gallorum pueros initio ſapientes videri, mox auctiores factos deſipere. Hoc educandi curæ aliqui aſcribunt, aut veriùs, cum extra modum corpore ſint humectiore, calor innatus ita adobruitur, ut quieſcat. Propterea item orbiculatiore ſunt capite, quia nequit expandi caliditas. Ex ea verò quiete videntur illi quidem ſapientiores, ubi verò auxerint, humecta illa redundantia ætate jam deflacceſcente, calor invaleſcens prævalet, proinde vehementiores illis contingunt motus, evaporante humido, caliditatis vi. Adjuvare putant & capitis illam, non naturalem configurationem, quam ſunt initio conſecuti. At in Italia contraria ſe ratione habere pueros, palàm eſt. Unde ſcitiſſimum profluit adagium, ut Gallicam appellantes ſapientiam, præmaturam intelligamus, & quæ mox deficiens obbruteſcat quodammodo.

Jac. Horſt. de noctambul. p. 278. Lud. Cæl. Rhodig. lect. antiq. l. 30. c. 8. edit. poſt.

C.

Planta, Homo inverſus.

Haud vanè à Platone, ejusque ſectatoribus, mirabile illud & primâ fronte παράδοξον viſum pronunciatum: Plantam eſſe Hominem inverſum. Quid enim, quæſo, aliud eſt truncus plantæ, aut arboris, quam

Digitized by Google

quàm id, quod in Homine Anatomici truncum quoque, & ipſi quoque ſtatuarii Statuam appellitant? quid aliud rami, quaqua verſum expanſi, quàm brachiorum ac pedum: quid ſurculi, quàm digitorum, atque extremitatum vices gerunt? quid veriùs in arbore lignum, quàm id, quod oſſa in homine? jam verò ſpinæ, atque oſſium medullam, cum ipſo cerebro, atque corde, repræſentat medulla plantarum: fibræ, nervos, venas & arterias: quippe per quas, & alimentum & ſpiritus & calor, è terræ viſceribus exhauſta, in univerſæ plantæ Oeconomiam diſpenſantur atque diſtribuuntur. Sic plantæ radix oris & ventriculi munere fungitur; hujus verò fibræ, venarum portæ, quæ mox per majores, tanquam venam cavam, hujusque ramos, tanquam per canales & tubulos diffundunt nutrimenta. Corticis pellicula exterior, cuticulam, interior, eaque craſſior, carnoſior, atque fibroſior, veram cutim repræſentat. Folia verò, quæ floris & fructus præludia quædam, non uſque adeò malè cum carnoſo, muſculoſoque genere contuleris: Sic internodia, inſertiones ramorum, cum articulis, ac ligamentis, ea, quæ proximè cortici ac ligno interjacent. Fibrata tunica, membranæ comparari poteſt.

Sed quid de floribus dicemus, atque fructibus? nimirum illi quandam quaſi vitæ actionem repræſentant, illa enim arbor, illa planta, maximè vigere, atq; vivere exiſtimatur, quæ plurimum floret. Fructus v. ſeu ſemen, naturalis atque vegetantis facultatis τῆς γονῆς Hippocratis, atque τȣ̃ σπέρματος Ariſtotelis, uberrimum præbet exemplar. Quid amplius? nondum equidem hoc ſatis ad exactam comparatio-

 nem

Digitized by Google

nem: ſed humores, ſed efflorescentiæ, ſed ipſa quoque excrementa in plantis ſunt, nec minus ſanè quàm in Homine. Argumento ſunt nodi, tophi, verrucæ, gummi, muſci, atque lichenum genera diverſa. At morbis etiam denique vexari, ſanationem admittere, & rurſus integrâ frui valetudine, ſtirpes æquè, atque homines, pleni ſunt Geoponicῶν libri. &c.

Quercet. de ſimpl. ſignat. ext. p. 70. & ſeqq. Scalig. exerc. 140. 2.

CENTVRIÆ XVIII.

Particula I.

An Matres lactare debeant proprios infantulos, an verò Nutricibus rectè adhibeant?

Affirmativa.

I.

QUod Aqua gignit, in aquis educatur: terra ſuo ſucco alit, quicquid in eâ naſcitur: quod aëreum eſt partim & terreum, tùm aër, tùm terra nutrit: nam & ignis omnia alioquin conſumere ſolitus, ſuas fovet Salamandras; neque eſt tàm ferum ullum animantis genus, quod ſuos non alat fœtus; etenim Tygrides ſanguinolentæ, proprium ſanguinem & lac ſuis catulis non denegant: ſic Leones, viperæ, Ululæ, Leopardi, aves rapaces, Lupi & alia quævis animalia ex rapinâ viventia, ſuos partus nutriunt, homines verò proprios fœtus contemptione quaſi quadam, deſpicatos abjiciunt, exponuntque, brutis immaniores. *Roder.*

Roder. à Caſtro, de univ. mul. nat. l. 4. c. 12. Minderer. in threnod. Med. c. 18. Plutarch. de educ. liber. c. 4. Plin. l. 28. c. 9. Macrob. l. 5. c. 1. Varro l. 2. de re ruſtic. c. 1. Proph. Jerem. thren. c. 4. v. 3.

II.

II.

Lac in Uberibus matris hæreditas eſt Infantis, cum idem ſit ſanguis, quem in utero hauſit, jam ſaltem dealbatus, hanc ergò hæreditatem, cui adſuevit, ei demere, injuria eſt.

Cum enim ex eodem ſimus & nutriamur, lac maternum, ſanguinis conſueti atque cogniti alimoniâ genitum, lactibus cæteris naturæ infantis conformius exiſtit. *Foreſt. l. 28. obſ. p. 577.* Qui ſuos partus deſerunt, ablegantque à ſeſe & aliis nutriendos dedunt, vinculum illud, coagulumque animi atque amoris, quo parentes cum filiis natura conſociat, interſcindunt, aut certè quidem diluunt, deteruntque. Nam ubi infantis aliorſum dati facta ex oculis amolitio eſt, vigor ille maternæ flagrantiæ ſenſim atque paulatim reſtinguitur, neque multò minor amandati ad nutricem aliam filii, quàm morte amiſſi oblivio eſt. *Gellius l. 12. c. 1.* Darumb ihr Mütter/wolt ihr/daß euch eure Kinder/ wann ſie erwachſen/ lieb haben ſollen/ ſo thut ihnen auch in ihrer Kindheit den geringen Dienſt/ daß ihr ſie ſelbs ſeuget. *M. Th. Guntherus.* im Theologiſ. Troſtbüchl. für die ſchwangere Frauen. *c. 27.* Quare carpendæ, vel taxandæ, aut reprehendendæ veniunt mulieres tàm protervæ, aut proprio dolo, aſtu, philautiâ denique & petulantiâ, vel vetularum quandoque potius blandis perſuaſionibus ac adulatione perſua-

ſualæ, proprios fœtus à partu mox abjicientes, ut in exilium excuſſos lamentari videas, eorumque gemitus, vagitus ac ejulatus cœlum exaudiat, ut quod nubes penetraverit, etenim mulierum pigritia, aut delicatæ naturæ prætenſio, natos complures perdidit, imò tot ac tantos, qui Turcam debellare ſuo tempore potuiſſent. Quid hoc? Ipſiſſima naturæ lex, ſenſusque ipſe dictat, ut ipſa, quæ peperit mater, eadem etiam fidiſſima ſui partûs nutrix exiſtat. (Erubeſcitné fieri nutrix, quæ facta eſt mater? *Chryſoſt. in Pſalm. 50. homil. 1.* Cui enim mulieri dedecori eſſe poteſt lactare filium, quem ex propriis viſceribus eduxerit, novemque integris menſibus plus minusvé, in penitiſſimis, abditiſſimis, reconditiſſimisque uteri receſſibus, proprio ſanguine aluit. *Cic. in orat. pro domo.* Sua quemque mater uberibus alit, nec nutricibus ac ancillis delegantur. *Tacitus de priſcis germanis c. 6. G. Schönborn. polit. l. 1. c. 6. p. 40.*) eſt enim Galeni teſtimonio. *l. 2. de tuendâ valetud. c. 10.* lac maternum jam edito infanti ſaluberrimũ, quoniam, qui eo aluntur pueri, non ſolùm conſueto, ſed etiam proprio alimento utuntur. *Minderer. & Rod. à Caſtro l. c. Bicker. in Herm. rediv. ſ. ſect. 2. c. 5. quæſt. 2. Panſa l. 3. de pror. vit. c. 10. Joan. Cekius de puer. tu. valet. cap. 3. Plin. l. 28. c. 9.*

III.

III.

Aliàs fruſtra Natura lac Matri dediſſet.

Infans unà cum lacte ex vicino matris corculo, maternam ſimul φιλοστοργίαν & piam erga illam affectionem imbibit atque delibat. *Plutarch. l. de amore prolis. Presbiſ. diſput. 6. Somat. theor. 2.*

Juxta

Juxta rationem & omnium ſapientum monita Nutricis partes Mater ipſa obeat. Acerbè profectò in eam invehuntur philoſophi, quæ hoc munere ipſa non fungitur, quùm tamen ad illud obeundum & invitetur à naturâ ipsâ & obligetur: quippe cum hæc ob eum ipſum finem LAC mammillis ejus ſuppeditet: quum exemplo beſtiarum ad hanc functionem alliciatur: cùm Zelo, & amore, quem ſoboli ſuæ debet, hûc vocetur. *Petr. Carpentar. in theſ. Sapient. l. 3. c. 14. fol 617.* Miniſteria aliena nihil ad alendum proſunt. Matrum lac & halitus bonus eſt, & fomenta jucunda ſunt. *Xenoph. l. de venat.*

IV.

IV.

Non fruſtra creditum eſt, ſicuti valeat ad fingendas animi atque corporis ſimilitudines vis & natura ſeminis: non ſecùs ad eandem rem, lactis quoq; ſe ingenia & proprietates valere. Neque in hominibus id ſolùm, ſed in pecudibus quoque animadverſum. Nam ſi ovium lacte hædi, aut caprarum agni alerentur: conſtat fermè in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. *Gellius. l. 6.*

Et Canes lacte felium nutritos (inquiunt) perinde mures capere atque feles.

Sic quia Romulus & Remus, lupæ uberibus aliti dicuntur, Romani facti poſtea, quaſi lupi rapaces.

Et Juſtinus autor eſt, quendam cervæ uberibus enutritum, tantâ pedum pernicitate fuiſſe, ut cervis ipſis non cederet.

V.

V.

Nutrices ut plurimum meretrices ſunt, quarum mores & animus Infantibus cum Lacte inſtillantur.

Plerumque ſine diſcrimine, quæcunque id temporis lactans eſt, adhiberi ſolet. Patiemur ne igitur infantem pernicioſo contagio infici? & ſpiritum ducere in animum atque in corpus ſuum, ex corpore & animo deterrimum. Id hercle ipſum eſt, quod ſæpe numero miramur, quosdam pudicarum mulierum liberos, parentum ſuorum neque corporibus neque animis ſimiles exiſtere. *Gellius l. c.* Was von Huren ſauget/ das iſt zu Huren geneiget. *D.* Schmid / *conc. 5. in Psalm. 128. pag. 191.* Manches zartes Mütterlein/ will ihr nicht wehe thun/ mit dem ſäugen / und befühlets andern/ nehmen leichtfertige geile Mumen darzu/ die ihnen alle Unzucht mit eintrencken / da werden dann ſolche Früchtlein drauß/ wie vom Keyſer Tiberio, der Biberius genennt worden/ zu leſen / daß er ſein verſoffenes Weſen/der Ammen zu dancken/die ihn mehr mit Wein/ als mit Milch erzogen. Bey Caligula, dem Bluthund/ ſoll die Amme die Verwahrloſung auch gethan haben/ weil ſie ihre Wartzen mit Blut beſtrichen / ſo offt ſie ihn getrencket/ daß er ein ſolcher Bluthund worden. *D. Hamer. Poſtill: part. 1. pag. 606.*

VI.

VI.

Nutrices non tantâ ſedulitate alunt infantes non proprios, quia mercede conductæ.

Herlic. de curâ gravid. c. 3. fol. mihi 174.

Ma-

Matres enim longè vigilantiores ſunt in liberis ſuis educandis, quàm ſtipendiariæ nutrices, quæ lucrum potius, quàm fœtum reſpiciunt, ac vix ulla reperitur, quæ nutricationis omne tædium, perinde ac mater poſſit tolerare, ſordes, vagitus, morbos, ac ſervandi nunquam ſatis diligentem curam, & ut numero dicam, quia nulla eſt, quæ pariter amet, ut mater, procul dubio nulla erit, quæ pariter curet: ſic vidimus, hoc eodem Anno, duos infantes à Nutricibus ſomno profundo ſtertentibus ſuffocatos, unum Belgæ filiolum, alterum Luſitani.

Rod. à Caſtro l. c. Paræus de gener. hom. c. 20.

VII.

VII.

Si Matres proprios Infantes non lactant, fruſtra ſunt mammæ, atque ideò geminæ datæ, ut gemellos lactare queant.

An putas, naturam fœminis, mammarum ubera quaſi quoſdam nævulos venuſtiores, non liberorum alendorum, ſed ornandi pectoris cauſâ dediſſe. *Gellius l. c.*

Mammæ communiter Hippocrati (de nat. hom. & 6. epidem.) μαζοὶ, Ariſtoteli (1. hiſt. anim. 12. l. 2. c. 2. c. 13. l. 4. de part. anim. c. 10.) μαστοὶ à μασεύω (Polluci, Bauhin. l. 1. de part. extern.) quæro, cùm in illis Infantes lac quærant, vel à μαζὸς ſono ſugentium: Galeno (l. 7. de uſ. part. c. 22.) τιτθαὶ dicuntur. In homine ſolo (Ariſtot. l. 2. hiſt. c. 13. Gal. l. c.) in anteriore thoracis ſede, in pectoris medio locata ſunt, quia locus omnium aptiſſimus eſt. Eâ enim ſede locari conveniebat, ubi facillimè ſimul & citiſſimè lactis copia propter cordis viciniam, cui calor inſidet,

perfecta elaboratio conſiſtere poteſt, & quia eo loci copioſiſſimum, benigni alimenti ſuperfluum colligi poteſt. Hic ſitus ad commodiorem quoque lactationem facit. Cum enim infans progredi nequeat, à nutrice manibus & ulnis comprehenſus, mammis neceſſario applicatur, & Creatoris noſtri conſilium haud dubiè fuit, hoc mammarum ſitu, homines à brutis diſcernere, cum bruta ſobolem ſolum nutriant, poſtea negligant: homines verò in ſobolem ex corde quaſi στοργὴν *transfundant, dum matres liberos & alunt & amplectuntur & oſculantur, ſicque memoria retinentur, mutuusque amor ſit. Bauhin. th. anat. l. 2. c. 4.*

Quare meritò mulierculæ delicatulæ proprios fœtus abjicientes, divinâ Dei providentiâ, puniuntur. Ex numinis enim fortè vindictâ, plerumque lac in mammillis turgidum, ac grumeſcens, diros cruciatus, præcordiorum gravitates, pectoris anguſtias, febres & alia mala plus magis formidoloſa procreat, adeò ut quas propriis filiolis papillas denegârunt, canibus ſugendas præbere cogantur: quin & in hoc divinæ punitiones vix acquieſcunt, etenim perſæpè mammæ papillæque inflammantur, ſuppuranturque, aut in ſcirrhum indureſcunt, ut novaculis præciſæ & ignitis cauteriis mortificatæ, aut tandem gangrænâ vel Cancro corruptę decidere non rarò conſpiciantur. *Minderer. l. c.*

VIII.

Propoſitarum aſſertionum refutatio.

I.

Homines non ideò ſunt immaniores brutis. Bruta enim naturæ inſtinctu ita nutriunt, quia intellectu carent,

carent, ut ſibi invicem nutriendam prolem concedere haud queant. In hominibus unus alteri auxiliari poteſt & debet, ſecus quàm in brutis fit.

2. Bruta meritò lactant fœtum, quem non tanto cum dolore excluſêre, ut in humano genere fœminæ. Nam rectè Ariſtoteles dixit, (*a*) inter animalia cuncta, unum hominem habere partum maximè laborioſum, tùm ob vitam molliorem & ſedentariam: tùm quòd homini caput maius, quo primò in lucem editur. Tantis igitur dolorib. ereptam miſeram puerperam & jam non nihil lætantem rurſum moleſtiis ſuctionis exponere, immane videretur & brutis optandum.

a) *l. 7. hiſtor. de anim. c. 9. vide Roder. à Caſtro, de nat. mul. l. 4. c. 1.*

IX.

II.

Infans adſuevit ſanguini, jam lac capiet: quod ſive matris, ſive alterius nutricis ſit, lac tamen eſt: quemadmodum vitulum, hoc vel illo lacte vaccino alere perinde fuerit.

2. Lac Matris hæreditarium eſſe largimur: at licet hæreditas nobis cara, tamen ſi quis dat melius quid, commodius, pretioſius, commutamus.

X.

III.

Natura pro neceſſitate dedit, ut nihil deeſſet pauperibus in ſolitudine parientibus, aut aliàs ratione nutriendi aliâ deſtitutis, ut brutis.

XI.

IV.

In allatis exemplis diverſæ ſemper adducuntur

 ſpe-

ſpecies, ex quibus lac petitum. At nolumus nos humanum partum, vel canis lacte alendum, vel aſinæ, vel cervæ, &c. ſed humano.

2. Si vera exempla ſunt allata; proderit lac Lupinum pro futuris militibus ſtrenuis; Cervinum pro curſoribus futuris, tabellariis, ambactis & omnis generis miniſtris. Sed fides ſit penes hiſtoricos. Scribit Galenus, de Agricola quodam, qui 100. annos vixerit ſolo lacte. Pono fuiſſe vaccinum: ſi vera ſunt exempla Hiſtoricorum allata, mirum eſt colonum illum non in vaccam vel taurum mutatum fuiſſe.

XII.

V.

Eligatur Nutrix honeſta & pia. Hæc ſi haberi non poteſt, ſaltem quæ ex humanâ fragilitate lapſa, non perſeverat.

2. Non adeò, uti putant, multum ad ingenium formandum facit nutrimentum, quod naturali facultati ſuccurrit, non immediatè animali, multò minus rationalis animæ facultatibus. Hinc rectè Scaliger: lectiſſimarum nutricum alumnos animo fero multos agnovimus, eosque parentibus, partim bonis partim malis. (a) Ad ingenium ergò & mores plus faciunt ſidera natalitia, horoſcopi, progenitores, ſitus & natura loci, bona corporis temperies, educatio. &c. Quare fruſtra Tiberii bibacitatem, & Caligulæ crudelitatem, Nutricibus imputare Autores videntur.

a) *Exerc. 212.*

XIII.

VI.

Accedat materna etiam cura & inſpectio continua.

XIV.

XIV.

VII.

Datæ ſunt mammæ, ut lac pro neceſſitate ſubminiſtrarent: neque opus eſt, ut ad alendum ſemper proprium fætum adſint.

2. Non ob gemellos data ſunt bina ubera, ſed ratio communis eſt geminationis aliarum partium, alioquin quid dicendum, quando terni, quaterni eduntur fætus. Dices rarum eſſe; at rarum eſt gemellos naſci, ſi cum iis, quæ communiter unum edunt fætum, mulieribus fiat comparatio earum quæ geminos procreant.

Bartholin. probl. phil. & medic. exercit. 2. probl. 1.

XV.

Matres non debere lactare proprios infantes.

I.

Primis diebus lac eſt aquoſius & tenuius. Quia humor nondum aſſuetus ad mammas affluere, neque mammæ etiam in elaboratione lactis adhuc exercitatæ ſunt, donec frequentiori puelli attractu ſpiritus & humores magis ad ubera attrahantur. Si ergò primis diebus præſtat infantulum nutriri uberibus vicariæ nutricis, quæ lac fundit magis pingue, minuſque ſeroſum & aquoſum (quod idem & in animalibus uſu venit, ut quo longiori temporis tractu poſt partum lac mulgeatur, eò plus butyroſæ ſubſtantiæ & pinguedinis, minus verò aquoſæ obtineat) utique continuatio laudanda: ne ex mutatione, detrimenti aliquid ſoboles ſentiat. At ſi metuis, ne ex nutricis moribus aliquid imbibat, ferè nimis amoves. Nam primis

mis diebus retrahere, uti dictum, non conducit, ſi verò poſtea retrahis, tamen

quo ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem
teſta diu —— ——

XVI.

II.

Labes per contagium neceſſe eſt accedat primis diebus ex lochiis impuriſſimis & fermè venenatis, novimeſtri ſpatio detentis, unde non mirum eſt infantulos ſæpè morboſos nimiùm fieri, & brevis vitæ: quod non ita facilè fieret, ſi infantes ſtatim bonæ & benè habitæ nutrici admoverentur.

XVII.

III.

A partu puerpera ut plurimum infirmior eſt & ægrior, ob pœnam divinam in Evâ inchoatam, ut cum labore & dolore eniteretur. Statim ergò puerperæ uberibus infantem admovere, eſſet non modò matrem denuò, nimiumque cruciare, verum etiam infantem morbis & mortis periculis exponere. Nam qualis ſanguis, videlicet in morbidis morbidus, tale lac, quod ex eo generatur.

XVIII.

IV.

Si ſanæ ſunt ſtatim à puerperio, tamen adhuc immane eſt eas doloribus ereptas, mox aliis rurſum ſubjicere moleſtiis.

XIX.

V.

Si amorem priſtinum exerceant conjuges, infans lactari nec poteſt, nec debet à matre, cum inde lac corrum-

rumpi nemo neſciat; atque tum, ſi antea mater infantulum ipſa nutriit, jam tamen nutricibus committere cogitur. Quod ſi jamdudum factitaſſet & à principio, longè hercle rectiùs, evitandæ mutationis causâ, cui infantes tenellos & impatientes exponi haud convenit. Hinc contrariæ etiam ſententiæ propugnatores concedunt nutrices, quando matres aut ægritudo, aut conceptus impedit.

XX.

VI.

Mater ad lactationem admittenda, aut ſana eſt, aut ægra. Si ſana, aut excuſari poteſt ob impedimenta legitima, & tùm nutrice opus eſt: aut non excuſari poteſt legitimè, ob mollem ignaviam, novercalem immanitatem, delicatam ſuperbiam, luxuoſam vitam, aliudvé vitium, & neque tùm admittenda ad lactationem mater, ne infans materna illa vitia, (quæ imbibi cum lacte nutricum aſſerunt Adverſarii) hauriat: ergò planè admittenda non eſt, ut lac præbeat mater, ſed nutrix aliqua vicaria.

XXI.

VII.

Probamus exemplis infinitis, in orbe Chriſtiano, Regum, Principum & Heroum, qui ſæpius vicarium lac ſugunt, quam maternum: & tamen æquè feliciter & benè res geritur, imò ſi cum lactè mores imbibuntur, præſtat nutricis in Heroibus lac, quando matres luxui, molli ſuperbiæ &c. ſunt deditæ.

Bartholin. l. c.

XXII.

XXII.

Quando eligenda Nutrix.

Si mater malè diſpoſita fuerit, utpote ſi prægnans ſit, aut cacochymica, unde lactis imminet corruptio, aut elephantiaſi, ſcabie aut ſimili infectione corripiatur, aut animi aliquâ affectione, metu, terrore & cæteris percellatur, aut quotidie ebrietati indulgeat, aut denique lac ſufficiens non gignat; ut inde ſatiari poſſit infans, melius nutrietur infans alieno lacte, quàm matris proprio, *(a)* hanc enim neceſſitas, legem non habens, meritò excuſat, cùm aliàs pigritia luxuriæque fomes, deſidia, aut ficta quædam teneritudo, ream eam convincat. (*b*) Et id voluit magnus Hippocrates: Conſonans, diſſonans; diſſonans, conſonãs. Lac alienum bonum, lac proprium nocuum; lac alienum nocuum: lac proprium juvans. (*c*) Quando enim harmonia temperamentorum matris & infantis mutatur, ita ut mater à priore temperie deflectat, tunc ex conſonantia, fit diſſonantia, & non amplius convenit lac maternum infanti, imò lac alienum, quod ante diſſonans erat & malum, fit conſonans, & bonum, utpote quod adhuc purum & ſanum exiſtit. *(d)*

a.d) *Bieker. herm. rediv. de ſan. conſt. conſ. cap. 5. ſect. & probl. 2.* b) *Minderer. thr. med. p. 433.* c) *de alim. text. 72.*

Lac nutritium unde fœdetur Heürn. inſtit. libr. 5. cap. 7.

XXIII.

XXIII.

Qualis eligenda?

Nutrix eligenda eſt, non quævis, ſed monente Plutarcho, proba & honeſta, moribus verecunda, hilaris, placida, caſta, ſermone expedito & blando, non garrula, corporis ſanitate optimâ & inculpatâ, quæque lac præbeat ſubſtantiæ mediocris, in craſſitie & tenuitate, omni ex parte æquale, colore candidum, ſapore dulce, odore gratum, nec fœtidum.

Bartholin. l.c. Galen. l.1. de ſan. tu. Æginet. l.1. c.2. Aëtius l. & c.4. Rod. à Caſtro, l.4. de nat. mul. c.12. Paraus chir. l.23. c.21. Ferrar. l.1. de art. med. infant. c.1. Cardan. de ſubtil. c.11. fol. mihi 639.

XXIV.

Hiſtoria bonarum Nutricum.

I.

Nobilis quidam juvenis, ex Grachorum familiâ, Romanus, militari laude & opulentiâ ſimul, è bello redux, occurrentibus ei gratulabundis Matre, Nutriceque, ſic inter eas ſpolia diviſit, ut matrem argenteo annulo, nutricem verò aureo torque donaret, quam donationem iniquam ſibi viſam, indignabunda cum doleret mater, Tu me (inquit Filius) novem ſolùm menſibus in utero, hæc verò duobus annis integris, uberibus aluit, nutrivitque. Sic itaque corpus, medio parum honeſto, abs te mater habeo, hæc verò candidâ ac ſincerâ voluntate mores dedit: tu me natum, primùm à te procul rejeciſti, hæc à te deſpectum, dejectumq; ſuis ulnis recepit & ad hunc usque ſtatum perduxit.

Re-

by Google

Roder. à Caſtro l. 4. de nat. mul. c. 12. Minderer thre-ned. med. p. 431.

XXV.

II.

Cornelius Scipio, cum A. ab urbe conditâ, D. II. ex bello contra Antiochum, victor Romam rediiſſet, X. ſtrenuos ſuos milites, ex cauſa Veſtalium, morte condemnavit, unde à Scipione Africano, ejus fratre pro mitiore ſententiâ aſſiduè fruſtra cùm deprecatus fuiſſet, ac clementer poſtea precibus unius filiæ ſuæ Nutricis, condemnatis pepercíſſet, à nonnullis interrogatus, quare gratiâ ipſam potius ſuæ nutricis filiæ, quam intuitu Scipionis Africani, matris filii conceſſiſſet: ſic reſpondiſſe fertur: ego magis mihi judico eſſe matrem, quæ, etſi me non peperit, per triennium me nutriit, quàm quæ me peperit & poſtea dereliquit.

Omnibonus Ferrarius, libr. 1. de art. med. infant. capit. 1.

XXVI.

Infans materno, non alieno lacte alendus.

Nulla cauſa evidens urget, ut à communi, quam in omni diſciplinarum genere docti viri, huc uſque ſecuti ſunt, ſententiâ recedamus, & alienum lac materno præferamus. Quo enim, quæſo, lacte commodius aletur infans, quàm eo, quod ex eodem ſanguine, ex quo infans in utero format⁹ & nutritus eſt, generatur? neque enim idem eſt, ſive matris, ſive alterius nutricis lacte alatur infans, modò lacte alatur. Nam licet & Nutricis lac, non minus lac ſit, quàm matris: non mi-

minor tamen inter hoc & illud eſt differentia, quàm eſt conſtitutionis ac temperamenti matris & nutricis. Quapropter cum in educatione hominis, in quâ multo major, quàm in aliorum animalium, quæ ſaltem ob victum vel alios uſus educãtur, educatione, ſit cura adhibenda: non ſaltem id alimentum eſt eligendum, quod in univerſum generi humano convenit: ſed id, quod cuivis individuo, & privatæ cujusque conſtitutioni eſt convenientiſſimum. Nullius autem Nutricis lac cum infantis temperamento tantam poteſt habere convenientiam, quàm maternum, quod ex eodem ſanguine generatur, ex quo antea in utero fœtus formatus & nutritus eſt.

Neque ſolùm corporis conſtitutioni nativæ ſervandæ lac maternum magis convenit, ſed & ob animi mores eſt commodius. Cùm enim parentes pii & probi liberos ſuos, non ſolùm facie & formâ corporis, ſed & ingenio ac moribus ſibi ſimiles fieri cupiant: id felicius conſequentur, ſi matres ſuo lacte eos alant, quàm ſi nutricibus lactandos committant. Nam licet lac inprimis nutritioni inſerviat, non animali facultati: tamen ſi qualis ſanguis, talis ſpiritus, & rurſus animi actiones ſpirituum naturam imitantur, ut tùm ex aliis, tùm ex variâ actionum animalium ob ſpirituum vitia, læſione id apud Medicos notiſſimum eſt: ſi alieno lacte nutriatur infans, nutricis potius mores, quam matris imbibet. Ut non ſine cauſa Poëtæ homini fero & immitti illud objeciſſe videantur;

λεαίνας μαζὸν ἐθήλαζε, Leana Ubera ſuxit:

&;

--- Hircanæ admorunt ubera Tigres. (a)

Neq; de nihilo eſt, quòd cauſam, cur Nobilium, & ſpendidioris fortunæ hominum liberi ſæpe degenerant, nonnulli ex parte (nam ſolum nutrimentum, hujus rei cauſam eſſe, nemo, opinor, affirmat) nutricibus tribuunt. Nam bona, honeſta & pia nutrix, rara avis in terris, ſed plerumque meretrices ſunt, bibulæ, rixoſæ, & laſcivæ. Et cum ſint mercenariæ, non tantâ curâ, ea, quæ infanti obeſſe poſſunt, quàm matres, quibus ſalus liberorum verè cordi eſt, vitant: ac ſi à matribus de ſuo officio & infantis ſalute moneantur, etiam monendo deteriores evadunt.

Quâ de causâ Conditor ſapientiſſimus, non ſolummodo pauperculis, ob extremam neceſſitatem, ſed & lautioris fortunæ fæminis, æquè mammas dedit, ut, quæ concipere, fætumq́ue edere, non alio modo, quam pauperes, ſolent, editum ſuis uberibus alere poſſint. Quod ubi delicatulæ, ubi nulla urget neceſſitas, neſcio, quibus de cauſis, ſubterfugiunt, à communi quaſi naturæ lege recedunt, atque eo efficiunt, ut poſtea experiantur, liberorum ſuorum, quos ipſæ non aluerunt, amorem erga nutrices, quam erga ſeſe, impenſiorem. (*b*)

a) *Virgil. l. 4. Æneid.* b) *Sennert. l. 4. inſtit. part. 2. cap. 3.*

XXVII.

Matres quæ filios non nutriunt, non integræ Matres ſunt.

Si maternâ pietatē mulieres exercere volunt, officij ſui memores, proprios filios ipſæ alant, utpote quos pepererunt, quia, quæ Matres filios non nutriunt, in-

ae-

tegras nō eſſe, ſed ſemi-matres, nec officio materno liberos demereri, dicebat M. Aurelius, Rom. Imperator. Et certè, quî fieri poteſt, ut filii matris ratione illam dignentur, quæ eos tot ac tantis periculis expoſuit: & quæ materfamilias debuerat pietatem erga domeſticos omnes exercere, talem erga liberos exercet crudelitatem, ut tradat viſcerum ſuorum fructum & imaginem virtutis, à natura in eo effigiatam, coinquinandam nutrici atque alendam: meritò, qui ita nutriuntur, ſemi-ſpurios dicendos eſſe quidam exiſtimârunt, & matres ſemi-adulteras; ſi enim mater ſanguine fœtum nutrivit per IX. menſes, certè nutrix per biennium lacte; hanc eſſe dixerunt differentiam, quod in verè dicto adulterio, mater filium alterius patris marito ſupponit, in hoc verò filium alterius matris ſubſtituit.

Rod. à Caſtro l. c.

XXVIII.

Tenera lactantium ætas refellitur?

Teneræ ætati, imbecillique valetudini parcendum eſſe, nonnulli obtrudunt, quibus ſic reſponſum volo. Naturam his, quibus ad concipiendum vires ſat dedit validas, haud dubiè ad lactandum ſufficiens robur non denegaſſe, vel proprio pectore, lacte dum graviDeſcunt, eum in finem, ut hoc ipſo, fœtus poſtmodum enixus alatur, admonitas, ne concipere ſolùm ac parere, matris officium eſſe arbitrentur, nihil interim poſt partum de puero benè meritæ, ſed verum matris munus, penitus, aut ob nequitiam, aut ob deſidiam oblitæ.

Digitized by Google

O delirationem incredibilem non minus, quàm execrabilem; vix enim ullum expoſitionis genus crudelius eſſe poteſt, quàm peperiſſe & mox abjeciſſe, aluiſſe in utero fœtum, quem nondum viderat, perfectum verò, in lucem editum, ac jam filium factum, tenerum adhuc & rubentem, triſtique vagitu qui & feras movere ſolet, matris opem implorantem rejeciſſe, ac proprii & conſueti lactis alimoniâ privâſſe! (*a*)

Quare obſervent bonæ matres, ac fidæ ſuorum fœtuum ac propriarum ſobolum nutrices, ut exemplum illud Evangelicum imitentur, æmulenturque, quod S. Genitrix Virgo Maria præbuit, quæ, quem genuit, eundem etiam proprio lacte pavit, nutrivit & educavit. (*b*)

a) *Gellius l. 12. noct. attic. c. 1.* b) *Minderer thr. med. p. 434. Luc. c. 11. v. 28.*

Affirmativam hanc tuentur, præter ſupra-nominatos Theologi graviſſimi, D. Cramer. in comm. c. 21. Gen. v. 7. D. Conr. Dietrich. in der Kinder-Predigt/ *pagin. 5. & ſeqq. ubi non minùs prolixè, quàm nervosè materiam hanc tractat.* Mich. Bapſt im Wunderb. *fol. mihi 218.*

Vide quoque Pſalm. 22. verſ. 10. 2. Maccab. 7. verſ. 27.

Medici; Mercat. l. 4. de aff. mul. c. 15. L. Bonaciol. enn. mul. c. 8. G. Hebenſtreit. de curâ gravid. D. iiij. b. Jac. Rüff. l. obſtetr. part. 2. pag. 215. f. Hildebrand. de puerp. & obſt. libr. 2. cap. 17. Harm. gynec. part. 1. capit. 23. quæſt. 3. Barth. Merlinger, de cur. infant. pag. 63. G. Vivienius, in ſpecul. mul. libr. 3. cap. 2. Euch. Röſslin, im Eheſtand. *c. 11. G. Pictorius* im Frawenzimmer. *part. 1. c. 36.*

Poli-

Politici; *Greg. Toloſan. polit. l. 14. c. 4. L. Vives, l. 2. de fam. Chriſt.*

XXIX.

Nutricum quarundam malitia.

Hoc diligenter advertendum, in exhibendis à nutrice pulticulis, infantique in os ingerendis, ne illam ſinamus exugere nobiliorem pultis portionem, quod tamen pleræque omnes, in more poſitum habent nutriculæ, ſpoliantes hac ratione infantem optimo ſucco, qui nutrimento inhæret & craſſiorem contra, terreſtrioremque ſubſtantiam eidem ingerentes. Taceo, quòd nutrices mucum hoc pacto ſuum & ſorditiem, dentibus inhærentem, liquefaciant, pultique permiſtam regerant, miſeroque infanti obtrudant; quaſi verò non alio modo refrigerium poſſet pulticulæ conciliari, quàm ſi eadem, ab iſtis malè feriatis plerumque fæminis in os ſordidum præriperetur, ibique purior eſſentia detraheretur. (*a*) Quæ nutricum improbitas, atque amor erga infantes, quos alunt, minus ſincerus, adeo nota ſunt, ut Græcis occaſionem proverbii ſuppeditaverint: (*b*)

καθ' ἅπερ αἱ τίτθαι γὲ σιτίζεις κακῶς,
μασώμενος γὰρ τῷ μὲν ὀλίγον ἐντιθῆς
Αὐτὸς δ' ἐκείνου τριπλάσιον κατέσπακας.
Paſcis profectò more nutricum malè,
Nam ubi manderis, paulum huic in os dein inſeris,
Ipſe aſt, pro illo vel triplum glutis tibi. (*c*)

a) *Panſa de prorog. vita l. 3. c. 10. Gunther. lib. conſol. pro gravid. cap. 27.* b) *Sennert. l. c.* c) *Ariſtophan.*

in milit. Eraſm. chil. 3. centur. 5. adag. 30. Was das Kind nicht mag / das mag die Amme / *Proverb. adag. autor p. 62. b.*

Luſca nutrix, cur puerulum luſcum reddat, vide cent. 11. part. 41.

XXX.

An nutricum mores cum lacte, à puerulis imbibantur?

Affirmatur.

Puerperarum, quæ vel ipſæ lactare nolunt, vel nequeunt, cura & ſolicitudo prima eſſe ſolet, ut recens natis, non minus de bonæ famæ, quam boni corporis habitus, nutrice circumſpiciant. Sunt enim in eâ ſententiâ, nutrices lactentibus unà cum lacte, mores quoque ſuos & ingenia quaſi infundere & communicare, ita ut impudica nutrix, puerulum etiam impudicum reddat. (*a*) Inter noſtros etiam obſervatum eſſe didicimus, eos, qui caprino lacte nutriantur, ubi adoleverint, alta quæque loca conſcendere & in ſupremas arbores ac ſuprema tecta & domicilia repere, adeò, ut ne in fures evadant, vulgus metuat, quod non absque ratione dicere conſuevit, hunc vel illum filium, cum lacte nutricis, malitiam imbibiſſe, ſiquidem una cum lacte, vel vitioſi, vel ingenui non ſolùm addiſcuntur mores, ſed etiam imbibuntur, ita ut ad fingendas, tàm animi, quàm corporis dotes, non tàm ſeminis, quam lactis & alimenti naturam valere exiſtimaverint Sapientes. Certè Galenus (*b*) apertiſſimè tradit: puero ægrotante, nutricem purgari debere, ut infans ſanitatem conſequatur, itaque ut

ut una & eadem eſt ſalus, ſic idem corpus, & iidem humores, ſubindeque propenſiones eædem maximam cum humoribus cognationem habentes. Videmus inſuper triticum in aliud ſolum jactum in avenam aut ſiliginem degenerare: vitem in alium collem translatam ingenium mutare: plantam à parente terrâ revulſam flaveſcere ac veluti emori, cur non igitur, prolem alienæ mulieris lacte nutritam, parentum mores & indolem dediſcere penitusque deponere credamus? licet ſemini magnam vim ineſſe, ad mores hos vel illos obtinendos nemo negaverit. (c)

a) *Matthæus enod. quæſt. med. 31.* b) *l. quod animi mores, corp. temp. ſeq.* c) *Minderer. & R. à Caſtro, l. c. Scalig. exerc. 212. Aët. l. 1. ſerm. & c. 4. Sennert. l. 2. inſtit. part. 3. ſect. 2. c. 4. Buck in Herm. rediv. p. 215. Paræus l. 23. c. 21.*

XXXI.

Negatur.

Si ab alimẽto ingenia & mores formantur, ſine dubio Monachi, qui ſolis veſcuntur piſcibus, jam cellas ſuas deſererent, & aquis innatarent; quique ferinis carnibus nutriuntur, ſylveſtres & ferinos mores aſſumerent, hic porcorum, ille vaccarum naturam imitaretur. 2. Lac Nutricis veneri, ac vino, aliisq; erroribus exceſſivis deditæ, variis modis corrumpitur unde ſanitas lactentis firma eſſe nequit. 3. Cùm nati non tàm matrum ſuarum, quàm patrum mores imitentur, & ſurculi in truncum ſylveſtris alicujus arboris inſiti, minimè naturam & ſaporem ſylveſtris trunci, licet ſuccum illius imbibant, ſed ſibi inſitum & ina-

natum tenaciſſimè retineant, nudam iſtam nutritionem ad perverſos nutricum mores implantandos parùm valere exiſtimo.

Maathus l.c. & in ſpec. ſanit. p.89.

Mirum eſt, cur Itali catos tàm in delitiis habeant, & non induant eorum naturam? an coctura vim diſpergit? an fortior eſt eorum natura? ſed aliqua tamen imprimi illis non eſt dubium.

Libav. l. 2. ſingul. p. 180.

XXXII.

Ruſtici vaccino lacte ut plurimum viventes, cur non mugiunt?

Cur ruſtici quidam nullâ penè aliâ re, quam vaccino lacte, coloſtris, caſeo, ſero &c. viventes non mugiunt? Cur Scythæ lac concretum cum ſanguine equino potantes non hinniunt? non quidem voces imitantur, ad quas ſunt inepti, ſed tamen Τιτανῶδες βλέπουσι effecti admodum moroſi & auſteri. Nec dubitandum ſi velint, poſſe eos melius mugire aliis.

Libav. l. c. p. 181.

XXXIII

Si qua voles aptè nubere, nube pari.

Unde planè execrandam exiſtimo tyrannidem illam Mezentianæ ſimilem, quâ parentes virgines juvenculas ſilicerniis, aut adoleſcentes vetulis ob gulæ indulgentiam aut avaritiam copulant. Haud enim aliter ac olim Mezentius corpora viva mortuis applicabat, ut tetro defunctorum odore infecta interirent; ita illi juvenculas inculpata adhuc ſanitate fruentes

cum

cum morboſis & ſilicerniis componunt, ut facilè eâ labe quaſi inquinatæ pereant, atque hâc ratione non ſolùm homicidæ propriæ ſobolis, ſed etiam Reipublicæ devaſtatores evadunt, cùm talibus nuptiis robur & numerum civium minuant, morboſa ſobole præterea & infirmis corporibus civitatem compleant, & denique juventutem hac ratione ad ocium & ignaviam traducant.

J. Bickeri Herm. rediv. cap. 13. ſect. 1.

XXXIV.

Sagæ φαρμακεύτριαι *vocantur.*

φαρμακεύτριαι & φαρμακίζες à nomine φαρμακείας Græcis: Magæ, Lamiæ, Sagæ, Striges &c. Latinis promiſcuè & confusè vocantur. φάρμακον enim in bonam & malam partem à Græcis accipitur, & tùm poſteriori modô, pro medicina lethali, ſeu vulgo dictô veneno ſumitur; *(a)* Hujusque actionem tripartitam eſſe reperimus apud authores idoneos. Etenim aliquando lethale venenum, non raró philtrum, hoc eſt amatoriumm edicamentum ſignificat, quod duplex etiam eſt. Nam aliud intra corpus ſumitur, quod ferè venenum eſt, aut certè venenatum & malignum; aliud in verbis, characteribus, imaginib⁹, cæremoniis, actionibus, certarum rerum infoſſionibus & ſimilibus magis conſiſtit; Tertia ſignificatio paulò generalior eſt, ac pro omni incantatione ponitur, quocunque ea modo, aut quibus inſtrumentis, cujuscunque tandem finis gratia exerceatur. Ariſtoteles quoque nomine φαρμακείας ſic eſt uſus *(b)* & ſagas vocat *(c)* φαρμακίζε. *(d)*

a) *Bauhin. d. compoſ. med. c. 1.* b) *de Hiſtor. animal. l. 6. c. 18. & libr. 9. c. 17.* c) *l. 6. cap. 22.* d) *Eraſt. de Lamiis, p. 5. & ſeqq.*

XXXV.

Incendii Veſuvii cauſa.

Tellus omnis, ſicuti noſtra corpora, foraminibus canalibusque diſtincta eſt, & tanquam venis internotata, ſive quòd omninò coire non poteſt, quæ ſpecie quidem multum ſibimet differat intra ſeſe, ſive quòd aut gignit ipſa ſemper aliquid, aut interimit & immutat: neque unum idem omnis atque ſemper manet, ſive ut alii tradidere, & quidem Principes in Philoſophia Viri, quia planè vivit ipſa, atq; à mundi anima vitam trahens, ab eadem mundi anima extra intraque perluſtratur. Sed in omni tellure nuſpiam majores fiſtulæ, aut meatus ampliores ſunt, quàm iis in locis, quæ vel mari vicina ſunt, vel à mari protinus alluuntur. Nam cùm exedit ſemper mare conſumitque ſuopte contactu ſuaque natura omnia, tùm autem ſi partem eſt nactus aliquam debiliorem, membraque non adeò robuſta telluris, erodit illa multò facillimè, pergitque in viſcera ipſa, quantum poteſt: itaque cum in aliena regna ſibi viam faciat, ventis etiam facit; ex quo fit, ut loca quæque maritima maximè terræmotibus ſubjecta ſint, parùm mediterranea. Quòd ſi etiam in ſulphuris venas venti furentes inciderint, tùm incendia excitantur ſanè non difficulter: quoniã & in ſulphure concipiendi permagna ignis vis ineſt, & venti etiam aliena ſuccendunt vi ſuã. Hæc autem vos, ut in Veſuvio accidant omnia videte, obſecro, quippe quòd mare in radicibus habeat, quòd

quòd ſulphureas venas habeat, quòd cavernas habeat, ſive quòd naturâ ita ſemper fuerit, ſive quòd à maris perforatione ventos admiſerit æſtuantes, per quos idonea flammæ materies incenderetur.

Bembus de Ætna p. 59. & 60. conſpirant Trogus. libr. 4. l. L. Vives ad Auguſtin. de civit. Dei l. 2. c. 4. Simon. Portius, Rivinus, & alii.

XXXVI.

Comparatio cum tormento manuario ſive Sclopo.

Ubi ſilex attritu gignit ignem, quem pulvis ſulphureus concipit, canna anguſta cum bombo edit & in aërem explodit: Ita cum Veſuviano incendio comparatum eſt. Cauſa parens & efficiens ejus eſt halitus ſpiritusvé ignitus factus, vel per expreſſionem à frigore, ſicuti nubes fulgura elidunt, vel per colliſionem & attritionem, ubi ventus per ſpiramenta cavernarum incubuit & per anguſtias diu luctatus, ut exeat, hoc conflictu & agitatione caleſcit plus ſatis & exardeſcit: qui cum deinde in cauſam matrem ſive materiam aluminoſam & bituminoſam inciderit; ibi tùm gliſcit flamma, & violento quodam impetu per angiportum imperviurn exitûs ſibi ipſi feneſtram aperit, & cuncta ferens ſublimia, impedimenta quæque proxima ſimul furioſè ejectat.

Andreas Rivinus de Veſuvio.

XXXVII.

Veſuvius Microcoſmicus.

Ut Veſuvius, cum ante tonitrua & fulmina apparet, nihil niſi amœnum, fertile, jucundum & mirabile

bile oſtendit, adeò, ut licet ignis & æſtus interius lateat, exteriùs tamen hyems quædam nivoſa, aut ver florulentum, vel autumnus frugifer ſpectetur:

Larva eadem multis tegitur mortalibus: æquant
Tempora cana nivem, pectora nigra picem.
Fronti nulla fides, vultus miſerabile ſtultis
Eſt ſpeculum; vulpem qui gerit, ille tegit.

At veluti idē mons, cùm in fermento totus eſt, effervescit, murmurat, exclamat, tumultuatur, atque cuncta ἄγει καὶ φέρει ſuo ipſius atque aliorum excidio: ita quæſo talem quempiam, Veſuviolum vobis ſiſtite! Ille, cum ſymbolum vel fomentum iracundiæ ſulphureum (cotem putate egregiæ fortitudinis) intra viſcera ſecum circumtulerit; tùm facilè flatus alicujus ſuſpicionis, aut ventulus ſuggeſtionis, vel ſaltem aër verbulo quodam ſiniſtrè accepto motus acceſſerit: Dii boni, quantum videbitis ſubitò in facie inflammatâ æſtum? quem fumum oculis erumpentem? quem labiorum tremorem? quosq; lapides cerebrum proximi comminuentes ore proſilire videbitis? in perniciem denique, quos poteſt, trahet, quamvis ipſe ſemet in infernum.

Id. ibid. vid. cent. 11. part. 55.

XXXVIII.

Alius.

Eſt & alius Veſuvius Microcoſmicus ſpecialior, diverſiſſima, & robuſtiora & tenuiora, ejaculans, manipulus furum & gigantum, veluti ſunt fumivenduli nugaces Lachrymiſtæ (Alchymiſtæ, inquam, & qui volunt eſſe Archimyſtæ) cum manibus piceatis, qui per

perpetuum Veſuvium in foculis noſtris excitare & nutrire ſatagunt, ne frigeſcat aliàs eorum culina.

Talis Veſuvius fumo induratus & igne
Inter fornaces ſe miſer ipſe coquit.
Dumq; inflat, ſtillat, deſtillat, moxq; lutando,
Nunc ſibi Vulcani, nunc figuli arte placet.
Tantùm opus eſt rimâ tantillâ in alembico, ut omnis
Spes cadat.

Ibid.

XXXIX.

Ariſtotelis Libri de animalibus immeritò falſitatis arguuntur.

Quin Ariſtoteles verè fideliterque omnia, quæ de animalium natura, affectu & qualitatibus, tàm ab aucupibus, quàm beſtiariis & piſcatoribus atque venatoribus didicerat, poſteritati & memoriæ in ſuis libris conſecrarit, nullus dubito. Etenim, cum mendacium & fucus à viro bono quàm longiſſimè abeſſe debeat, tùm maximè in hominem Philoſophiæ Studioſum, imò in ejusdem Magiſtrum & Doctorem, quin etiam militiæ hujus planè mirabilis non proletarium militem, non ducem, non anteſignanũ aut coryphæum, ſed exercitatiſſimum Imperatorẽ nullo pacto cadere aut poteſt, aut debet. Quare non video, qua ſpe aut præmio Ariſtoteles inductus ἐκ προαιρέσεως, dataq; opera quædam ſuis de animalibus libris inſeruiſſet, quæ neq; rationis acumini, neq; veritatis numini, neque ipſius experientiæ lumini, ex qua aliàs (*a*) omnis artis & ſcientiæ principia naſcuntur, congrua & con-

conſentanea deprehenderentur. Demus porrò, irrepſiſſe quædam, nondum tamen conſtabit ea γνήσια, genuina, propriaque eſſe Ariſtotelis. Quis enim noſtrum eſt, qui ignoret, veterem hunc eſſe errorem, ut claris magniq; nominis ſcriptoribus multa tribuantur, quæ ab eis non modo non ſcripta, ſed fortaſſis etiam nunquam dicta, ac per febriculam cogitata? Ariſtoteles bibliothecam ſuam Theophraſto Lesbio, (*b*) Theophraſtus verò Nereo Coriſci filio, (*c*) diſcipulo ſuo, hic hæredibus imperitis reliquit. Dein Aſiæ Reges conficiendarum bibliothecarum fervore ſubcenſi ingentia iis propoſuere præmia, qui aliquid Ariſtotelicum attuliſſent; Hinc homines turpis lucri cupidine ineſcati plurima partim nova adfinxerunt Ariſtoteli, partim ipſius ſcriptis librisvé inſeruerunt ea, de quibus ipſi nè per ſomniũ quidem minima cogitatio incidiſſet. Quidquod & Lucius Cornelius Sylla cum Mithridati pace datâ ex Aſia reverſus Pyræum tenuiſſet, ibique myſteriis initiatus eſſet, Apelliconis Theji bibliothecam, in qua pleraque Ariſtotelis & Theophraſti erant volumina, & in iis dubio procul hi de animalibus libri in vulgus adhuc minus noti, Romam ſecum deſumpſit: ex quâ cum Tyrannio Grammaticus pleraque intervertiſſet & ab eo accepta Andronicus Rhodius exemplaria in lucem protuliſſet, hos, qui vulgi manibus teruntur, indices vulgavit. (*d*)

a) *l. 2. de demonſtr. c. 18. tit. 27.* b) *Laërt. lib. 5. cap. 1.* c) *Plutarch. in Sylla, Strabo de ſit. orb. libr. 13.* d) *I. Georg. Suvalbasius de Ciconiis, Gruibus & Hirund. p. 90. & ſeq.*

XL.

XL.

Curatio ſimplicioribus peragenda remediis.

Dignum eſt notatu, nè, cùm conveniens aliquod ſimplex in promptu eſt medicamentum, quod citra ullam corporis offenſionem adhiberi poteſt, ſatisque virium ad morbum abigendum habet, nos ullam compoſitione permiſtionem quæramus. Neq; enim compoſito tentandum, ſimplici quod effeceris. Longè certius ac exploratius eſt curare ſimplici, quàm compoſito remedio. Nam multa nos ſcitè & optimâ ratione permiſta putamus, quæ tamen uſus poſtmodum redarguit. Hinc veteres Medici, referente Plinio, ad morborum curationem ſimplicia tantùm præſcribebant, ut Diocles, Praxagoras, Chryſippus, Eraſiſtratus. Hippocrates quoque, qui primus Artis Medicæ fundamenta ſtabilivit, ac leges condidit, omnibus penè affectibus medebatur ſolis ſimplicibus medicamentis. Non, quàm copioſè, ſed quàm benè ac rectè medicamenta inter ſe componantur, unicè ſtudendum. *(b)* Optimè ſenſit Damaſcenus: dolus eſt, inquiens, medicamentis compoſitis uti, ubi ſatisfaciunt ſimplicia. Ergò, quò ſimpliciora pharmaceutica remedia, eò perfectiora debent judicari, quia & crebrius & facilius fine potiuntur ſuo, quippe primam æmulantia naturam, quæ modicis commeatibus iter ſuum peragit ad opus perficiendum. *(c)* Enitendum in omnibus, ut minimo quoque numero in compoſitis commiſcendis contenti ſimus. *(d)*

a) *Hiſt. natur. l. 26. c. 2.* b) *Marc. Banzerus Fabric. Recept. l. 1. cap. 3.* c) *Joh. Scheinerus de peripneumon. par.*

par. 57. d) *Chriſtoph. Henric. Ayrer Informat. Medic. Regul. 16.*

XLI.

In Galenum.

Dicere multa refers Moſen, ſed pauca probare:
At tu quem ipſum dicere falſa probas?

Georg. Cunrad. Maiceleru, Epigramm. l. 1. p. 6.

XLII.

Anaſarca Curata.

℞ Rad. fœnic. petroſel. Aſparag. apii, ruſci, enulæ, cappar. ebul. aſar. rub. tinctor. cyper. ana ℥ij. hirundin. ireos ana ℥ß. ſambuc. cichor. ana ℥j. liquirit. raſ. polypod. ana ℥ij. rhapontic. ℥jß. Cort. int. ebul. ſambuc. tamariſc. ana ℥vj. Herb. hyſſop. valerian. Künigund. agrimon. abſynth. eupator. comm. puleg. chamædr. linar. adianth. polytrich. capill. Vener. ſcolopendr. ceterach, endiv. cichor. ſcariol. marrub. cuſcut. ſoldanell. ana Mß. hirundinar. Mj. eupator. Meſ. Mij. ſem. apij, petroſel. fœnic. aniſi ana ʒiij. aſparag. ruſc. aquileg. urtic. Rom. ana ʒij. Sem. 4. frig. maj. lactuc. endiv. ana ʒj. cartham. ℥jß. Bacc. laur. juniper. alkekeng. ebul. ana ʒß. paſſul. ℥v. Cont. & inc. ſ. a. Coq. in aq. endiv. & cichor. ana q. ſ. ad reman. libr. iiij. poſt fortem expreſſionem add. Rhabarb. el. ʒvj. Agar. troch. ℥ß. Caſs. lign. calam. arom. ana ʒij. thymi, epithym. ana ʒjß. ſpicæ, Squinanth. ana ℈j. Roſ. rubr. Mj. Fl. prun. ſylv. ſambuc. geniſt. ana Mß. Bulliant iterum q. ſ. & cum mell. deſpum. fiat Apozema: de hoc decoct. Rec. ℥iiij. Spec Diarrh. Abb. ℈j. M. Talem hauſtum bibit æger per 7. Dies manè; veſperi verò ante & poſt cœnam rotulas con-

for-

fortantes unicâ vice ʒ. ſeq. Rec. Spec. diacurc. dia- lacc. ana ℈j. diatr. ſant. diarrh. Abb. ana ʒß. aromat. ros. ℈j. rhabarb. ʒß. Sem. endiv. melon. fœnic. ana ℈ij. Rad. ireos, aſar. liquirit. ana ℈j. cinamom. el. ʒß. Nuciſt. Squinanth. ſpic. nard. ana ℈ß. Sacchar. albiſs. cum aq. cuſcut. & endiv. diſſol. ℥iiij. F. Rotulæ. (addidiſſet hepar lupi, ſed habere non potuit.) Poſt hæc dedit purgationem ſeq. quæ tantùm tres fecit ſedes: Rec. fol. ſen. ℥jß. Rhabarb. el. ʒjß agar. troch. ʒj. turbith. gummos. ℈iiij. rhapont. ℥ß. Zinzib. ʒß. cartham. contuſ. ℥ß. calam. arom. cinam. el. ʒij. Spic. Squin. ana gr. v. f. decoct. in præced. decoct. & aq. cichor. ana q. s. ad remanent. ℥iiij. quibus add. Syr. Diaſer. ℥ij. pulv. Soldanell. eupator. Meſ. ana ʒj. El. Diacarth. cum. rhab. ʒjß. m. f. hauſtus. Cùm autem non ſatis purgaret hæc potio, altera die exhibuit illi ℥ij. ſucci Ireos cum ℈j. cinam. arom. qui ſuccus fecit 8. ſedes. Poſt hæc omnia adhibuit Ung. ſeq. Rec. Ung. Agripp. ℥j. Axung. porcin. ℥jß. Farin. ſem. lin. fœnugr. fabar. hord. ana ℥ij. ſem. Altheæ, nigell. dauc. ana ʒjß. Sulph. viv. ʒiij. Bol. Arm. ʒij. rad. ireos ʒijß. alum. ſciſſ. thur. ana drachm. un. ſem. euphorb. drachm. un. ol. irin. lil. alb. chamom. ana ℥jß. m. f. Ung. His medicamentis curavit, auxiliante Deo, hydropicum anaſarcâ laborantem ruſticum, totum ventrem, pedes & brachia tumida habentem.

Philippus Gravverus, Med. D. & Prof. Tubing. Clariſſ. Affinis meus.

XLIII.

An Paracenteſis in Hydropicis inſtituenda? Negatur.

Bern. Gordonius (*a*) Medicus ingenioſiſſimus, cùm per hanc curandi rationem nullum perfectè curatum, ſed omnes, quotquot eam ſubierint, extinctos viderit, relicto hoc præſidio ad cauterizationem ſubtus umbilicum inſtituendam animũ ſuum magis cum Syllano (*b*) conferre voluit. Qui eventus & alios quoque haud infimi ſubſellii viros in eandẽ pertraxit ſententiam, imprimis verò Trincavellium (*c*) & Maſſariam. (*d*)

XLIV.

Affirmatur.

Nos non ſolùm cum Anteſignano noſtro Hippocrate (*e*) verùm etiam cum Galeno, (*f*) Hugone Senenſi (*g*) Avicenna (*h*) Haly Abb. (*i*) Jachin. (*k*) Serap. (*l*) Pedemont. (*m*) Æginet. (*n*) Albucas. (*o*) Cels. (*p*) Aët. (*q*) Sennert. (*r*) Horſt. (*ſ*) Paræo (*t*) Capivacc. (*u*) Foreſto (w) Mercurial. (*x*) Dominic. Leon. (*y*) Hollerio (z) Piſone (*aa*) Laurent. (*bb*) Gabelkov. (*cc*) Fontan. (*dd*) & Pulverino (*ee*) paracenteſin educendæ materiæ hydropicorum peccanti peraccommodatam interdum adminiſtrari debere ſtatuimus. Eapropter 1. quòd extremorum morborũ cura quandoque extremis ſuſcipienda remediis; (*ff*) & (poſt aliorum remediorum uſum initum.) in hydrocele nonnunquam medici ſcrotum aperiant, ut aquam inde auferant. 2. Medicus naturam ſpontè continui ſolutionem in abdomine affectantem, ac per umbilicum hydropicorum aquas nonnunquam utiliter evacuantem, imitari & pro virili adjuvare tenea-

neatur. *(gg)* 3. Quandoque tanta humoris aquoſi & ſeroſi illuvies abdominis cavitati incluſa ſit, ut neque externorum neque internorum remediorum virtute ſatis ſufficienter exhauriri abſorberique poſſit, ſed ubi mali vehementia aliis mitioribus præſidiis retundi vel coërceri nequit, obſervatis obſervandis, factoque prognoſtico, ad abdominis inciſionem Medico accedere liceat. *(hh)*

a) *Lil. med. part. 6. de paſſ. epat. c. 5.* b) *comm. ſuper Almans. l. 9. c. propr.* c) *enchirid. pract. c de hydrop.* d) *Pract. Med. l. 3. c. 16.* e) *ſ. 6 aph. 27.* f. g) *comm. ad dict. aphor.* h) *l. 3. canon. Fen. 14. tract. 4. c. 13.* i) *Prax. l. 7. c. 36.* k) *comm. in lib. 9. Rhaſis c. 52.* l) *Libr. pract. tract. 4. de ægrit. hepat. c. 7.* m) *Addit. ad libr. Meſ. c. 13.* n) *l. 3. c. 48. l. 6. c. 50.* o) *l. 2. chir. c. 54.* p) *l. 3. c. 22.* q) *tetrab. 3. ſerm. 2. c. 20.* r) *Inſt. l. 5. part. 1. ſect. 2. c. 7. prax. l. 3. part. 6. ſ. 2. c. 3.* ſ) *Probl. med. dec. 7. q. 8. th. 3.* t) *oper. chir. l. 7. c. 12.* u) *prax. l. 3. c. 19.* w) *l. 13. obſ. 42.* x) *de med. morb. l. 3. c. 24.* y) *prax. l. 2. ſ. 3. c. 8.* z) *de morb. intern. l. 1. ſchol. c. 39.* aa) *l. 3. c. 32.* bb) *Anat. l. 6. q. 9.* cc) *cent. 3. cur. 36.* dd) *prax. l. 3. c. 21.* ee) *Art. med. c. 73.* ff) *Hipp. aph. 6. ſ. 1.* gg) *Bald. Ronſſ. Epiſt. 2.* hh) *I. A. Glotſeiſius Controv. Quaſt. Med. q. 4.*

XLV.

Hydrops Siccus.

Tympanites hydrops ſiccus dicitur, comparatione hydropis humidi, qui vocatur aſcites. Non quidem, quòd tympanites careat humiditate, & contra aſcites flatu: verùm quemadmodum in illo eſt aliquid humiditatis, ſed copia major flatulenti ſpiritûs: ita è diverſo in hoc plus eſt aquoſi humoris, quàm ſpi-

ritûs flatuoſi.*(a)* Sed dicet quis: Galenus*(b)* videtur aſſerere tympanitem non ab aqua, ſed à vento fieri. Reſp. Ejus eſſe ſententiam, quòd venter non ab aquâ repleatur, ſed à vento, quaſi adſit etiam aqua, ſed non tanta ut repleat ventrem. *(c)* Rarus certè hic hydrops eſt, vixque ſyncerus flatus ſub abdomine citra humoris permiſtionem unquam eſt animadverſus. *(d)* At teſtatus mihi D.D. Daniel Möglin, Affinis meus, ſe Weiſſenburgi ſynceriſſimum vidiſſe in Conſule quodam, nam poſt mortem ejus ventre ſive abdomine aperto nihil niſi flatum fœtidiſſimum, ac ſi veſica quædam diſrumperetur, ſibilando exiviſſe, nec in eo aquæ unciam unam repertam fuiſſe. (*e*)

a) *Hollerius comm. in ſect. 4. aphor. 11.* b) *4. de acut. 3.* c) *Mercurial. Med. Pract. l. 3. c. 24.* d) *Fernel. Medic. univerſ. l. 6. c. 8.* e) *Alex. Camerarius, Phyſicus quondam Reutlingenſis, Parens meus chariſſimus in Obſerv. MSis varioribus.*

XLVI.

Sectio Hydropica.

Offenhuſæ non procul hinc fœmina tantum patiebatur tumorem, per aliquot annos, ut infantes ejus abdomini inſidere potuerint, ejusque cingulum tribus aut pluribus aliis hominibus ſimul cingendis ſuffecerit, cujus abdomen interdum uſu medicamentorum detumuit, malo verò mox recrudeſcente. Poſt mortem in aperto ejus cadavere ſalva reperta fuere viſcera, pulmo, hepar, ſplen &c. ſolus verò ſiniſter ren læſus. Vividum habebat colorem.

Alex. Camerar. in citat. obſerv.

XLVII.

XLVII.

Hydropicorum Panis.

℞. Paſtæ hordeaceæ mediocriter ſalitæ, fermentatæ, adque panem conficiendum piſtatæ libr. ij. Sacchar. ℥iij. Sem. aniſ. fœnicul. cymin. ſubtil. trit. ana ʒj. Miſc. & ſubigantur omnia, F. panis perfectæ aſſationis vel coctionis. Multum hoc pane, quem frequenter hydropicis exhibere ſolebat, præſtitit D. D. Schvvartz.

Idem A. C. in Loc. Comm. Med. MS.

XLVIII.

Hydropicorum orthopnœa.

Dyſpnœa ægrum in aſcite vehementer angit, imò iſto malo increſcente detenti, penitùs à decubitu ferè omni, cùm per eum mox angantur, abſtinere coguntur, & dies noctesque non ſolùm erecti, ſed & capite in anteriora pectoris inclinato, ut liberiùs ſpirare queant, in ſella ſedentes longo tempore, cùm diuturnus ſit morbus, reliquum, quod breve ſupereſt, ſpatium vitæ, miſerè tranſigunt. (*a*) Nonnunquam ſumma reſpirationis difficultas hydropem, antequam tumor appareat, diu ante prodit, ob hepatis, lienis obſtructionem, indurationem & molis auctionem. *(b)*

a) *Plater. d. vitiis p. 202. Hoc etiam contigit Chariſs. meo Parenti. A. C.* b) *de funct. laſ. p. 425. Secui quendam aſthmate & peſte mortuum, cujus hepar in magnam molem auctum erat.*

XLIX.

Suffitus in quibusdam affectibus pectoris utilis eſt.

Confert ſuffitus pulmonibus infantum à craſſa pituita

tuita liberandis, (*a*) aſthmaticis, & iis, quibus frigidorum ac craſſorum humorum copiâ thorax refertus eſt, ſuppurationibus, tuſſi, laterumque doloribus. (*b*) Et quidem vapor eſt aſſumendus in hunc modum: Æger veſtibus circumſeptus in ſede collocandus eſt, ut divaricatis cruribus pronâ facie ad utrumque genu decumbat, atque tum evaporatorio intra crura conſtituto enitendum, ut per tubum fiſtulamvè vapor exceptus patulo ore inſpiretur. (*c*)

a) *Rhenod. Inſt. Pharmac. l. 5. c. 27.* b) *I. I. VVecker. Antid. Gener. l. 1. c. 53.* c) *Fuchſ. de comp. med. l. 2. c. 28.*

L.

In quibusdam noxius eſt.

Non tamen omnibus affectionibus circa thoracem conſiſtentibus idoneus eſt; (*a*) ſanguinem enim expuentibus adverſatur ſuffitus, (*b*) quòd ſcilicet horum uſu vaſorum ora rurſus aperiantur, (*c*) &, qui peripnevmoniâ laborant, ſi ſuffiuntur, pereunt. (*d*)

a) *Rhenod. l. c.* b) *Aët. tetrab. 1. ſermon. 3. c. 144.* c) *Fuchſ. l. c.* d) *Fallop. d. morb. Gall. c. 69.*

LI.

Exhalationes ex puteis malignæ.

Non aſpiratio exhalat ſimilis à quolibet averno, ſed alia ab eo, qui in montibus Etruriæ, alia ab eo, qui propè Cumas, aliæ ex aliis putridis locis. Erat Florentiæ in vico D. Laurentii in quodam diverſorio puteus, magna ex parte oppletus fimi fæcibus ac ſordibus: in hunc fortè incidit gladius, puer, ut ipſum extrahat, eò deſcendit, & ſtatim mortuus cadit. Idem accidit juveni, qui puerum educere ex puteo tentavit,

runt. Idem & cani, quem in eundem puteum projecerunt, quia hæc ſpectantes periculum in cane potiùs, quàm in ſe facere voluerunt. (*a*) Simile quid Winshemii in Franconia Anno 1613 accidit. Cùm enim civis quidam in puteum diu concluſum, eum ad uſum mundaturus, deſcendiſſet, ſubitò mortuus eſt. Cùm verò & vicinus ejus in eundem, vicino auxilium laturus, deſcendiſſet, & ille ſtatim interiit; atque idem tertio, puero, quid hiſce mali obtigerit, percontatum immiſſo accidit, qui omnes cùm mortui per aliquem, licèt totum os & nares contra venenoſos halitus probè munitum & tamen vix ſervatum, extracti eſſent, puteus terrâ obrutus eſt. (*b*)

a) *Vid. Vidius part. 2. ſect. 2. l. 1. c. 11.* b) *Sennert. Prax. l. 6. part. 3. c. 2. vid. cent. 7. part. 50.*

LII.

Lapis Phengites.

Maximilianus I. Imperator per feneſtram proſpiciens in gemmâ annuli in digito geſtati, quæ demonſtrabat id, quod à tergo accideret, vidit aulicum ex familiaribus ſuis in cubiculo cæſareo aureos ex donato poculo ſurripientem. Nec mirum alicui videri debet, tali artificio annulos confici poſſe, ut ea, quæ à tergo accidunt, conſpiciantur, cùm olim integri parietes eodem modo conſtructi fuerint. Legimus enim apud Suetonium, (*a*) Domitianum Cæſarem metu inſidiarum, porticuum, in quibus ſpaciari conſueverat, parietes phengite (alii fingite, (*b*)) lapide diſtinxiſſe, ut ejus ſplendore per imagines, quicquid à tergo fieret, prævideret. Nec non & hodie Venetiis annuli venduntur, in quibus velut in ſpeculo, non

ſolùm quisque ſuam imaginem, ſed & quæ poſt tergum peraguntur, conſpicere poteſt. (c)

a) *in Vita Domitiani.* b) *Boët. de Boodt. de gemm. l. 2. p. 285.* c) *J. Camerar. Oper. ſucceſ. cap. 65.*

LIII.

Iuniperi Baccæ & oleum.

Juniperi grana devorata manè viſioni appropriata ſunt. *(a)* Nullum ligni genus carbones præbet, qui diutius ignē conſervant, unde ſimilitudo ſumpta Pſ. 120. Baccæ cum lixivio coctæ, & pauco aceto inſtar cataplaſmatis imponuntur ulceribus capitis. Cùm per deſcenſum lignum deſtillatur, prima aqua, quæ exit, non eſt adeò valida, quæ tamen ulcera erodentia, & quæ ex ſalſo phlegmate oriuntur, plurimum curat. *(b)* Oleum Juniperi bibitum vulnera ad interiora pertingentia ſanare poſſe aliqui aſſerunt. *(c)* Baccarum oleum Cochlearis copiâ ſumptum fœtum excludit, ſtomachum firmat, nervorum convulſionibus ac reſolutionibus medetur, colicos, uterique dolores ſolvit, fœdam vim aëris arcet in peſte, calculoſis expetitum remedium, fiſſuras, ſcabiem, ulceraque manuum curat.

a) *Plater. de laſ. funct. l. 1. p. 253 & 255.* b) *J. Camerar. in hort.* c) *Plat. de dolor. p. 921.* d) *Heürn. Meth. l. 1. p. 49.*

LIV.

Ovorum uſus Platero probatus.

Aqua albuminum ovorum coctione induratorum elicita in oculorum doloribus confert. *(a)* Ovum coctum detractâ teſtâ, calidè oculo admotum ruboris reliquias abſumit. *(b)* Oleum è luteis ovorum dolorem poda-

podagricum ſedat; *(c)* in mortario plumbeo diu agitatum, inunctum in cancro exulcerato eximium dicitur. *(d)* Egregiè abſtergit, & glutinat in vulnera indita. *(e)* Ovum leviter coctum & veluti crudũ adhuc ſæpè ſumptum in hæmoptoicâ paſſione probatur. *(f)*

a) *Plater. de dolor. p. 305.* b) *310.* c) *731.* d) *847.* e) *909. præſertim addito vino vel ſale.* f) *de vitiis p. 782.*

LV.

Ovum putridum contra procidentiam uteri.

Ovum putridum gallinæ agitatũ, & inſtar emplaſtri tenuibus pannis exceptum utero procidenti imponitur, mirum eſt, quàm citò conferat: verùm, quoniam eſt tetri & horrendi fœtoris, mulierem in parte ſuperiori munitam optimè eſſe oportet, nè fœtor ad ejus nares perveniat, nam matrix odorata ſequitur, fœtida v. refugit.

Dom. Leon. l. 6. ſ. 3. c. 11.

LVI.

Aloes utilitas.

Datur Aloë capite gravatis, lippientibus, ſiticuloſis, & quibus in ſomnis imagines obſervantur citra febrem. His etiam, qui horroris diſcurſum percipiunt, & qui flatus acres excernunt, & inteſtina morderi ſentiunt, & circa ſtomachum fervorem, aut faſtidium everſorium percipiunt. *(a)* Sed & prodeuntes ab intemperiebus noxas arcet, & à corporis intemperie in mentem transeuntes ac animum percellentes morbos antevertit, aut jam factos mitigat. *(b)* Danda eſt his, qui ob bilis augmentum, ſitiunt, quibus lingua & os facilè reſiccatur, & qui circa ſtomachum ardorem & nauſeam percipiunt. Præbetur & his, qui

qui præter rationem pallidiores facti ſunt, & in quibus ſuperfluitates eductione indigent (c) Aloe cibis interpoſita non nocet, nam à putredine humores vendicat, & unà cum parte aliquâ ſui ſeſe in venas trajicit. (d) Immenſos ventri humores ſubducit (e) per ſe ſola exhibita purgat ventriculum à mucilaginoſis impuritatibus, in ipſius tunicis impactis, roborat etiam eundem, coctionemque juvat. (f)

a) *Æginet. libr. 7. cap. 4* b) *libr. 2. cap. 55.* c) *Aët. tetrab. 1. ſerm. 3. cap. 24.* d) *Heürn. Meth. l. 2. c. 20.* e) *Geglen. de peſt. p. 107.* f) *Quercet. Pharmac. Dogm. reſt. c. 14.*

LVII.

Hypercatharſis in gravida.

Gravidæ ante venæſectionem ſalvatellæ, ut apud plures fieri conſuevit, pro leniendâ alvo hauſtum præſcripſi. Aperuit is alvum ſatis feliciter, ſequenti die ſuccedunt tormina, diarrhœa valida: mittitur ad me, ſuadeam, nè fœtus excutiatur. Non defuit ſtudium apud me, non labor, interim per triduum ferè, etiamſi ceſſârit tandem alvus irritare, tamen dolor, veluti uterinus, non acquievit. Quantæ tùm curæ cor animumque, vulturis inſtar, roſerint, laniarintque, facilè æſtimare potes. Deus tamen mei miſertus non paſſus eſt me graviora experiri. Nam ſedatis omnibus fœtus benè habuit, alacrior factus; illa ad tempus legitimum uterum geſtavit, peperit fœtum ſanum & integrum. Hoc quoque addendum, cùm fœmina illa tertio die excerneret, craſſa pultis conſiſtentiam habentia, cinerea, multa, quæ non ex ulla hypercatharſi erant, neque ex medicamento reli-

quiæ (quod potus fuit,) neque ex cibo, quem per triduum non niſi pauciſſimum aſſumpſerat, cùm prior cibus dudum primo die ſit vi medicamenti expulſus; Deus bone, quas mihi cogitationes movit, cum hujusmodi excretiones rarò bonas obſervarim, ut non tantùm tunc metum mihi incuſſerit, nè fœtus ejiciatur, ſed etiam nè fortè latens aliqua viſceris corruptio me ſubterfugiens hactenus jam ſe oſtendat, ſicque fæminam illam occidat; nam per integrum annum & ultra valetudinaria erat, fœtusque in utero languidus.

J. Morhardus D. & Phyſic. Suevo. Hal. in Epiſtol. ad A. Camerar. A. P.

LVIII.

Opiata in Pleuritide utilia

Inter pauca, quæ ego Tyro Medicinæ apud ægros obſervare potui, hoc unum quoque eſt, quod in pleuritide ab initio, ubi dolor ingens cuncta mitiora contemnit, venæ ſectio non obtinuit, quod ſperavimus, aut neglecta eſt, aut locum non habet; Opiata foris impoſita dolorem non modò abſtulerunt, verùm etiam prohibuerunt, nè quicquam ampliùs afflueret: imò exhibui etiam per os, & eadem nocte, ubi præcedente die fœmina quædam Nobilis cruenta per ſputum rejecerat, pauca tamen; mitigata eſt pleuritis, ut poſtea reliquiæ facilè & ſine magno labore fuerint diſcuſſæ. Rationem vides, quia certò ſcivi dolorem non tantùm ſymptomatis, ſed cauſæ principis rationem obtinere, quâ novam ſemper materiam attrahente fruſtra reliqua adhibeantur.

Id. Ibid.

LIX.

LIX.

Philonium in Aſthmate.

Fui ad Nobilem quendam vocatus unà cum alio Medico propter vehemens aſthma, quod eâ nocte ſuffocationem minabatur certiſſimam quaſi; ſuaſi Philonium, alter Medicus annuere noluit, nam ſibi ejus uſum in hoc caſu non eſſe expertum. Inſtare non deſtiti, donec Collegam in meam ſententiam pertraxi; exhibuimus eâ nocte, benè habuit, dormivit placidè; cùm nocte præcedente totâ ob ſuffocationis metum ſellæ inſidere cogeretur, nam quamprimum in lectum ſe receperat, ſtatim ſuffocatio periculoſa redierat, ſomnum nullum ſenſerat,

Id. ibid.

LX.

Somnus diurnus noxius.

Somnus diurnus nocentiſſimus eſt, quòd cerebrum nimiâ humiditate expleat, quòd tempus, quo quis die dormit, ad perfectam concoctionem non ſufficiat, quòd nimiâ humiditate cerebrum implens capitis gravedinem, ejuſque frigidos morbos pariat. (*a*) Ideoque reſurgentes à diurno ſomno ob interruptam ante tempus concoctionem & acidum eructant, & flatibus diſtenduntur, & capitis gravitatem atque dolorem ſentiunt, & tumentibus plerumque oculis, decoloreſque apparent. (*b*) Unde & catarrhi, dolores capitis, aliique morbi plurimi à capitis repletione pendentes proveniunt. (*c*)

a) *Fuchſ. Inſt. l. 2. ſ. 4. c. 3.* b) *Valeriol. l. 2. c. 8.* c) *Sen-*

Sennert. Inſt. libr. 4. part. 2. c. 4. Pro diuturnus *enim* diurnus *legendum eſſe, ſubſequentia innuere videntur.*

LXI.

Non ſemper.

Si tamen accidat, ut quis labore debilitatus ſit, ac laſſitudinis ſenſum contraxerit, aut noctem inſomnem & inquietam egerit, aliquandiu ſomno de die indulgere licet; (*a*) aut ſi æſtus incommodus vires debilitârit, (*b*) & iis, qui aſſueti ſunt (*c*) præſertim impoſito capite ſupra rectum cubitum in ſella. (*d*)

a.c) *Sennert. l. d. & Inſt. l. 2. part. 2. c. 2.* b) *Valeriol. l. d.* d) *Trincavell. libr. 1. conſ. 47.*

LXII.

Radicum aperitivarum maceratio.

Neſcio, quàm rectè Pharmacopœi Galli pleriq; vinum iſtud, in quo radices aperitivæ maceratæ fuerint, effundant, ipſas verò radices, ut putant correctiores, uſui Medico adhibent; quaſi verò non præcipua radicum vis in vinum fuerit delata. Ut ceſſent nunc Germanos pro ludibrio habere, quod vina purgantia eâ ipſâ maceratione facta, feſtiviſſimo invento, ſuis ægris propinare ſoleant.

Th. Platerus Conſult. Medic. Inaugural. Coroll. 17. & 18.

LXIII.

Spermatis humani corruptio nimis frequenter accuſatur. In genere.

Ad corruptionem ſpermatis humani, quâ illud intra propria vaſa in venenum mutari poſſe à plerisque dici-

dicitur, quod attinet, circumſpectiores aliquantum & cautos magis in affirmando Medicos eſſe velim. Quod etiam H. Mercurialem (*a*) ac Zoroaſtrum Tinellum (*b*) monuiſſe recordor. Semen humanum à calido teſtium, quos etiam inter principes partes referunt, nativo, elaboratiſſima quædam & perfectiſſima eſt ſubſtantia, & propterea corruptioni in proprio loco minus obnoxia. Quod ſi id copioſius generatur, aut diutius retinetur, tùm natura oppreſſa aut ad excretionem ſtimulata, non per quietem ſolum, ſeu per ſomnia (quod & fœminis & maribus contingere ſcribit Galenus (*b*)) ſed etiam vigilantibus ſponte, &, uti Scaligero (*d*) videtur, interdum ſine ſenſu ſeſe exonerat, & idem celeriter ac ſine aliquâ corporis agitatione, juxta Ariſtotelem, (*e*) foràs expellit. Nec tamdiu torpens eadem Natura quieſcit, donec omni via excretioni præcluſâ, in venenum transmutetur.

LXIV.

In ſpecie Maſculini.

Maſculinum præſertim ſemen, quod ſuâ naturâ calidius eſt & ſiccius, ac corruptioni minus obnoxium. Videmus enim infinitos ſine detrimento prorſus à venere abſtinere: imò Athletis, ut robuſtiores inde fiant, caſtè vivere, id eſt, ſemen non profundere, bonum eſſe docuit Galenus (*g*) eosque ab hoc ludibrio penitus abſtinere ſcribit Scaliger. (*g*) Gallis gallinaceis ſalaciores, aut rectiùs monſtra, illos eſſe non injuriâ dixeris, de quibus Galenus (*h*) ſcribit, quòd, niſi aſſiduè coeant, capitis gravitate moleſtentur, cibos faſtidiant, ac febribus obnoxii, pigri, torpidique fiant, nonnulli melancholicorum exemplo præter mo-

modum mœſti ac timidi &c. quæ ſymptomata hyſtericis ſimilia I. Hucherus (*i*) appellat.

LXV.

Muliebris.

De muliebri ſemine negari non poteſt, id crudiùs, vel, ut Galenus (*k*) ſcribit, frigidius & humidius eſſe virili: perfectum id tamen eſt in ſuo genere, & ex diuturnâ retentione ob rationes ſupra dictas per ſe in venenum non mutatur. Muliercula illa vidua hyſterica, de qua Galenus (*l*) adhibitis remediis convenientibus, non corruptum aut venenatum ſemen, ſed ſaltem multum & craſſum, obortâ titillatione cum labore & voluptate, veluti per coitum uſu venire ſolet, excrevit: qualem voluptatem venenum excernendo nunquam percepiſſet. Nec hyſterici morbi, quos *ἀπνοίας* plerumque vocant, omnibus virginibus aut mulieribus viduis continentibus contingunt, ſed iis quæ pravis ſuccis abundantes concubitum experunt, hinc loci muliebres ob libidinem æſtuantes aut prurientes, ad ſeſe undique humores attrahunt, qui tandem cum ſpermate ex aliqua occaſione ad uterũ profuſo commixti, ob loci conditionem & propriam naturam corrumpuntur, & hyſtericorũ affectuum cauſa evadunt. Quâ ratione ſemen retentum aliorum humorum corruptionem non juvat, nec promovet: ſed contra mali humores in culpa ſunt, ut ſemen muliebre illis commixtum ſimul depravetur. Mulieres certè multas videmus, quæ in matrimonio minimè torpido viventes veneri ad lubitum litant, utero nihilominus ſæpè præfocari, non certè ob ſperma ex retentione corruptum, ſed ob humores excrementitios in utero ex corruptione malignitate participantes. (*m*)

i) De

a) *De morb. mulier. & libr. de homin. generat.* b) *in conſultat. Medic.* c) *de ſemin. libr. 2. cap. 1.* d. g) *exerc. 269.* e) *ſect. 4. probl. 5.* f) *de ſemin. libr. 1. cap. 15.* h) *l. 6. de loc. aff. c. 4.* i) *libr. 2. de ſterilit. cap. de uteri ſuffoc.* k) *d. l. c. 5.* l) *libr. 2. de ſemin. cap. 1. & libr. 6. de loc. aff. cap. 5.* m) *D. Verbez. Exerc. de peſte pag. 108. & ſeq.*

LXVI.

Pilulæ Narcoticæ Plateri.

Pilulæ Narcoticæ, quæ D. Platero tribuuntur: ℞. Opii puriſſ. drachm. j. infund. aq. vitæ unc. ſem. (unc. un. ſem. (*a*) deinde alia affuſa aq. vitæ molleſcat, addito ol. cinam. gutt. ij. Poſtea ℞. Cinam. drachm. ij. ſacch. cand. unc. un. piper. drachm. j. Sem. coriandr. ſcrup. ij. croci drachm. ſem. (ſcrup. j. *b)* ſubtiliſſ. pulveriſ. add. opium diſſolutum, ſenſim opio pulveres miſcendo. Poſtea cum Syr. de Papavere redigantur in maſſam pilularum add. Moſch. ſcrup. ſem. Maſſa hæc diu in mortario agitetur, & nè exiccetur, ol. de Been parùm ſubigatur. Servetur in loco humido. doſ. g. ij (*c*) Ferè per ſeptimanam ſingulis diebus ſemel agitato. (*d*) Poteris dare has pilulas, ſed lentis magnitudinem ne excedant. (*e*)

a. b. d) *Brendel. conſil. 164.* c) *Sennert. Inſtit. libr. 5. part. 3. ſect. 3. cap. 22.* e) *D. D. Verbezius, Affinis meus dil.*

LXVII.

An plures ſint muti quàm ſurdi?

Dicas, à nativitate plures eſſe mutos: nam omnes ſurdi ſunt etiam muti: propterea quod non audientes

tes quomodo vocem articulatam & rationalem diſcere poſſunt? præſertim affecto nervo auditorio, qui cum ſeptima conjugatione implicatur. (*b*) Muti quamplures ſũt à nativitate, ob defectũ in nervis linguam moventibus, & ii tamen minimè ſurdi, cum nulla ſit paſſio in quinto pari nervorum. At in proceſſu ætatis plures evadunt ſurdi, quàm muti: ob cauſas enim accidentaliter occurrentes majori periculo & læſioni ſubjicitur auris, quàm lingua: pro cujus conſervatione (eſt enim guſtus inſtrumentum, ſine quo animal diu vivere non poteſt) Natura mirum in modum fuit operoſa. (*a*)

a) *Domin. Leon. libr. 5. ſect. 1. cap. 4.* b) *Andr. Laurent. Anatom. libr. 4. quaſt. 26. Vid. centur. 8. part. 82.*

LXVIII.

Cur cloacas purgantes non offendantur à fœtore?

Quæritur, quomodo eſſe poſſit, ut latrinas & cloacas purgantes fœtore & tetris odoribus ibi exiſtentibus minimè offendantur? Quia illis ſunt aſſueti: organũ odoratus ſpecies fœtidorum corporũ obſident, unde novæ ſpecies advenientes non ampliùs imutare poſſunt: organum enim ut proprio fungatur munere ſuo, ſenſibili denudatum eſſe debet.

Dom. Leon. l. 6. ſect. 1. c. 2.

LXIX.

Cur ex ſpermate retento viri non tentantur ſuffocatione?

Quæritur, cur ex ſpermate retento Strangulatus ſolùm mulieri, & nequaquam viro accidit? an, quia ſemen virile ex meliori fit materia? vel, quia

exercitio virili magis reſolvitur ? muliebre anne viroſum, minùs coctum, & otio muliebri multiplicatur?

Id. l.6. ſect. 3. c. 10. vid. part. 64.

LXX.

Vinum quomodo probetur ?

Modum vini probandi inuſitatum recenſet Quercetanus: (*a*) Omnia Vaſconiæ vina quæ mari in varias provincias avehenda Burdegalam comportantur. Illuc convecta in cellas publicas immenſæ longitudinis ac latitudinis, ut forum vinarium verè dici poſſint, in hunc finem conſtructas, & ab urbe paulisper ſubductas reponuntur: atque ita compreſſis ordinibus ſeriatim componuntur, ut inter ordines dedit ſpatium ad perforandum dolium, è quo vinum hauriatur. Quo fit, ut mercatores vina emptutientes, & in hac re verſatiſſimi, non ex guſtu vini notent, quæ probant, vini dolia, ſed ſuper ſingulos ordines vaſorum gradientes, in ſingulis vaſis greſſum prementes facilè dignoſcant, quæ ſpirituoſiora ſunt & leviora, atq; idcircò ut meliora ſigillis ſuis adnotent. Leviùs enim ac agilius ſuper meliora incedunt vina, quàm ſuper craſſiora ac terreſtriora, quæ gravioré & tardiorem greſſum reddunt. (*b*)

a) *Diatet. polyhiſt. ſect. 2. cap. 6.* b) *Ionſton. Thaumatogr. claſſ. 5. c. 44.*

Cùm Medicinam Eslingæ facerem, idem à claro quodam Aurigâ ac Oenopola factitatum memini.

LXXI.

Antipathia Roſarum cum cereviſia.

Illud mirabile videtur, & nonniſi fortè ad *ἀντιπά-*

θειαν

θειαν quandam referendum, quòd roſarum fragrantem odorem averſetur triticea cereviſia. Hæ enim in cellarium repoſitæ, aut ſi ſaltem pincerna coronata ſerto roſaceo illud fuerit ingreſſa illicò pervertuntur & aceſcunt.

Haget. de cereviſ. c. 12.

LXXII.

Cereviſiæ incommoda.

Cereviſiam podagricis ſanè laudare nequiverim, quòd ejus potu non modò lædantur cerebri meninges, ac etiam nervi, (*a*) ſed etiam pravi inde procreentur ſucci. (*b*) In melancholia hypochondriacâ ejus potus, cum craſſum turbidumque generet ſanguinem, cur mihi probandus eſſet, planè non video. (*c*) In calculo, cum flatuoſa ſit, niſi neceſſitas cogat, omnem dimittendam cenſeo. (*d*) Recens omnis inſalubris eſt, imprimis ſi turbida ſit; talis enim meatus obſtruit, atque imprimis colicis & calculoſis noxia eſt.

a) *Trincavell. conſ. medic. l. 1. conſ. 29.* b) *Matthiol. ap. Scholtz. conſ. 220.* c) *Id. conſ. 182.* d) *Montan. tom. 1. conſ. 79.* e) *Sennert. Inſtit. med. l. 4. p. 1. c. 4.*

LXXIII.

Epithema Cephalicum præſtantiſſimum.

Rec. Aq. beton. unc. ij. Lavend. roſar. ana unc. un. ſem. album. ov. nr. j. Acet. flor. tunic. unc. ſem. m. f. Epithema, cui add. Camphor. gr. ij. & croci gr. j. Aliquando mutatur aquarum Doſis pro re nata.

Feliciſſimè & ſæpiſſimè hoc applicavit D.D.Hamberger. Prof, Tubing. Clariſſ.

A.Camerar. A.P. in Loc. comm. Med. MS.

LXXIV.

Herba Veronicæ laus.

Veronicæ ſolius decocto, ipſe ſæpenumero in vulneribus pectoris, & in quibus pulmo læſus eſſet, uſus ſnm, cum maxima proſperitate, ut & pulmonem vulneratum, longo tempore conſervarim, & vitam diutius protraxerim. (*a*) Veronica Epatis & lienis obſtructionibus confert, urinas & calculum pellit, ſcabiei, omnibus cutis vitiis, vulneribus & ulceribus inprimis cancroſis (*b*) medetur, Phtiſicis quoque & purulenta expuentibus auxiliatur. (*c*) Veronica major optima, quæ ad radices quercuum creſcit, colligitur Julio. Extracto contra peſtem plurimum tribuebat, Clariſſimus Vir, D. Crato, trium Imperatorum Archiater. *(d)* Sunt qui dicunt quendam Francorum Regem, Elephantiaſi laborantem, à venatore ſuo, hâc tantùm herbâ fuiſſe ſanatum. Aqua ejus cum ſaccharo bibita, tuſſim ſedat, cui interdum pulvis ipſius plantæ additur. *(e)*

a) *Foreſt. obſ. chirurg. l.6. obſ.17.* b) *Succus formica cancro mirum in modum convenit. l. Renod. l.1. inſtit. pharm. c.4. & 10. Sennert. phyſ. l.6. c. 5. claſſ. 16.* c) *Camerar. in horto.* d) *Mathiol. comment. in Dioſc. l.3. c.25.* e) *Plater. libr. 2. de laſ. funct. fol. m. 488. vide centur. 5. p. 74.*

Digitized by Google

LXXV.

Hæmorrhagiam ſiſtens.

Certiſſimum contra hæmorrhagiam ſibi eſſe teſtatus eſt D. D. Möglin Prof. Med. Tubing. doctiſſ. ſanguinem menſtruum primum Virginis incorruptæ in linteaminibus exiccatum, & orificio, unde ſanguis profluit, inditum.

A. Camerar. l. c.

LXXVI.

Melancholia curata.

Herbipolenſis quidam ex Sudore Anglico uſque adeò ad melancholiam devenerat & ſanguinis aduſtionem, ut nuſquam ſe tutum putaret, qui hoc electuario utens convaluit: ℞. Flor. borrag. bugloſſ. roſar. rubr. baſilic. ana Man. ſem. Cort. citr. nuciſt. garyophyllor. Zedoar. corall. rubr. maſtich. ana drachm. iij. Charab. alb. unc. ſem. doronic. drachm. ſem. Been. alb. & rubr. ana drachm. j. Sant. utriusque ana drachm. ij. ſem. Serici inciſ. drachm. un. oliban. drachm. ij. Miſc. terantur & cribrentur tenuiſſimè f. Electuar. cum Saccharo in Vino Cretenſi ſoluto.

Id. in obſ. Med. MS.

LXXVII.

Vinum anti-melancholicum eſt.

Melancholiâ & mœſtitia affecti vino bono perpetuò utantur. Maximum namque id remedium duco adverſus omnem animi mœrorem. (*a*) Id enim ferinos mores ad hilaritatem transfert. (*b*) Nec quic-

quam æquè ſuccũ melancholicum recreat ac vinum; quare Arculanus dicebat, peculiari quadam ratione vinum in melancholia conferre, quòd effluvia atra à ſpiritibus excutiat, quæ alioqui ærumnoſas cogitationes adferunt menti, rationemque inde componit, & corporis habitum reparat, quod optimum dicit eſſe in melancholicis remedium. (c)

a) *Gabelkov. curat. Med. cent. 3. Not. in curat. 80.* b) *Capivace. pract. libr. 1. c. 8.*

LXXVIII.

Contra Palpitationem cordis.

Nullum hoc ſequente melius expertus eſt D. L. 12. Manus Chriſt. perlat. Aq. meliſſ. q. ſ. probè diſſolv. invicem, ad æqualem conſiſtentiam. Tempore paroxyſmi haud levis portio exhibeatur.

A. Camer. A. P. in obſ. med. MS.

LXXIX.

Anticolicum.

Radicem lilior. albor. contuſam & cum ol. roſar. cataplaſmatis vice impoſitum mirè prodeſſe in colicis doloribus ſæpè expertus ſum.

Ibid.

LXXX.

Fœtum & ſecundinas pellentia.

D. D. Möglini optimum, quô ipſe plurimum utitur: ℞. ol. Succini guttam unam & alteram, propina in aq. cinamom. opt. unc. iij Alii etiam dant in Vino Malvatico, & umbilico etiam inungunt. Datur

tur etiam ſuccinum album in ſubſtantia, præſertim ſi multus ſanguis fluit. Doſis drachm. j. cui additur Crocus & Chryſocolla. Seq. D.D. Röslin & D.D. Venerandus Gablerus etiam comprobatum invenenerunt: ℞. Myrrh. caſtor. Storac. ana drachm. j. cum mell. q. ſ. F. pillulæ, Vel: ℞. Caſtor. drachm. j. Cinamom. ſcrup. j. vini decoct. arthemiſ. unc. ij. ſem. ex quo quædam quinque dies parturiens, ante triduum mortuo fœtu, ſine moleſtia liberata eſt.

Id. in loc. Comm. Med. MS.

LXXXI.

Ad prohibendas vehementes concuſſiones in paroxyſmo febrili.

Scutũ, quo ſæpiſſimè uſus eſt D.D. Schwartz, idque ſemper cum honore, ad prohibendas vehementes concuſſiones in primo impetu paroxyſmorum: ℞. cruſtam inferiorem panis domeſtici, fac ſcutum pro ſtomacho, ut ſcis: ℞. Vitell. ovor. nr. vij. ſalis q. ſ. ut induci poſſit, vel extendi ſicut emplaſtrum ſuper ſcutum. Huic ſuperduc conſerv. roſar. drachm. vj. poſtea aſperg. pulv. garyophyllor. quẽ cooperi pulv. nuciſt. unc. ſem. quem quoque cum pulv. Zingib. alb. cooperias. In acceſſione febris ſtatim ubi ſenſerit æger, ſuper craticulam calefac pro ſtomacho. Nunquam ſum falſus, inquit.

Ibid.

LXXXII.

Signis coctionis in urinâ non nimis fidendum.

Non, quando omnia in urinis feliciter apparent, de

de ſalute proximâ adſtantes ſtatim certiores facere convenit, niſi alia ex actionibus, ſed reſpiratione præcipuè, & aliunde orta indicia apertè conſentiant. Dices: Concoctiones judicationem brevi fore & certam ſalubritatem portendunt. (*a*) Atqui urinæ maximam demonſtrandæ coctionis vim habent, & ubi laudabiles ſunt, ſalvum fore ægrum pollicentur: optima enim ſive laudabilis urina eſt, in qua per omne morbi tempus ſubſidet album læve & æquale: ſecuritatem enim brevemque fore morbum ſignificat. (*b*) Ergò de ſalutis ſecuritate pronunciare licet, perſeverantibus in urinâ coctionis ſignis. Reſpondeo: Galenum & Hippocratem εὐσημείωσιν ex urinis ſumendam eſſe non abs re prodidiſſe, ut quæ Medici manum ad diætam & curationem quaſi manu dirigant. Attamen, cum illis conſiſtentiâ, quantitate, qualitate, & contentis laudabilibus conſpectis non rarò interire hominem doceat experientia, non eſt, quòd ipſis integram redeuntis & imminentis valetudinis fidem adhibeamus. Hujus rei veritas in felicis memoriæ Barone, Durlaci nuper ægrè laborante, nunc in cœlis ſuaviter quieſcente, præſente & præſide Ludovico Schmidt Baſileenſi Doctore Medico tum theoriæ peritiſſimo, tùm maximè in praxi à multis annis exercitatiſſimo comprobata eſt. Æger ille cùm quintô, ſextô & ſeptimô die urinas omninò laudabiles emiſiſſet, octavô cum iſtis coctionis ſignis præter ſpem celeriter defunctus eſt. (*c*)

a) *Hippocr. libr. 1. epid. ſect. 2. Gal. comm. in aph. 12. ſect. 1.* b) *Hippocr. libr. 2. progn. 26. & coac. 575. Gal. l. d. & lib. 1. d. criſib. cap. 17.* c) *C. Romatet. Criſiolog. l. 1. cap. 6.*

LXXXIII.

Nucis myriſticæ præſtantia & uſus.

Cùm ſuperioribus diebus eſſem in monaſterio Franciſcanorum, incidit mihi longum colloquium cum generali Miniſtro ejus ordinis, qui tum illic decumbebat podagricus; cumque inter cætera ob certas cauſas ipſi commendarem uſum nucis myriſticæ, cœpit mihi admiratione dignum experimentum commemorare de ejus viridis uſû, ut quæ quosdam à graviſſimis, antiquis & incurabilibus morbis omninò liberaſſet, ſe tamen non fuiſſe expertum affirmabat, quòd hactenus virides habere nequiverit. Quæ cùm audiverim, illicò cogitavi mecum, experimentum hoc rationi eſſe conſentaneum. Adhæc, quòd nux myriſtica fortè habeat vires nondum cognitas aut deſcriptas. Ignota enim aut ſaltem indicta eſt Dioſcoridi, Galeno & omnibus veteribus: non dubito, quin haberi poſſint. Uſus hic eſt: ſumitur quotidiè quarta unius pars ex oleo manè, idque jejuno ventriculo: quod quidem & factu facilè & tutum exiſtit. Ratio quæ huic experimento ſuffragatur, hæc eſt: nux illa caput roborat, & maximè diuretica eſt; omitto, quod fortè aliquid occultum habeat. Oleum emollit alvum, nec ulla ex parte nocere poteſt.

P. Bruheſius in conſ. Garetii de arthritid. p. 105. Vid. cent. 7. part. 99.

LXXXIV.

Pulvis tormentarius ex auro mirabilis.

Cave, ne terram Auri, aliis ſpiritibus, quam ſuis & ſym-

ſympathicis fœtes, etenim in alienam ſubſtantiam tranſiret, ut ego ipſe vidi, Aurum ipſum, naturâ ipsâ incombuſtibile & incremabile, in pulverem, pulvere ipsô tormentario ſeu bellico combuſtibiliorem redactum, ſpiritu ſulphureo combuſtibili, terra ipſius auri fœta, quo nefanda ſcelera committi poſſunt, in hominum inevitabile malum: terræ motus effici prægrandes queunt, quo domus, imò civitas integra etſi populoſa ſit, susque deque ſubverti poſſint. Arcanum certè, pulveris bellici inventô multò pejus & crudelius, cujus proclamatorem, in ſuperiorem mundum beatum iri, non exiſtimo, tanquam inexhauſti malorum fontis demonſtratorem. *(a)*

Granum unum vel alterum, cultro impoſitum, ſi ſuperpoſitâ candelâ accensâ incaleſcat, ſimilem ſonum edit, ac ſi magna aliqua fuiſſet exploſa bombarda, & ſonus ille peracutus audienti & aſtanti quaſi auditũ lædit. Operatio hujus pulveris contraria eſt operationi pulveris pyrij. Ut enim hic vim ſuã per ſuperiora aſcendendo exerit: ita alter econtrà per inferiora ſaltem deorſum operatur. Aliquot ſcrupuli, ſuper laminam ferream ſatis craſſam, carbone incenſi, illam penetrando perforant. *(b)*

a) *P. Joan. Fabri, pallad. ſpag. p. 43.* b) *Croll. in Baſil. pagin. 111. Calcis auri, calore admota, unicum granum fragorem edit, velut tormentum, non ſine vulneratione ejus, qui tractat, quod dicitur aurum fulminans, German.* Schlaggold. *Morhard. libr. 1. de mirac. fol. 99.*

vide cent. 4. part. 87.

LXXXV.

LXXXV.

Aurum ignibus invictum, cur?

—— Uni nil deperit auro
Igne, velut ſolum conſumit nulla vetuſtas. (a)

In auro ſulfur fixum & incombuſtibile, naturæ igneæ, efficit, ut invictum idcircò contra vim omnem ignis reddatur, ne tantillum quidem eò abſumatur, quòd ſimile ſimili nullam vim inferat, ſed contra ſeſe mutuò foveant & conſervent, unde fit etiam, ut in igne jubilet, ac nobilius puriusque ex eo ſemper emergat. Idcircò auro, cum veriſſimè ignis & ſplendor ſit æthereus, Solis nomen inditum eſt: qui maximè igneus & lucidiſſimus Planeta eſt: nec non omnibus rebus vitam calore ac ſpiritibus ſuis impartiens. (*b*)

a) *Augurel. in Chryſop. Ariſtot. 3. Met. cap. 6.* b) *Quercetan. in reſp. contr. Anon. fol. 189. & 193. libr. 1. de priſc. phil. medic. cap. 5. Magir. Phyſiol. comment. ad cap. 1. libr. 5. Plinius ſcribit libr. 29. cap. 4. ſi auro liqueſcenti gallinæ carnes admiſceantur, in ſeſe conſumi, ideoq; auri venenum eſſe.*

LXXXVI.

Wie die *Terra ſigillata* zu probiren.

Es iſt zumercken / daß die Türckiſche Terra ſigillata, ſo ſie gerecht / und von vertrawten Leuten bekommen / der Schleſiſchen weit überlegen ſeye / ſonderlich was die innerliche mängel / darinn ſie gebrauchet wirdt / belangen thut / dann man ſich keines wegs auff eine jede Türckiſche Terr. ſigill. verlaſſen ſoll / weil vil betrug

trug mit unterlaufft / wie auch einer jeden Schleſiſchen nicht zutrawen / dann ſie nicht allein an ihr ſelbſt offtermals verfälſcht / ſondern etwan andern gemeinen leuten für Terr. ſigillat. umb vil Gelt mit groſſem ſchaden der Geſundheit verkaufft und hingegeben wirdt. Die gemeineſte und gewiſeſte weiß ſelbige zu probiren iſt / wie man ſonſt das Einhorn und den Bezoarſtein zu probiren pflegt / daß man nemlich nemme 2. Tauben / oder 2. andere Thier / und gebe denen beyden Gifft in gleichem gewicht auff ein quintlein ohngefähr / als da iſt Operment / oder gepulvert Wurtz von Eiſenhütlein / und da diß geſchehen / ſoll man dem einen theil ein gut quintlin oder mehr terr. ſigillat. wie man kan eingeben / und alſo zuſehen / ſo wird daſſelbige Thier wieder / doch nicht ohne erlittene Noth / darvon kommen / da doch das ander erſchröcklich dahin gehet und ſtirbet.

LXXXVII.

Der *Terræ ſigillatæ* Eygenſchafften.

1. Die Terra ſigillata hat eine beſondere eygenſchafft allerley Gifft und Gifftigen Kranckheiten zubegegnen / wie ſie dann der grewlichen uñ erſchröcklichen Peſtilentz zum höchſten wiederſtehet / und mit gewalt wider ſolche ſeüch ſchützet / darumb ſie auch eines halben quintleins ſchwer morgens nüchtern / ſo man an lufft gehen will / in einem wein oder Ringeleinblumen eſſig / oder in einem Saurampfer / Nußſchelffen / Cardenbenedict oder andern taugentlichen waſſern mag zu beſchützung genom̃en werden. Die aber ſo von der Peſt übereylet / und ſchon hefftig eingenommen ſeyn / die bringt ſie durch GOttes Hilff bald wieder zurecht in dem fall mag mã ein quintlein in Wein / Eſſig / Brühlein / oder in einem

ober-

oberzehlten Waſſer gebrauchen/ ſich ohne verzug in das Bett legen/ und 12. oder mehr Stund/ nach dem die Leibskräfften ſein/ ſchwitzen; da man es ein wenig bey zeit gebraucht/wirdt das Gifft gemeiniglich an ein Beülen außgetriben; ſo aber der anfang verſaumt wird/ und ſich allbereit ein zeichen erzeiget/treibet ſie das Gifft/ das noch in dem geblüt ſtecket auch mit gewalt dahin/ daß alſobald dem Menſchen mag geholffen werden.

2. Widerſtehet ſie mit groſſer Krafft faſt aller gifftiger Thieren/ und Würmen Biß und Stich/ als der Scorpionen. Schlangen/ Atern/ Jmen/ Spinnen/ wie auch der wüetigen Hund biß/ ja/ darob ſich zu verwundern/ ſo dienet ſie auch denen/ die mit Gifftigen Wehr und Waffen verletzt ſeyn. Jn ſolchem fall nemmet man von der terr. ſigill. ein Küchlein oder zwey/ darauß macht man mit nüchterem Speichel ein Teiglein/ ſtreichts auff ein tüchlein/ und legts auff den Schaden/ oder beſtreicht den Schaden darmit/ ſo nemmet es dem Gifft ſeine Krafft/ ſonderlich ſo man noch darzu zum überfluß einen theil deſſen zum Schweiß einnemmet.

3. So einem in eſſen/ trincken oder in ander weg Gifft wäre beygebracht worden/ der nemme alsdann ein quintlein/ mehr oder weniger (pro reſpectu ætatis & virium ejus qui veneno infectus eſſet) in einem bequemen Waſſer/ Wein oder Bier ein/ ſo wird das Gifft und unreine materi durch das erbrechen außgetriben; da aber das Gifft ſchon ein weil bey ihm geweſen/ und das geäder erreichet hätte/ ſoll er auch darvon in dem Bett ſchwitzen. Alſo dienet ſie auch gewaltiglich wieder die Liebtrünck (darvon offt Unſinnigkeit erfolgt) die treibt ſie durch das erbrechen wider von dem Menſchen/ wann

ſie

12. Dienet ſie wunderbarlich wider das Blutſpeyen/ davon die Lungenſucht/ und das Abnemmen entſtehet/ ſo man ſie mit Pfenningkraut-Waſſer einnimmt.

13. Kan ſie mit groſſem Nutz gebraucht werden wider alles jucken und beiſſen der Haut/ deßgleichen für allen Grind und Rauden/ die ſich ſonſt ungern haylen laſſen/ wie auch wider die Geflecht/ Außbrüch der Füß von Kälte/ ſo man ſie mit Wegerich oder Saurampfferwaſſer vertreibt/ und die unſaubere Haut offt darmit beſtreicht/ und von ſich ſelbſt laßt trucken werden.

14. Dienet ſie wider alle Kranckheit/ ſo durch den Schweiß ſolle vertrieben werden/ als da ſeyn Rothlauff/ hitzige Fieber/ die ſteht wehren/ und die rothe mäler haben.

Das hab ich Ew. Fürſtlichen Gn. auß eigner Erfahrung und den geſchriebnen Büchern in Unterthänigkeit auff dero gnädig Begehren von der Terra Sigillata auffzeichnen wollen.

Alex. Camerarius D. A. P.

LXXXVIII.

Lunæ vires in Animalia.

Sanguis, Cerebrum, & medulla cùm lumine Lunæ viciſſim in animalibus & augentur & minuuntur: Luna ſuo viſu ferarum occiſa corpora in tabem reſolvit: & dormienti animali torporem in caput revocat. Iumentorum quorundam in oculis morbi ſubinde increſcunt, minuunturque cum Lunâ. Formica interlunio ſemper quieſcit: plenilunio etiam noctibus operatur. Elephantes, teſte Plinio, Lunam adorant. Soricum fibræ numero dierum Lunæ reſpondere traduntur.

J. Aſ. Ampſing. Jatro-Mathem. p. 160. & ſq.

LXXXIX.

Digitized by Google

LXXXIX.

In Homines in ſpecie.

Luna per ſingulas humani corporis partes peculiari vi effectuque volvitur, non ſine acerrimo nonnunquam cruciatûs ſenſu. Si quid enim latentis Occultâque vitii ulli membro ſubeſt: doloribus acerbè concutitur ac dilaceratur, vellicante illas partes Lunæ vi, aut agitatis humoribus, qui illi infixi ſunt, ac tenaciter inhæreſcunt. Ita omnes morbi, affectus, intemperies Lunæ vi exaſperantur atque incrudeſcunt ubi articulis inſidet: adeò ut vulnera ægrè ſaneſcant, aut cicatrice obducantur, ac nonnunquam lethalia efficiantur, ſi quando illi membro illata ſunt, cui incumbit. Pari ratione caput, fauces, pulmo, pectus, hepar, lien, renes, veſica, inteſtina, tùm nervoſæ partes incommodum percipiunt, aut in iis intemperies ingraveſcit, ſubſiſtente in iis viſceribus ſidere. Sic pectus aſtrictum eſt & anheloſum, nervi, membranæ, muſculi contrahũtur ac rigeſcunt, ubi hâc Luna decurrit. Humores enim, quibus omnia membra imbuta ſunt & aluntur, cùm ſalubres, tùm inſalubres & vitioſi, Lunæ motibus effectibusque expoſiti ſunt & ſubditi. Hydropicorum aquæ ad motum Lunæ modò exturgeſcunt, modò deturgeſcunt. Criſes morborum acutorum à Luna concitantur, trigonum mutante in locis Zodiaci, tetragonis diametrisque à primo morbi momento ſupputatis.

Ibid. Confer quà alia centur. 6. part. 58.

XC.

Homines piloſi.

Noſti, quod Eſau frater meus homo piloſus ſit. *(a)*

Carmani navigantium dexterâ poſiti ſunt, ſine veſte ac fruge, ſine pecore ac ſedibus, piſcium cute ſe velant, carne veſcuntur, præter capita toto corpore hirſuti. *(b)* Sunt, qui ſylveſtres, hirti corpore, caninis dentibus. (*c*) Vidi Hiſpanum quendam pilis refertiſſimum in omni corporis parte, præterquam in facie, & manuum parte. Vidi etiam veſtalem adeò piloſam. (*e*) Exigit locus hic hiſtoriam de Hiſpano puero: quem ex India advectum, alii parentibus Indicis in Hiſpania natum putant. Is candidis pilis totus tectus fuit. (*f*)

a) *Geneſ. c. 27.* b) *Pomp. Mela libr. 3. cap. 43.* c) *Solin. c. 65. Plin. l. 7. cap. 2.* e) *Columb. de re anat. l. 15. c. 2.* f) *Scaliger. Exerc. 114.*

XCI.

Iuſti Lipſi Morbus.

Intemperies mea adhuc me tenet, ita enim veriùs appellitare videor poſſe, quàm morbum. Cætera valeo: calor tantùm moleſtus in hepate, meſenterio, & penè dixerim venenatis in eo venis. Hæ ſunt, eæ venulæ, quæ pugnam mihi cum ſtomacho movent: quæ calorē ejus ſuccumque ad ſe trahunt malâ vi aut fraude. Caputne alterum de melancholia Rondeletii tui legiſti? Is purus putus meus morbus. Myrachialem Arabes, niſi fallor, appellant. (*a*) Sed mihi non planè capitalis ille morbus, non inquam vera melancholia, ſed tantùm ſoboles ejus, flatuoſa ille hypochondriaca affectio, longa & ſæva nihilominus, niſi quòd cerebro & menti adhuc parcit; Quæ conſtant mihi, niſi erro; nam in hoc ipſo morbo illud mi-

mirum, quòd cùm maximè deſipiunt, ſapere maximè ſibi videntur, & ita aberrat à ſe mens, ut ſe non quærat. (*b*) Pugno ſanè cum hoc meo morbo ſtrenuè, & abjeciſſe ſæpè videor, ſed ut Antæus quiſpiam vireſcit & reſurgit. Frigidis juvari imprimè videor: ſed crebra & continens eorum uſio, ſcis, quàm non ventriculi ex uſu. Hic nodus. Habes ei cuneum? an tu quoque cum veteris Scholæ Medicis adhæres? Dico, veteris, nam iſti novi à Paracelſo auxilium pollicentur ab vitrioli aceto. Frigerare id ajunt, penetrare, aperire & ſimul robur addere viſceribus & membris. Et ſanè (iram & vocem comprime) jam utor, ſucceſſu non infelici. De exitu videbo: ſi juvare ita porrò pergit, ego inventorem hunc Deum. Phlebotomiâ nuper etiam uſus eram, & juvit valdè; ſed quid dicam? Ut ille in Ætna ignis intervalla ſua habet, & cùm deſæviiſſe creditur, redit: ita meus iſte. Quem niſi brevi tollo, me tollet. (*c*) Similis aliquis languor fuit, qui magnum Laurentium illum Medicem tenuit & citò abſtulit, ſed per imperitiam medicorum. Nam aliàs ad mortē non ita præceps. Et profectò terræ illa progenies ducet me ad terram. (*d*)

a. c) *Lipſius Ep. cent. 1. ep. 81.* b) *ep. 79.* d) *ep. 100.*

XCII.

Alciati Mors.

Erat, ut ſcis, Alciatus Juriſconſultus, vir omni laude dignus, qui noſtram provinciam noſtramque ætatem miris modis, tùm etiam monumentis illuſtravit. Prudens etiam in omni civilium actionum genere, utque brevi pertranſeam immenſum pelagus lau-

dum ſuarum, humillima ſtirpe natus divitias, nomē, ſtipendium, doctrinam, Regum amicitias ſibi non vulgares comparavit. Sed hæc omnia ex ſorte. Sed præter ſortē, ut ſolus legeret, Collegii Mediolanenſis ſocietatē & ordinem Senatoriū, majora etiam, ſi non modo curaſſet, verùm non neglexiſſet, habiturus. Hic igitur tantus vir cùm ægrotaret vel infeliciſſimis Medicis, vel omninò imperitis utebatur, noviſſimè autem ex omnibus, qui Papiæ degebant, unum penitus literarum expertem ſibi delegit inter tot præclaros viros, eumque ſolùm, ſub quo mortuus eſt. Improbabis conſilium Viri, at ego probo. Voluit videri, puto, vir ſapientiſſimus mortis ac tantæ jacturæ medicinam non fuiſſe conſciam, itaque advocavit empiricum. Quis enim novit, an vitæ pigeret, vel quòd pedum doloribus nimium gravaretur, vel quod ſe ad ſummum gloriæ perveniſſe ſentiret.

Cardan. ad Thadd. Dun. Epiſtol. Th. Dun. Ep. 8.

XCIII.

Magna circa Medicam artem ſimplicitas.

Cum agyrta quidam pilulas venales publicè propoſuiſſet, easque ad omnes & citiſſimè & certiſſimè auferendos morbos laudaſſet, ruſticus fortè aſtans interrogat, num earum beneficio & aſinum, quem antè biduum amiſerat, poſſet invenire: agyrta lucro intentus certò ruſtico pollicetur, aſinum inveniendum, ſi ſequenti manè pilulis aſſumptis per loca, in quibus aſinum amiſerat, obambularet: ruſticus diligenter, quæ injuncta erant, præſtat; cùm tandem pilulis ſuis officium facientibus, ut alvum exone-

neraret, ruſticus retrò ſepem ſe contuliſſet, Iove propitio, aſinum ſuum invenit. O inſigne probatum eſt! quæ fortaſſis hiſtoria, etſi vera non eſt, attamen à majoribus noſtris eſt tradita, ne tàm temerè, ut vulgò fieri ſolet iſtis, qui tàm temerè de medicamentis judicia ferunt, credamus. Ante annos aliquot in Academia Lovanienſi accidit, ut inſignis quidam Medicus Doctor, Spiringus nomine, ægrotum haberet Synocho putrida laborantem, & omnibus rectè peractis, vidit tandem die critico febrem hanc per ſudorem judicandam; cùm autem nox præcedens gravior eſſet, amici iſtius ægroti admodum importunè de media nocte Spiringum rogant, citò ægrotum viſitare dignaretur jam peſſimè habentem: at ipſe, ut iſtos à ſe amoliretur, conſuluit, ut duo folia ſalviæ decuſſatim poſita cum tribus micis ſalis plantis utriusq; pedis apponerent, & viſuros magnam ſudoris copiam erupturam, & ægrotum citò liberandum: quod cùm factum eſſet, à plurimis hoc ſecretum, ſcilicet, in multorum: Probatum eſt, relatum ſcimus.

Garetius conſil. de arthrit. collectis Epiſtol. ad Lector.

XCIV.

Methodi medendi neceſſitas.

Non omnibus ægris eadem auxilia conveniunt. *(a)* Hinc Galenus methodo medendi cum eſſet inſtructus, eos morbos ſe curaſſe ſcribit, *(b)* quos neque ipſe ante curaverat, neque à Præceptore curari viderat. Et rectè ſanè. Nam methodum qui tenet, & præterea medicamentorũ vires habet perſpectas, cum

nunquã idonea medicamenta deficient. Contra quãvis quis optimorũ medicamentorũ copioſam ſuppellectilẽ habeat, methodum autem non teneat, ea medicamenta non ſolùm non erunt θεῶν χεῖρες, ſed potiùs ignis in manu ſtulti, aut gladius in manu furioſi. (c) Solâque methodo maximè herbariis atque Pharmacopæis, quibus etiam cognita eſt remediorum materia, Medicus eſt præſtantior; Hujusque inverſio non modò nihil ad curationem proficit, ſed & plerumq; morbum conduplicat. (*d*)

a) *Celſ. libr. 3. cap. 1.* b) *3. meth. med. 3.* c) *Sennert. Inſtit. med. l. 5. part. 2 ſect. 1. c. 1.* d) *Fernel. meth. med. l. 1. cap. 4.*

XCV.

Seculi in cenſendis Scriptis perverſitas.

Ea eſt ſeneſcentis & vergentis hujus ſeculi judiciorum licentia, ut perfrictâ fronte quò quisque magis eſt, non recentiorum ſolùm, ſed veterum etiam ſcriptorum cenſorem ſe & caſtigatorem ſtatuat, atq; pro libidine interpretetur: eâ opinionum & interpretationum diſſenſione atque diſcordia fit, nihil ut jam ratum & conſtans, nil firmum & perpetuum in ullo artium diſciplinarumvé genere habeatur, ſed in contrarias non modò ſententias, ſed etiam partes & ſtudia diverſa eatur, tacitis inde odiis & occultis ſimultatibus reſidentibus in multorum animis, quæ levi irritamento vel in jurgioſas & inimicitiis incenſas contentiones erumpant, vel in mutuam malevolentiam & communem omnium perniciem exardeſcant.

G. Plantius in Epiſtol. Med. Va. Fernel. præfix.

XCVI.

XCVI.

Atra bilis materia: Humor melancholicus & bilis.

De Materia, ex quâ atra bilis generatur, non levis inter Auctores notatur diſcrepantia. Alii enim ex omni humore corrupto illam generari autumant: alii ex melancholia, ſanguine & bile aduſta naſci eam poſſe volunt: nonnulli ſanguinem, nonnulli pituitam excludunt. (a) Verùm nos firmiter credimus & ſtatuimus ex omni humore aſſato & aduſto talem materiam erodentem & corrumpentem produci poſſe. Nam humorem melancholicum naturalem propter ſymbolicas qualitates in non naturalē ſæpè degenerare, omnes uno ore fatentur. Differt autem à naturali, ut fex uſta à non uſtá, non tamen perfectè in cineres redacta, quia non omni ſucco penitus privatur humor in corpore, ſed, quantum poteſt, adurendo exiccatur, unde acris evadit, & terram fermentat. (b) Similiter ad bilem quod attinet, extra omnem dubitationis aleam poſitum eſſe arbitramur, illam à calore adurente in atrum humorem facilè abire, quia in hâc terrenæ, acres & aquoſæ partes reperiuntur; (c) Hæ partes ſi per uſtionem aut putredinem alterantur, primùm producitur vitellina, poſt æruginoſa & cærulea, moxque atra bilis omnium pernicioſiſſima, quæ tantò malignior, quantò bilis humore melancholico acrior. (d)

XCVII.

Sanguis & Pituita.

Ut in bile vel melancholia partes terrenæ & aquo-

ſympathicis fœtes, etenim in alienam ſubſtantiam tranſiret, ut ego ipſe vidi, Aurum ipſum, naturâ ipſâ incombuſtibile & incremabile, in pulverem, pulvere ipsô tormentario ſeu bellico combuſtibiliorem redactum, ſpiritu ſulphureo combuſtibili, terra ipſius auri fœta, quo nefanda ſcelera committi poſſunt, in hominum inevitabile malum: terræ motus effici prægrandes queunt, quo domus, imò civitas integra etſi populoſa ſit, ſusque deque ſubverti poſſint. Arcanum certè, pulveris bellici inventô multò pejus & crudelius, cujus proclamatorem, in ſuperiorem mundum beatum iri, non exiſtimo, tanquam inexhauſti malorum fontis demonſtratorem. *(a)*

Granum unum vel alterum, cultro impoſitum, ſi ſuperpoſitâ candelâ accensâ incaleſcat, ſimilem ſonum edit, ac ſi magna aliqua fuiſſet exploſa bombarda, & ſonus ille peracutus audienti & aſtanti quaſi auditũ lædit. Operatio hujus pulveris contraria eſt operationi pulveris pyrij. Ut enim hic vim ſuã per ſuperiora aſcendendo exerit: ita alter econtrà per inferiora ſaltem deorſum operatur. Aliquot ſcrupuli, ſuper laminam ferream ſatis craſſam, carbone incenſi, illam penetrando perforant. *(b)*

a) *P. Joan. Fabri, pallad. ſpag. p. 43.* b) *Croll. in Baſil. pagin. 111. Calcis auri, calore admota, unicum granum fragorem edit, velut tormentum, non ſine vulneratione ejus, qui tractat, quod dicitur aurum fulminans, German.* Schlaggold. *Morhard. libr. 1. de mirac. fol. 99.*

vide cent. 4. part. 87.

LXXXV.

LXXXV.

Aurum ignibus invictum, cur?

—— Uni nil deperit auro
Igne, velut ſolum conſumit nulla vetuſtas. (a)

In auro ſulfur fixum & incombuſtibile, naturæ igneæ, efficit, ut invictum idcircò contra vim omnem ignis reddatur, ne tantillum quidem eò abſumatur, quòd ſimile ſimili nullam vim inferat, ſed contra ſeſe mutuò foveant & conſervent, unde fit etiam, ut in igne jubilet, ac nobilius puriusque ex eo ſemper emergat. Idcircò auro, cum veriſſimè ignis & ſplendor ſit æthereus, Solis nomen inditum eſt: qui maximè igneus & lucidiſſimus Planeta eſt: nec non omnibus rebus vitam calore ac ſpiritibus ſuis impartiens. (*b*)

a) *Augurel. in Chryſop. Ariſtot. 3. Met. cap. 6.* b) *Querceten. in reſp. contr. Anon. fol. 189. & 193. libr. 1. de priſc. phil. medic. cap. 5. Magir. Phyſiol. comment. ad cap. 1. libr. 5. Plinius ſcribit libr. 29. cap. 4. ſi auro liqueſcenti gallinæ carnes admiſceantur, in ſeſe conſumi, ideoq; auri venenum eſſe.*

LXXXVI.

Wie die *Terra ſigillata* zu probiren.

Es iſt zumercken / daß die Türckiſche Terra ſigillata, ſo ſie gerecht / und von vertrawten Leuten bekommen / der Schleſiſchen weit überlegen ſeye / ſonderlich was die innerliche mängel / darinn ſie gebrauchet wirdt / belangen thut / dann man ſich keines wegs auff eine jede Türckiſche Terr. ſigill. verlaſſen ſoll / weil vil betrug

trug mit unterlaufft / wie auch einer jeden Schleſiſchen nicht zutrawen / dann ſie nicht allein an ihr ſelbſt offtermals verfälſcht / ſondern etwan andern gemeinen leuten für Terr. ſigillat. umb vil Gelt mit groſſem ſchaden der Geſundheit verkaufft und hingegeben wirdt. Die gemeineſte und gewiſeſte weiß ſelbige zu probiren iſt / wie man ſonſt das Einhorn und den Bezoarſtein zu probiren pflegt / daß man nemlich nemme 2. Tauben / oder 2. andere Thier / und gebe denen beyden Gifft in gleichem gewicht auff ein quintlein ohngefähr / als da iſt Operment / oder gepulvert Wurtz von Eiſenhütlein / und da diß geſchehen / ſoll man dem einen theil ein gut quintlin oder mehr terr. ſigillat. wie man kan eingeben / und alſo zuſehen / ſo wird daſſelbige Thier wieder / doch nicht ohne erlittene Noth / darvon kommen / da doch das ander erſchröcklich dahin gehet und ſtirbet.

LXXXVII.

Der *Terræ ſigillatæ* Eygenſchafften.

1. Die Terra ſigillata hat eine beſondere eygenſchafft allerley Gifft und Gifftigen Kranckheiten zubegegnen / wie ſie dann der grewlichen uñ erſchröcklichen Peſtilentz zum höchſten wiederſtehet / und mit gewalt wider ſolche ſeüch ſchützet / darumb ſie auch eines halben quintleins ſchwer morgens nüchtern / ſo man an lufft gehen will / in einem wein oder Ringeleinblumen eſſig / oder in einem Saurampfer / Nußſchelffen / Cardenbenedict oder andern taugentlichen waſſern mag zu beſchützung genom̃en werden. Die aber ſo von der Peſt übereylet / und ſchon hefftig eingenommen ſeyn / die bringt ſie durch GOttes Hilff bald wieder zurecht in dem fall mag mã ein quintlein in Wein / Eſſig / Brühlein / oder in einem

oder-

oberzehlten Waſſer gebrauchen/ ſich ohne verzug in das Bett legen/ und 12. oder mehr Stund/ nach dem die Leibskräfften ſein/ ſchwitzen; da man es ein wenig bey zeit gebraucht/wirdt das Gifft gemeiniglich an ein Beülen außgetriben; ſo aber der anfang verſaumt wird/ und ſich allbereit ein zeichen erzeiget/treibet ſie das Gifft/ das noch in dem geblüt ſtecket auch mit gewalt dahin/ daß alſobald dem Menſchen mag geholffen werden.

2. Widerſtehet ſie mit groſſer Krafft faſt aller gifftiger Thieren/ und Würmen Biß und Stich/ als der Scorpionen. Schlangen/ Atern/ Jmen/ Spinnen/ wie auch der wüetigen Hund biß/ ja/ darob ſich zu verwundern/ ſo dienet ſie auch denen/ die mit Gifftigen Wehr und Waffen verletzt ſeyn. Jn ſolchem fall nemmet man von der terr. ſigill. ein Küchlein oder zwey/ darauß macht man mit nüchterem Speichel ein Teiglein/ ſtreichts auff ein tüchlein/ und legts auff den Schaden/ oder beſtreicht den Schaden darmit/ ſo nemmet es dem Gifft ſeine Krafft/ ſonderlich ſo man noch darzu zum überfluß einen theil deſſen zum Schweiß einnemmet.

3. So einem in eſſen/ trincken oder in ander weg Gifft wäre beygebracht worden/ der nemme alsdann ein quintlein/ mehr oder weniger (pro reſpectu ætatis & virium ejus qui veneno infectus eſſet) in einem bequemen Waſſer/ Wein oder Bier ein/ ſo wird das Gifft und unreine materi durch das erbrechen außgetriben; da aber das Gifft ſchon ein weil bey ihm geweſen/ und das geäder erreichet hätte/ ſoll er auch darvon in dem Bett ſchwitzen. Alſo dienet ſie auch gewaltiglich wieder die Liebtrünck (darvon offt Unſinnigkeit erfolgt) die treibt ſie durch das erbrechen wider von dem Menſchen/ wann

ſie

ſie ohn langen verzug gebraucht wird / oder durch den Schweiß / ſo es etwan lang angeſtanden wäre.

4. Hat ſie eine heimliche verwandſchafft mit dem Hertzen und lebendigen Geiſtern / auch ſtärcket ſie hefftig faſt alle fürnehmen Glieder des Menſchlichen Cörpers. Dann ſo das Hertz ſchwach iſt / nemmet man terr. ſigill. und zertreibet ſelbige mit Eſſig / thut darzu ein wenig Zimmet / machet darauß ein Teiglein / das ſtreichet man auff / und legt es auff daß Hertz; oder man vertreibet ſie mit aq. meliſs. borrag. fl. tunic. bugloſſ. oder Wein / gibt es für ein Särckung ein / uñ ſtreichts als ein Sälblein über das Hertz / und Pulsadern / händen und füſſen. Alſo das Hauptwehe / und alle blödigkeit deſſelben zu vertreiben / und des hirns Krafft zu ſtärcken vertreibet man es aq. vit. odor. roſar. beton. vel major. und gibts ein / wie man dann auch an die Stirn und ſchläff ſtreichen mag.

5. Iſt ſie auch gut für den catarrh, Hauptflüß und ſchnupffen / ſo man deren ein theil etlichmal mit weiſſen Wein oder Brüe einniñet / daher ſie auch für die flüſſige hitz / ſo in die augen fällt / rinnen und röthe derſelben verurſachen / ein fürtrefflich Lob hat / ſo man derſelben ein theil mit roſen / wegerich / fenchel / Augentroſt / Rauthen / Baldrian oder dergleichen waſſer vertreibet / und ein ſchwartze hünerfeder darin netzet / und darein traifet / oder ein tüchlein darin netzt / und auff die ſtirn leget.

6. Iſt ſie auch gut wieder allerley Blutflüß / ſie ſeyn gleich von Hertzen / leber / Mutter / naſen / oder andern orten gefloſſen gantz fürtrefflich / wann man ſie mit einem wegerich / weggraß / Eichenlaub / oder andern dergleichen Waſſer eingibt / und ſo Stich oder Wunden

vor-

Digitized by Google

vorhanden/ daher das Blut mit Hauffen lieffe/ ſelbige in erzehltem Waſſer vertriben/ als ein Pflaſter übergeleget. In dem Naſenſchweiſſen ſoll mann ein Theil mit Eſſig/ album. ov. pulv. tormentill. zu einem Müßlein machen/ auff ein Tuch ſtreichen/ auff den Nacken und Schläff legen/ und in die Naſen ſtreichen.

7. Wann ein Menſch von fallen/ ſtoſſen oder ſchlägen gerunnen Blut in ihm hätte/ ſoll man ihme ein Quintlein in Wein/ Bier/ Kerbeln/ ſcabioſa, oder Schwalbenwurtz Waſſer eingeben.

8. Stellet und ſtopffet ſie gar gewiß alle Durchlauff/ Durchbrüch/ rothe Ruhr/ Bauchflüß/ wann auch gleich die Speiſen unverdawet von einem giengen/ ſo man ein Quintlein derſelben mit tormentill, Wegrich/ Aychenlaub/ oder Schlehenblüt-waſſer/ oder mit Quittenwein/ Quittenſafft/ roth Roſenſafft und dergleichen/ dem Krancken eingibet.

9. So man ſich mit Fewer/ heiſſem Waſſer/ oder andern Sachen verbranndt hätte/ kan man den Menſchen bald wieder zurecht bringen/ daß ſelten Brandblattern aufffahren/ ſo man über terr. ſigill. Brunnenwaſſer/ welches ein Nacht über lebendigem Kalch geſtanden/ ſchüttet/ darein tauchet man eine ſchwartze Hünerfeder/ und ſchmieret damit das verbrandte Glied offtermahls.

10. Hat ſie auch das Lob alle friſche Wunden/ und allerhand böſe hitzige Zufäll derſelben zu heylen/ ſo man ſie eingibt/ und Pflaſterweiß überlegt.

11. Iſt ſie überauß gut vor das innwendige Halsgeſchwär/ und für das enzündete und geſchwollene Zäpfflein/ ſo man ſie in Braunellen oder Hartrigelwaſſer vertreibt/ und an ſtatt eines Gurgelwaſſers gebraucht/ und auch in dem Bett davon ſchwitzet.

12. Die-

12. Dienet ſie wunderbarlich wider das Blutſpeyen/ davon die Lungenſucht/ und das Abnemmen entſtehet/ ſo man ſie mit Pfenningkraut-Waſſer einnimmt.

13. Kan ſie mit groſſem Nutz gebraucht werden wider alles jucken und beiſſen der Haut/ deßgleichen für allen Grind und Rauden/ die ſich ſonſt ungern haylen laſſen/ wie auch wider die Geſlecht/ Außbrüch der Füß von Kälte/ ſo man ſie mit Wegerich oder Saurampfferwaſſer vertreibt/ und die unſaubere Haut offt darmit beſtreicht/ und von ſich ſelbſt laßt trucken werden.

14. Dienet ſie wider alle Kranckheit/ ſo durch den Schweiß ſolle vertrieben werden/ als da ſeyn Rothlauff/ hitzige Fieber/ die ſtehts wehren/ und die rothe mäler haben.

Das hab ich Ew. Fürſtlichen Gn. auß eigner Erfahrung und den geſchriebnen Büchern in Unterthänigkeit auff dero gnädig Begehren von der Terra Sigillata auffzeichnen wollen.

Alex. Camerarius D. A. P.

LXXXVIII.

Lunæ vires in Animalia.

Sanguis, Cerebrum, & medulla cùm lumine Lunæ viciſſim in animalibus & augentur & minuuntur: Luna ſuo viſu ferarum occiſa corpora in tabem reſolvit: & dormienti animali torporem in caput revocat. Iumentorum quorundam in oculis morbi ſubinde increſcunt, minuunturque cum Lunâ. Formica interlunio ſemper quieſcit: plenilunio etiam noctibus operatur. Elephantes, teſte Plinio, Lunam adorant. Soricum fibræ numero dierum Lunæ reſpondere traduntur.

J. Aß. Ampßng. Jatro-Mathem. p. 160. & ſq.

LXXXIX.

Digitized by Google

LXXXIX.

In Homines in ſpecie.

Luna per ſingulas humani corporis partes peculiari vi effectuque volvitur, non ſine acerrimo nonnunquam cruciatûs ſenſu. Si quid enim latentis Occultique vitii ulli membro ſubeſt: doloribus acerbè concutitur ac dilaceratur, vellicante illas partes Lunæ vi, aut agitatis humoribus, qui illi infixi ſunt, ac tenaciter inhæreſcunt. Ita omnes morbi, affectus, intemperies Lunæ vi exaſperantur atque incrudeſcunt ubi articulis inſidet: adeò ut vulnera ægrè ſaneſcant, aut cicatrice obducantur, ac nonnunquam lethalia efficiantur, ſi quando illi membro illata ſunt, cui incumbit. Pari ratione caput, fauces, pulmo, pectus, hepar, lien, renes, veſica, inteſtina, tùm nervoſæ partes incommodum percipiunt, aut in iis intemperies ingraveſcit, ſubſiſtente in iis viſceribus ſidere. Sic pectus aſtrictum eſt & anheloſum, nervi, membranæ, muſculi contrahũtur ac rigeſcunt, ubi hâc Luna decurrit. Humores enim, quibus omnia membra imbuta ſunt & aluntur, cùm ſalubres, tùm inſalubres & vitioſi, Lunæ motibus effectibusque expoſiti ſunt & ſubditi. Hydropicorum aquæ ad motum Lunæ modò exturgeſcunt, modò deturgeſcunt. Criſes morborum acutorum à Luna concitantur, trigonum mutante in locis Zodiaci, tetragonis diametrisque à primo morbi momento ſupputatis.

Ibid. Confer quæ alia centur. 6. part. 58.

XC.

Homines piloſi.

Noſti, quod Eſau frater meus homo piloſus ſit. *(a)*

Carmani navigantium dexterâ poſiti ſunt, ſine veſte ac fruge, ſine pecore ac ſedibus, piſcium cute ſe velant, carne veſcuntur, præter capita toto corpore hirſuti. *(b)* Sunt, qui ſylveſtres, hirti corpore, caninis dentibus. (*c*) Vidi Hiſpanum quendam pilis refertiſſimum in omni corporis parte, præterquam in facie, & manuum parte. Vidi etiam veſtalem adeò piloſam. (*e*) Exigit locus hic hiſtoriam de Hiſpano puero: quem ex India advectum, alii parentibus Indicis in Hiſpania natum putant. Is candidis pilis totus tectus fuit. (*f*)

a) *Geneſ. c. 27.* b) *Pomp. Mela libr. 3. cap. 43.* c) *Solin. c. 65. Plin. l. 7. cap. 2.* e) *Columb. de re anat. l. 18. c. 2.* f) *Scaliger. Exerc. 114.*

XCI.

Iuſti Lipſi Morbus.

Intemperies mea adhuc me tenet, ita enim veriùs appellitare videor poſſe, quàm morbum. Cætera valeo: calor tantùm moleſtus in hepate, meſenterio, & penè dixerim venenatis in eo venis. Hæ ſunt, eæ venulæ, quæ pugnam mihi cum ſtomacho movent: quæ calorẽ ejus ſuccumque ad ſe trahunt malâ vi aut fraude. Caputné alterum de melancholia Rondeletii tui legiſti? Is purus putus meus morbus. Myrachialem Arabes, niſi fallor, appellant. (*a*) Sed mihi non planè capitalis ille morbus, non inquam vera melancholia, ſed tantùm ſoboles ejus, flatuoſa illa hypochondriaca affectio, longa & ſæva nihilominus, niſi quòd cerebro & menti adhuc parcit; Quæ conſtant mihi, niſi erro; nam in hoc ipſo morbo illud mi-

mirum, quòd cùm maximè deſipiunt, ſapere maximè ſibi videntur, & ita aberrat à ſe mens, ut ſe non quærat. (*b*) Pugno ſanè cum hoc meo morbo ſtrenuè, & abjeciſſe ſæpè videor, ſed ut Antæus quispiam vireſcit & reſurgit. Frigidis juvari imprimè videor: ſed crebra & continens eorum uſio, ſcis, quàm non ventriculi ex uſu. Hic nodus. Habes ei cuneum? an tu quoque cum veteris Scholæ Medicis adhæres? Dico, veteris, nam iſti novi à Paracelſo auxilium pollicentur ab vitrioli aceto. Frigerare id ajunt, penetrare, aperire & ſimul robur addere viſceribus & membris. Et ſanè (iram & vocem comprime) jam utor, ſucceſſu non infelici. De exitu videbo: ſi juvare ita porrò pergit, ego inventorem hunc Deum. Phlebotomiâ nuper etiam uſus eram, & juvit valdè; ſed quid dicam? Ut ille in Ætna ignis intervalla ſua habet, & cùm deſæviiſſe creditur, redit: ita meus iſte. Quem niſi brevî tollo, me tollet. (*c*) Similis aliquis languor fuit, qui magnum Laurentium illum Medicem tenuit & citò abſtulit, ſed per imperitiam medicorum. Nam aliàs ad mortẽ non ita præceps. Et profectò terræ illa progenies ducet me ad terram. (*d*)

a. c) *Lipſius Ep. cent. 1. ep. 81.* b) *ep. 79.* d) *ep. 100.*

XCII.

Alciati Mors.

Erat, ut ſcis, Alciatus Juriſconſultus, vir omni laude dignus, qui noſtram provinciam noſtramque ætatem miris modis, tùm etiam monumentis illuſtravit. Prudens etiam in omni civilium actionum genere, utque brevi pertranſeam immenſum pelagus lau-

dum ſuarum, humillima ſtirpe natus divitias, nomẽ, ſtipendium, doctrinam, Regum amicitias ſibi non vulgares comparavit. Sed hæc omnia ex ſorte. Sed præter ſortẽ, ut ſolus legeret, Collegii Mediolanenſis ſocietatẽ & ordinem Senatoriũ, majora etiam, ſi non modo curaſſet, verùm non neglexiſſet, habiturus. Hic igitur tantus vir cùm ægrotaret vel infeliciſſimis Medicis, vel omninò imperitis utebatur, noviſſimè autem ex omnibus, qui Papiæ degebant, unum penitus literarum expertem ſibi delegit inter tot præclaros viros, eumq́ue ſolùm, ſub quo mortuus eſt. Improbabis conſilium Viri, at ego probo. Voluit videri, puto, vir ſapientiſſimus mortis ac tantæ jacturæ medicinam non fuiſſe conſciam, itaque advocavit empiricum. Quis enim novit, an vitæ pigeret, vel quòd pedum doloribus nimium gravaretur, vel quod ſe ad ſummum gloriæ perveniſſe ſentiret.

Cardan. ad Thadd. Dun. Epiſtol. Th. Dun. Ep. 8.

XCIII.

Magna circa Medicam artem ſimplicitas.

Cum agyrta quidam pilulas venales publicè propoſuiſſet, easq́ue ad omnes & citiſſimè & certiſſimè auferendos morbos laudaſſet, ruſticus forte aſtans interrogat, num earum beneficio & aſinum, quem antè biduum amiſerat, poſſet invenire: agyrta lucro intentus certò ruſtico pollicetur, aſinum inveniendum, ſi ſequenti manè pilulis aſſumptis per loca, in quibus aſinum amiſerat, obambularet: ruſticus diligenter, quæ injuncta erant, præſtat; cùm tandem pilulis ſuis officium facientibus, ut alvum exone-

ne-

neraret, ruſticus retrò ſepem ſe contuliſſet, Iove propitio, aſinum ſuum invenit. O inſigne probatum eſt! quæ fortaſſis hiſtoria, etſi vera non eſt, attamen à majoribus noſtris eſt tradita, ne tàm temerè, ut vulgò fieri ſolet iſtis, qui tàm temerè de medicamentis judicia ferunt, credamus. Ante annos aliquot in Academia Lovanienſi accidit, ut inſignis quidam Medicus Doctor, Spiringus nomine, ægrotum haberet Synocho putrida laborantem, & omnibus rectè peractis, vidit tandem die critico febrem hanc per ſudorem judicandam; cùm autem nox præcedens gravior eſſet, amici iſtius ægroti admodum importunè de media nocte Spiringum rogant, citò ægrotum viſitare dignaretur jam peſſimè habentem: at ipſe, ut iſtos à ſe amoliretur, conſuluit, ut duo folia ſalviæ decuſſatim poſita cum tribus micis ſalis plantis utriusq; pedis apponerent, & viſuros magnam ſudoris copiam erupturam, & ægrotum citò liberandum: quod cùm factum eſſet, à plurimis hoc ſecretum, ſcilicet, in multorum: Probatum eſt, relatum ſcimus.

Garetius conſil. de arthrit. collectis Epiſtol. ad Lector.

XCIV.

Methodi medendi neceſſitas.

Non omnibus ægris eadem auxilia conveniunt. *(a)* Hinc Galenus methodo medendi cum eſſet inſtructus, eos morbos ſe curaſſe ſcribit, *(b)* quos neque ipſe ante curaverat, neque à Præceptore curari viderat. Et rectè ſanè. Nam methodum qui tenet, & præterea medicamentorũ vires habet perſpectas, cum

nunquã idonea medicamenta deficient. Contra quãvis quis optimorũ medicamentorũ copioſam ſuppellectilẽ habeat, methodum autem non teneat, ea medicamenta non ſolùm non erunt θεῶν χεῖρες, ſed potiùs ignis in manu ſtulti, aut gladius in manu furioſi. (*c*) Solâque methodo maximè herbariis atque Pharmacopæis, quibus etiam cognita eſt remediorum materia, Medicus eſt præſtantior; Hujusque inverſio non modò nihil ad curationem proficit, ſed & plerumq; morbum conduplicat. (*d*)

a) *Celſ. libr. 3. cap. 1.* b) *3. meth. med. 3.* c) *Sennert. Inſtit. med. l. 5. part. 2 ſect. 1. c. 1.* d) *Fernel. meth. med. l. 1. cap. 4.*

XCV.

Seculi in cenſendis Scriptis perverſitas.

Ea eſt ſeneſcentis & vergentis hujus ſeculi judiciorum licentia, ut perfrictâ fronte quò quisque magis eſt, non recentiorum ſolùm, ſed veterum etiam ſcriptorum cenſorem ſe & caſtigatorem ſtatuat, atq; pro libidine interpretetur: eâ opinionum & interpretationum diſſenſione atque diſcordia fit, nihil ut jam ratum & conſtans, nil firmum & perpetuum in ullo artium diſciplinarumvé genere habeatur, ſed in contrarias non modò ſententias, ſed etiam partes & ſtudia diverſa eatur, tacitis inde odiis & occultis ſimultatibus reſidentibus in multorum animis, quæ levi irritamento vel in jurgioſas & inimicitiis incenſas contentiones erumpant, vel in mutuam malevolentiam & communem omnium perniciem exardeſcant.

G. Plantius in Epiſtol. Med. Vit. Fernel. præfix.

XCVI.

Atra bilis materia: Humor melancholicus & bilis.

De Materia, ex quâ atra bilis generatur, non levis inter Auctores notatur diſcrepantia. Alii enim ex omni humore corrupto illam generari autumant: alii ex melancholia, ſanguine & bile aduſta naſci eam poſſe volunt: nonnulli ſanguinem, nonnulli pituitam excludunt. (*a*) Verùm nos firmiter credimus & ſtatuimus ex omni humore aſſato & aduſto talem materiam erodentem & corrumpentem produci poſſe. Nam humorem melancholicum naturalem propter ſymbolicas qualitates in non naturalē ſæpè degenerare, omnes uno ore fatentur. Differt autem à naturali, ut fex uſta à non uſtá, non tamen perfectè in cineres redacta, quia non omni ſucco penitus privatur humor in corpore, ſed, quantum poteſt, adurendo exiccatur, unde acris evadit, & terram fermentat. (*b*) Similiter ad bilem quod attinet, extra omnem dubitationis aleam poſitum eſſe arbitramur, illam à calore adurente in atrum humorem facilè abire, quia in hâc terrenæ, acres & aquoſæ partes reperiuntur; (*c*) Hæ partes ſi per uſtionem aut putredinem alterantur, primùm producitur vitellina, poſt æruginoſa & cærulea, moxque atra bilis omnium perniciosiſſima, quæ tantò malignior, quantò bilis humore melancholico acrior. (*d*)

XCVII.

Sanguis & Pituita.

Ut in bile vel melancholia partes terrenæ & aquo-

ſæ reperiuntur, ita quoque in ſanguine ex hujusmodi partium aſſatione, acris & acerbus ſuccus (quatenus ſubtilior pars in bilem, craſſior verò in humorem atrum vertitur) elici poteſt. Hinc & Galenus *(e)* ſcribit, rubicundos eſſe pronos ad melancholiam ex ſanguinis aduſtione: ſic poſt phrenitidem & febres ardentes partim ex ſanguine, partim ex bile ſæpè ſuccedit melancholia. *(f)* Eſt hæc atra bilis inter cæteras ſpecies mitiſſima, & ita potiùs in atræ bilis confinio poſita. *(g)* Inter pituitæ ſpecies ſalſa numeratur, quæ, quoniam caloris cujusdam eſt particeps, quò minùs in humorem atrum vertatur, nihil obſtat, quippe, cùm ſalſedo illa copiam terrenarum partium præ ſe ferat, & in ſe aliquid ſicci ſimul contineat. Quapropter ex pituita ulterius uſta, ſapor amarus & tandem melancholicus humor efficitur. *(h)* Imò ipſa nobis experientia adſtipulatur, cum videamus poſt febres erraticas quartanas ſuboriri, quia in erraticis humores incinerantur, & quartanæ excitantur; *(i)* Præterea ſemper pituitam cum melancholiâ junctam eſſe, dixit Hippocrates. *(k)* *(l)*

a) *Valeſ. controverſ. lib. 1. c. 21.* b) *Fernel. Theor. l. 6. c. 9.* c) *Montan. part. 1. de hum. melanch.* d) *Mercurial. in progn. Hippocr. pag. 710. Heürn. Inſt. l. 4. c. 4. Fernel. l. d. Sennert. Inſt. l. 2. part. 2. cap. 6.* e) *l. de humor. in com. 3. l. 3. de l. aff. c. 7.* f) *comm. 2. in 1. epid. text. 75. Hercul. Saxon. libr. 8. de melanch. cap. 16.* g) *Gal. l. 2. de differ. febr. cap. 9. & 10. & l. de tumor. p. n. Valeſ. l. d.* h) *Gal. libr. 2. de Criſ. Hercul. Saxon. l. d. cap. 36. Fernel. l. d.* i) *Hercul. Saxon. l. d. Crat. conſ. 254.* k) *R. à Fonſec. conſ. 85. pag. 527.* l) *Joh. Olpius de humore melanchol. à th. 20. ad 26.*

XCVIII.

In omnibus rebus tripartitus reperitur ordo.

Miraculoſum eſt, quòd tàm in ſuperiori, quàm inferiori hoc mundo tripartitum ordinem obſervamus. Cœlum empyreum eſt immobile, ſecundum uno motu mobile, cæteri multis motibus. Cœlum eſt incorruptibile, cætera corpora corruptibilia, corpus humanum partim corruptibile, partim incorruptibile. Ignis leviſſimus eſt, terra graviſſima, aër & aqua partim leves, partim graves ſunt. Eſt motus ad ſuperiora, & inferiora, & gyrans ſive rotans. Angelus eſt creatura incorporea, ſaxũ corporea, homo partim corporea, partim incorporea. Sunt mixta imperfecta, perfecta inanimata, & perfecta animata. Eſt anima vegetativa, ſenſitiva, & intellectiva. Sunt bruta indiſciplinabilia & ſylveſtria, domeſtica, & media. Sunt aërea, aquatilia & terreſtria. Eſt æſtas calida, hyems frigida, ver & autumnus temperatus. Eſt Zona frigida, torrida, temperata. Eſt aqua dulcis, ſalſa, amara. Eſt aëris regio prima alterabilis, ſecunda frigida, tertia calida. Tripartitus igitur in his rebus ordo clarè patet. Ecce potentiam DEI Patris, Ecce ſapientiam DEI filii, Ecce bonitatem DEI Spiritus Sancti.

Hieron. Elver. deambul. vern. part. 1. par. 149.

XCIX.

Ex tribus naturæ regnis tres vitæ ſtatus Politici inveniuntur?

Æthereum regnum ſtatum Eccleſiaſticum notat. Sicut enim regnum æthereum perpetuum, expers cor-

ruptionis eſt: ita Eccleſia in terris perpetua eſt, & erit, quæ agitata licet diaboli & mundi machinationibus, nec portis inferorum ſubvertetur. Sicut hoc regnum fovet univerſa, cuncta nutrit, omnia conſervat: ita Eccleſia omnes homines fovet, in ſpiritu Dei nutrit, & ad vitam æternam conſervat. Regnum vegetabile politicum ſtatum deſignat. Sicut enim à ſupremo regno vitam accipiens univerſa complectitur, & ſuis in natura legibus perpetuò ſibi ſuccedentibus mutationibus, generationibus, corruptionibus conſervatur: ita ſtatus Politicus à Supremo DEO conſtitutus, & Spiritu Sancto illuſtratus (DEUS enim eſt, qui conſtituit & transfert regna) ſocietatem humanam certis conſtringit legibus, perpetuò ſibi ſecundùm induſtriæ normam ſuccedentibus præmiis & pœnis conſervatur & propagatur. Minerale regnum œconomicum ſtatum exprimit. Sicut enim illud in terræ viſceribus latitans magno labore & periculo erutum, naturæ vim impreſſam & per artem expreſſam monſtrat, & ſuppetias fert vegetabilibus in commerciis hominum: ſic ſtatus œconomicus in privatis domiciliis latitans, magno labore & ſudore ad uſum politicum præparatur, ut non tantùm ejus ſit fundamentum, ſed & ornamentum; unde rectè domus fundamentum civitatis dicitur.

D. Andr. Krebs in deamb. dict. part. 1. par. 162.

C.

In tribus his ſingulis unum caput.

In tribus his unum caput & Princeps eſt, ſi paulum attendimus, à quo reliqua omnia dependent. Nonne in regno æthereo Sol princeps ſtella, ſtellarum omnium

mnium regina, Solem juſtitiæ & omnis boni Deum, unum eſſentia, trinum in perſonis deſignat, non admodum diſſimili ſimili? Nonne homo in vegetabilibus Magiſtratum monſtrat? ſicut enim illi à DEO & natura in omnia creata conceſſum eſt imperium: ita Magiſtratus ab eodem DEO in ſubditos ſuos poteſtatem datã & in natura præmonſtratam habet. Nonne aurum in regno minerali patrem familias exprimit? Sicut enim aurũ, ſua natura perfectiſſimum metallorũ, ſuo ſplendore & uſu præcipuò acceptiſſimum eſt: Sic paterfamilias in Domo & familia ſua vitæ integritate, prudentia, pietate, modeſtia perfectè lucere, ſuisque exemplo eſſe debet, ut uſui publico acceptus eſſe poſſit.

Ibid.

CENTVRIÆ XIX.

Particula I.

Lunam gaudere duplici lumine.

1. *Mutuatitio.*

VErior eſt opinio, Lunam habere lumen, partim alienum, partim proprium & ingeneratum. Aliò lumine Lunam lucere, videlicet, quod à Sole, omnis lucis auctore & fonte accipit & mutuatur, conſtat ex variis ejus apparitionibus & permutationibus, ut quod à 3. die, à conjunctione, & ante conjunctionem cum Sole μηνοειδὴς, item κερατοειδὴς, ἀρτιγώνια, corniculata vel cornicularis, falcata, in cornua

nua curvata, bicornis, novacularis, apparet. Poſtea per ulteriorem progreſſum, 7. & 21. die, baſibus pyramidum, lineis viſionis & illuminationis, ad angulum rectum ſe interſecantibus, dicitur διχότομος, ἡμίτομος, διάτομος dimidia, dimidiata. Quod in quadraturis contingit. Deinde linea viſionis, totam ferè partem illuminatam præſcidit, 11. & 18. quando cum linea angulum illum obtuſum creat; quo ſitu ἀμφίκυρτος, hoc eſt, in orbem ſinuata, ſive ex utraque parte gibboſa, gibberoſa, prætumida, turgida, vocitatur. In oppoſitione demum iterum, lineis illuminationis & viſionis parallelis exiſtentibus, hac tamen ſupra illam, totum quod in Luna apparet, luminoſum. 14. & 15. Unde πανσέληνος & plena dici meruit. Harum, inquam, diverſarum figurarum Lunæ, cauſa eſſe poteſt nulla alia, quàm varius ejus ad Solem acceſſus, vel receſſus, ut propterea ob radios ſolares diverſimodè, hoc eſt, nunc rectè, nunc obliquè in Lunam incidentes, & ipſa variè ſuam faciem mutet.

Magir. Phyſiol. comment. ad c. 6. l. 2. Bartholin. Phyſ. l. 2. c. 19. Vitruv. lib. 9. Vitell. l. 4. p. 74. & ſeqq. Clavius com. in ſph. de S. Boſco p. 83.

Etſi hanc ſententiam ridet Lucianus, tamen oculorum ſenſus teſtatur, Lunam à Sole illuminari. Nam quò remotior eſt à Sole, eò magis illuceſcit, & quò propior, eò plus obfuſcatur.

Friſch. l. 5. Aſtron. c. 1. vide Glycam l. 1. Annal. p. 31. & Gal. l. 3. de diebus Crit. vid. cent. 6. part. 58.

Lunam naturâ ſuâ obſcuriorem radii Solis accendunt & illuſtrant. Heniſch. in ſph. Prcli p. 28.

Variarum harum apparitionum Lunæ cauſas, vide ap. Gogl. F. diſcurſ. de Aſtrolog. fol. 59.

2. *Proprio.*

II.

Præter autem hoc alienum lumen etiam proprium & congenitum, licet exile & obſcurum, Lunam habere, vel hinc patet, quòd in Eclipſi Lunari, Luna lumine Solis ſit privata, & ſic mutuaticium lumen amittat, illa tamen tota ex oculis noſtris non evaneſcat, ſed aliquando nigricet, velut atro çolore deformata, aliquando ſubrufa ſit, nonnunquam autem ſpeciem mixtam, ex atro & rubro præ ſe ferat, qualis eſt æris uſti, quos colores ex miſtione nativæ lucis Lunæ & umbræ oriri conſentaneum eſt. *(a)* Quod addimus propter objectionem Scaligeri hanc: *(b)* quare non videtur poſterior Lunæ pars, à Sole averſa rubens? atqui eſt in umbrâ ſuâ, atque etiam ſui. Sibi enim eam facit. Hac occaſione alius quæreret, cur lux Lunæ, nec in novilunio, nec poſt appareat, ſecundum partem à Sole averſam & nos reſpicientem? R. interdiu nimio Solis ſplendore obſcuratur, noctu partes non illuminatæ, ſuperantur illuminatarũ fulgore, ut & ſæpè vicinæ ſtellæ occultantur ſplendente Luna, aut nonnunquam quaſi pallida reliqua pars Lunæ apparet.

Adde, ſi actu congenito lucida non eſſet Luna, ſed potentia tantùm luminis capax, quin in terreſtrium rectiùs & Elementarium, quam cœleſtium naturarum catalogum tranſcriberetur, propemodum nihil impedimenti eſſet. *(c)*

a) *Ma-*

a) *Magirus l.c.* b) *exerc. 62.* c) *Ita legimus 1. Cor. 15. v. 41. alia eſt claritas Solis, alia Lunæ, alia ſtellarum. E. Luna claritatem habet. Barthol. l.c.*

Daß alle Sternen/ groß und klein / unangeſehen ſie zum leuchten erſchaffen / und daß anzunemmen und außzubreiten/ taugenlich und fähig gemacht/ zwar ein eignen Schein und Glantz haben / doch keinen ohn die Sonn/ von ſich auff Erden geben würden / iſt faſt bey allen erkant und bekant: laſſet ſich augenſcheinlich darthun/ durch das auff- und abnehmen deß Monds / welcher nicht mehr Liecht hat von ſich zugeben/ als ſein erleuchtetes Theil/ das ein wenig über das halb iſt/ die Erde anſchawet / wiewol man eigentlich ſihet / daß der übrige Theil/ nicht gar dunckel und finſter/ ſondern auch ein EJGNEN GLANTZ/ in ſich habe. D. Habrecht/ von Beſchr. deß Cometen/ *1618. fol. 28.*

Jch glaube/ und bin nunmehr gantz vergwißert/ das der Mond ſein EJGEN LJECHT hab/ welches ſich gäntzlich vergleicht/ einem glühenden Eiſen / und wenn der Mond in den Schatten der Erden (in Monds-Finſternuß) ſo tieff kommet / daß ſolches Monds eigen Liecht/ weder die nahe Strahlen der Sonnen/ oder aber die liechte der Lufft/ welches gemeiniglich gegen Tag geſchicht/ indem die Finſtere der Nacht/ in die liechte deß Tags verändert wirdt / ſo läſſet ſich ſolches EJGEN LJECHT ſehen. Gleich wie bey uns / auff Erden / ein angezündet Liecht / an der Sonnen / nicht allein nit leuchtet / ſondern noch die Flamme in Liecht einen Schatten wirfft / wenn es aber in ein finſter ſchattig Orth geſetzt wird / da gibt es ſeinen Schein von ihme. Warumb aber ſolche Röhte dunckel wird/ wenn ſich der Mond / wider zu der Strahlen der Sonnen wen-

wendet/ geſchicht darumb/ quia lumen majus obfuſcat minus. den wol zuglauben/ daß die Sonnen-Stralen/ à parte Lunæ illuminatâ, auch in vicinas Lunæ partes ſich erſtrecken/ und zu dem/ die Erleuchtung deß Luffts nimbt unſere Augen alſo ein/ daß wir ſolch EJGEN LJECHT deß Monds nicht begreiffen mögen.

Daß aber der Mond/ ein ſolch EJGEN LJECHT hab/ bin ich nicht der erſte/ der ſolches ſtatuirt/ ſondern ſeyn vor dieſem noch mehr geweſen.

Daß man aber vorwirfft/ wenn der Mond ein EJGEN LJECHT hätte/ warumb er dann Schwartz an den Sonnen-Finſternüſſen erſchiene/ darauff iſt leicht zu antworten/ nemblich daß die Strahlen der Sonnen/ die nächſt dem Mond/ unß inß Geſicht fallen/ und uns alſo das eigne Liecht deß Monds benehmen/ und weil der Mond/ auch compactum corpus iſt/ und alsdann einen Schatten/ gegen uns/ von ſich wirfft/ ſo ſehen wir/ alß in die Nacht/ deß Monds/ auß welchen Urſachen wir/ zu ſolcher Zeit/ das wahre Liecht deß Monds/ mit unſeren Augen nicht ergreiffen können.

Simon Marius, præfat. prognoſt. A. 1621.

III.

Unde Lunæ rubor in Eclipſi Lunari, ſat clarè conſpicuus?

Non à proprio Lunæ lumine perennante; nam amitti Luna non poſſet è conſpectu, in ſuis totalibus deliquiis; nec à radiis Solis, per corpus Lunæ tranſmiſſis, tanquam id ſit pellucidum, ut quibusdam vi-

videtur, cum ſit revera opacum, ut terra: ſed à claritate telluris à ſole illuminatæ, ad Lunam repercuſſa: cujus claritatis minimam particulam umbra Lunæ tegit.

Kepler. Aſtron. l. 6. p. 895.

IV.

Natura Lunæ.

In poſterum me uſus Magiſtro, diſcite
Natura Lunæ quæ ſit aptè: hæc omnium
Vim continet ſuccorum, & hæc potentiam:
Eſt uda primum: donec illa creverit:
Infantibus prorſusq; ſit ſimilima,
Tepens at inde plena curſum perficit,
Vigere tùm videtur, eſſe & florida.
Decreſcere ut cœpit deinde, mox die
Vigeſimâ remiſſius actu ſit vigor,
Aretq; ſenſim: longa nec ſit hinc mora,
Seneſcit illa, mox videtur emori,
Deformis, algens, atq; operta nubibus,
Rurſusq; ſit nova hæc, prius quæ nulla erat.
Vultu decora prodit & repletur hinc.
Hæc ſic habent. Si plura quis dicat tibi,
Nugas loquaces credito, & fabulas.

Friſchl. Aſtron. l. 5. c. 1. fol. 348. Natal. Com. Mythol. l. 3. c. 17.

V.

Iocus de Luna.

Quod maculas vultus alieno lumine fuco,
Mute cuncta, marem nunc peto, nunc fugio.

Quod

Quòd vaga, quòd nunquam conſtans, vis diſcere cauſam.
Fœmina ſum, uxoris forſan imago tuæ.
Sattler. diau. Aſtrol. c. 27.

VI.

Quomodo Solis Eclipſis clarè videri poſſit?

Qui Eclipſin Solis exactè & absque læſione oculorum videre ſatagunt, in vaſculo oleum habente illam innocenter ac liberè intueri, obſervareque poſſunt. Nam humor pinguis, non facilè turbatur, & quas recipit imagines fideliter repræſentat. (a) *Cent. 5. § 69.*

Etliche ſehen in ein Geſchirr vol rein Brunnenwaſſer. Andere brauchen Spiegel/ oder 2. ſehen durch ein Papier/ mit einer Nadel durchſtochen. 3. vor Erſcheinung der Finſternuß/ ſihe dich umb/ in einem hohen Gebäw (je höher daſſelbe/ je beſſer und bequemer daſſelbe) umb ein Finſter Gemach/ in demſelben/ mache ein klein rundes Löchlein/ durch das Dach/ oder Finſterladen/ oder ſchlage ein Scheiben auß/ dardurch der Sonnenſchein unverhindert fallen möge/ wenn nur der Sonnenſchein dardurch an eine Wand/ oder flachen eben Boden fellt/ wirſtu etwas wunderbahrliches erfahren/ und der Fünſternuß/ welche am Firmament auſſen geſchicht/ gleichförmige Figur finden. Wann du nun der liechten Runde nach/ auff den boden/ oder an der Wand/ mit einem Circul/ Kreiden oder Kohlen/ der Sonnen Krayß gantz umbhero verzeichneſt/ und durch das Mittel Punct/ eine ſtarcke Linien zeuchſt/ dieſelbe in 12. gleiche Theil theileſt/ wirſtu gewiß fin-

Digitized by Google

den/wie viel derſelben verfinſtert/ und wie viel noch unbeſchattet bleiben/ wirſt auch das zunehmen / abnehmen und Gröſſe der Finſternuß mercken. (c)

4. Oder/ nimme 2. gläſſin Scheuben/ ohngefähr einer zwerchen Hand (oder eines kleinen Fingers breit und lang) underſchidlicher Farben (roht/ gelb/ grün/ blau oder Purpurfarb) lege darzwiſchen ein rein Schreibpapier/ in der Mitte mit einer Nadel durchgeſtochen / beſtreichs herumb an dem Rand/ mit Wachs/ oder Hartz/ darmit der Sonnen Strahlen/ nicht darzwiſchen fallen könten/ ſchawe durch das Löchlein / die verfinſterte Sonn an/ wirſt alſo die Sonn nicht anderſt ſehen/ als wañ du ſonſt den Mondſchein anſchaweſt/ und ſolches ohne einige Verletzung deines Geſichts / nicht zwar darumb/ wie etliche vermeinen/ als wenn der Sonnen Strahlen / zur zeit der Verfinſterung/ ſchädlicher und gifftiger wären / ſondern weil man jetzt/ ſchärpfer und geräder/ in die Sonne ſihet/ weder ſonſten/ darumb dann die Augen auch mehr müſſen verletzt werden/ (c) ja offt wol gantz verblindet. (d)

Vide Keppl. D.iiij. b. contra Röſſl. von jetziger Zeit Beſch.

a) *Mizald. memor. cent. 7. aph. 86. Vict. Schönfeld. progn. 1591.* b) *Er. Rheinh. in Theor. Planet. Peürb. Gemma Friſ. in rad. Aſtron. Porta mag. natur. l. 17 c. 6.* c) *Rheinh. in supput. Ecl. Sol. A. 1551.* d) *Petr. Apian. Aſtr. Caſ. pronunc. 30. Burck. Schönf. prognoſt. 1598. D. Fabric. prognoſt. 1607. cap. de Ecl.*

VII.

Eclipſes magnas magnæ mutationes excepe-runt.

Exem-

EXEMPLUM I.

Anno Chriſti 840. 5. Maij, contigit deliquium Solis, in dodecamorio Tauri, inſolitum. In tantum enim lucis receſſu tenebræ prævaluerunt, ut nihil à vera nocte differre videretur. Stellarum namque ratus ordo ita cernebatur, ut nullum ſydus hebetudinem Solaris lucis pateretur, quin potius Luna, quæ ſe ei adverſam præbuerat, paulatim Orientem petendo, primò corniculatim illi lumen à parte occidentali reſtituebatur, non aliter, quam cum ipſa prima, vel ſecunda cernitur, & ſic per augmenta integram lucem totum ſolare corpus recipiebat. Quod prodigium licet naturæ adſcribatur, tamen lamentabilis exitus, quid portenderet, docuit. Denunciabat enim fore, ut brevi illud maximum lumen mortalium, piiſſimæ recordationis Imperator, & Rex Franciæ, Ludovicus Pius, rebus humanis ſubtraheretur, & mundus ejus abſceſſu, in tenebris tribulationum relinqueretur. Cœpit namque ab eo tempore faſtidio tabeſcere, & nauſeanti ſtomacho cibum potumque interdicere, crebris ſuſpiriis urgeri, ſingultibus quati, atque omninò viribus deſtitui: Natura enim deſerta ſuis comitibus, neceſſe eſt victa fatiſcat. Quod cernens juſſit ſibi parari habitacula æſtiva expeditionalia in Inſulâ quâdam contiguâ Moguntiacæ civitati, ibique viribus deſertus, lectulo ſeſe committit. Deceſſit autem XX. Junii, ætat. 64. Imperii An. 26. menſ. 4. d. 24.

Annon. l. 5. c. 19. Wolf. centen. 9. p. 218. ex. Annal. rer. geſt. Lud. Imper. Bunting. chronol. p. 396. b. Onuphr. Marian. Bucholtz. in d. Chronol. p. 298.

VIII.

II.

Noſtrorum temporum Eclipſes, magnæ Imperiorum & regnorum mutationes & motus, non ſine multa ſanguinis effuſione exceperunt. Quis enim mediocriter in hiſtoriis verſatus, ignorat, maximas illas, cùm in Religione, tùm in politiis, perturbationes, quæ Caroli M. imperium anteceſſerunt & concomitârunt, à creberrimis Luminarium Eclipſibus quaſi digito monſtratas fuiſſe? & tetram illam Solis Eclipſin, quæ A. C. 1384. d. 17. Aug. in 3. gr. Virginis accidit, bellum illud cruentum præſignificaſſe, in quo Leopoldus Dux Auſtriæ cum Helvetiis confligens, non ſine incruentâ victoriâ Helvetiorum, cùm numeroſâ nobilitate occubuit?

IX.

III.

Quanti tumultus bellici Eclipſin Solis ſatis magnam, in 15. gr. Arietis, A. 1419. ſequuti ſint in Bohemiâ, haud obſcurum eſſe poteſt. Joannes enim Ziſca, nobili genere ortus, vir ingenioſus ac rei militaris peritiſſimus, Huſſiticis rebus favens, collectâ parvâ manu, ingentes copias Bohemorum fudit, ac totâ ferè Bohemiâ potitus eſt: Sigismundum inde Imperatorem, multoſque alios Germaniæ Principes in fugam egit, & vaſtatis locis vicinis magnum terrorem Germanis incuſſit.

X.

IV.

Sic Eclipſin Solis, in 16. gr. Virginis 29. die Aug.

Ang. A. 1448. excepit bellum grave & atrox, quod Albertus Marchio Brandenburgenſis cognomento Achilles, cum civitatibus Imperialibus geſſit, in quo Principum & civitatum exercitus, infenſiſſimis odiis inter ſe concertarunt, multæ utrinque cædes, rapinæ, incendia, depopulationes acciderunt, & biennio demùm exacto, deficientibus commeatu ac pecunia, pax conſtituta eſt.

Prætereo conſultò enumerationem malorum, quæ ex Eclipſium Solis horum temporum, quas partim habuimus, partim habituri ſumus decretis, cùm in Hungariâ, finibusque Germaniæ, tùm intra cujusque parietes, divinâ voluntate, nos ob peccata noſtra undique exagitant, cùm notiſſima ea ſint, & proh dolor magis à nobis ſentiantur, quàm ut verbis oſtendi & exprimi queant.

Plura vide exempla, apud Orig. l. c. & Cypr. Leovit. de magnis conjunct.

XI.

Eclipſium quarundam Lunarium obſervatio.

A. 1544. tres fuerunt Eclipſes Lunæ plenæ, & una Solaris, valdè horrenda, in 14. gr. Aquarii. Res nimirum prodigioſa, & quam ab aliquot ſeculis acci- diſſe non invenio. In principio effectuum migravit è vitâ Ludovicus, cognomento Pacificus, Philippi F. Elector Palatinus Rheni d. 15. Martii an. 66. Exercitus Caroli Imperatoris, culpâ Marchionis de Quaſſâ, cæſus eſt, in Pædemontio ad Carignanum oppidum à Gallis. Finito conventu Spiræ, Cæſar ingentem expeditionem per Lotharingiam in Galliam ſuſcepit, in quâ fuerunt Maximilianus, Ferdinandi Re-

gis filius, Mauritius Dux Saxoniæ, Albertus Marchio Brandenburgicus, multique alii genere illuſtres. Recuperato Lucemburgo, Imperator Lutetiam verſus contendens, obvia quæque expugnavit, cum bidui eſſet itinere, pax facta fuit & dimiſſus exercitus. Henricus VIII. Rex Angliæ, ingenti cum exercitu mare trajecit, ac Boloniam tormentis bellicis concuſſam deditione cepit.

Leovit. de Conjunct. mag. p. 48. Schleid. l. 15. Bucholz. indic. Chron. p. 562.

XII.

Effectuum Exempla.

Exemplum I.

An. 1558. Eclipſis Lunæ viſa eſt, die 2. April. ſicut & A. 59. 17. Septemb. quibus Annis ſequentia contigerunt. Henricus II. Rex Galliarum conſilio Petri Strozæ, & virtute ac felicitate Franciſci Ducis Guiſii Legati ſui, Calethum Picardiæ Urbem & portum celeberrimum ac munitiſſimum expugnavit ac recuperavit. Moſcovitæ Livoniam ingreſſi occuparunt Nervam & Derbatum. Hoc fuit initium irruptionum Moſcovitarum in Livoniam: quæ demum poſt 22. annos, triſti ſervitute Moſchoviticâ liberata, Regi Poloniæ reſtituta eſt. Obierunt: Carolus V. moritur in Hiſpaniâ d. 21. Septembr. Eleonora Regina Galliæ, 1. Febr. Maria Regina Ungariæ, 18. Octobr. Caroli V. Sorores. Georg. Comes Wirtembergenſis & Mompelgartenſis d. 19. Junii. Jul. Cæſar Scaliger, Eques Auratus, Criticus, Grammaticus acerrimus, Poëta excellens, Philoſophus eruditiſſimus, & alter in Medicinâ Æſculapius, cujus nomen, ſcripta ab

eodem

eodem edita, ad omnem poſteritatem immortale reddiderunt 21. Octobr. æt. 74. m. 6. d. 26. Joan. Fernelius Ambianus, Medicus excellens 26. Apr. æt. 52. Theologi: Joan. Bugenhagius Pommeranus, Paſtor Eccleſiæ Wittebergenſis 20. April. Juſtus Menius Lipſiæ 2. Auguſt. Erhardus Schnepfius Hailbrunnenſis, Acad. Jenenſis Profeſſor d. 1. Novemb.

XIII.

II.

An. 1559. Dietmarſi victi ſe dedunt Friderico II. Regi Daniæ. 20. Jun. Chriſtianus III. Daniæ Rex moritur 1: Januar. quem ſecutus eſt, Chriſternus II. quondam Rex Daniæ, Sueciæ & Norwegiæ, qui expulſus regno 10. Annos Exul vagatus fuerat, & poſtea an. 27. in cuſtodiâ habitus 25. Januar. æt. 78. & Otho Henricus, Elector Palat. Rheni, 12. febr. Franciſcus Otho Dux Lunæburgenſ. Joachimi II. Elect. Brandenb. gener 29. April. Lucas Gauricus Geophonenſis, Epiſcopus Civitatenſis, divinationibus Aſtrologicis celebris 6. Martii an. 83. ferè. Henricus II. Rex Galliæ, in nuptiis Filiæ, à Mongomerio ad haſtiludium provocatus circa oculum per galeam læſus, diem obiit 10. Jul. Paulus IV. Pontifex æt. 84. 18. Auguſti. Hercules Ateſtinus Ferrariæ Dux, d. 3. Octob. &c.

Sed quid memorem, ſingulis ferè ſequentib. annis Eclipſes viſas, quas tyrannica facinora, cruenta bella, injuſtæ & contra datam fidem cædes, rapinæ, proſcriptiones, interfectiones inſontium, trucidationes bonorum, malorumque varia genera ſunt ſubſecuta, quæ conticenda potius ſunt, quàm recenſenda,

ne conſolidata ferè vulnera refricentur, præteritarumque ærumnarum memoria renovetur.

Goglenius F. in acrotelent. Aſtrol. p. 56. & ſeqq. Bucholtz. in ind. chron. p. 600 & ſeqq.

XIV.

Mutationes in Aëre à Solis & Lunæ Eclipſibus.

Exemplum. I.

Manifeſtum verò & hoc eſt, Eclipſes Solis & Lunæ in Aëre & tempeſtatibus qualitates multum variare, & mutare, ut vel calor, vel frigus, vel humiditas vel ſiccitas, ultra ſolitum intendatur: unde rerum ex terrâ naſcentium proventus impeditur, & magna alimentorum ad conſervationem vitæ animantium neceſſariorum penuria exiſtit. Expertum enim eſt, Luminarium, inprimis Solis Eclipſes, in ſignis igneis, Ariete, Leone & Sagittario, concurrente Saturni & Martis congreſſu, cum ſtellis fixis, magnos, diuturnos & pernicioſos æſtus excitâſſe, ſicut docent Exempla Eclipſium quæ acciderunt A. 1516. & Anno 1540. Cum enim Luna bis, & Sol ſemel Eclipſin paſſus eſſet, A. 1516. & accidiſſet Eclipſis Lunæ poſterior in principio Leonis, exiſtentibus tempore Eclipſis, ſuperioribus tribus planetis, in triplicitate igneâ, Saturno quidem in 11. gradu Sagittarii, Jove in principio Leonis in corde Solis & Marte in fine Arietis: ſubſecuta eſt mox ſequenti Anno, cum Jupiter & Mars conjungerentur in Leone, æſtas multum flagrans & ſicca, in qua non pauca exaruerunt flumina.

Origan. l. c.

Digitized by Google

XV.

II.

Simili modo A. 1540. Eclipſin Solis in 28. gr. Arietis 7. April. excepit è veſtigio æſtas aridiſſima & calidiſſima, (τὸ καῖον θέρος der haiß Sommer) quæ tanto tempore duravit, ut magna flumina aquis calore abſumtis, tuta tranſeuntibus vada præbuerint, & mediocria prorſus exſiccata fuerint, ſylvæ à radiis ſolaribus accenſæ conflagrarint. Incendiarii graſſabantur hoc Anno, ex quibus multi comprehenſi fumo ſuffocabantur & lento igni torrebantur. Hinc crebra in multis Germaniæ & Bohemiæ locis incendia fuerunt.

ÆſtasſICCafVIt: TrIbVrIs CaDIt Igne: bonIsqVe
oCtober VInIs DoLIa qVæqVe repLet.

Tubingæ conflagrârunt 21. Septemb. 69. ædificia. Embeca tota igne periit, cum 350. hominibus. Vindemia erat præclari & generoſi vini: quod multis in Civitatibus ubi Reipub. cellæ, aſſervatum fuit: & in quibusdam credo, etiam num aſſervari, quorum uſu immodico multi extincti ſunt.

D. Praeceptor Cruſius part. 3. Annal. Suev. l. 11. c. 15. Bucholtzer. in ind. chronol. Joan. Aldenberger in ſpeculo ignium p. 67.

XVI.

III.

Contrà, contingentibus Eclipſibus in ſignis Aqueis, Cancro, Scorpione & Piſcibus, deprehenſum eſt, humiditates auctas eſſe, imbrium magnam frequentiam cecidiſſe, & exundationes inuſitatas ac

diluvia fuiſſe. Namque A. 1513. cum Eclipſis Solis appareret, 7. Martii, in 27. gr. Piſcium, Marte in Tauro 10. domum occupante, ac ſauciato oppoſitis radiis Saturni, qui in 4. domo, in Scorpione extitit, maximæ inundationes fuerunt, quæ perdiderunt paſſim ædificia, agros, arbores, plantas ac terræ fructus. *(a)* Stutgardiæ quoque (Metropol. Wirtembergiæ) inundatio Aquarum, nube ruptâ, grandis; quæ civitas niſi murus impetu undarum fuiſſet ruptus, magnum periculum ſenſiſſet. *(b)*

a) *Origan. l. c.* b) *Cruſ. l. c. l. 10. c. 3.*

XVII.

IV.

Ne remotiora ſumamus, Eclipſis Solis tetra, quæ 1598. d. 25. Febr. in 16. gr. Piſcium, in noſtro Francofurtano Horizonte, apparuit, rem verè ita ſeſe habere demonſtrat. In illis enim locis pleriſque, quæ quadrangulo communium ſignorum Piſcibus, Geminorum, Virgini & Sagitario ſubjecta ſunt, ad quæ effectus ejus propriè etiam pertinet, viſa Luminarium conjunctio ob denſiſſimas nubes, quas efficaciter coëgit, conſpici non potuit, quæ à nobis à principio ad finem usque manifeſtimè per convenientia inſtrumenta animadverſa & deprehenſa eſt. Et ut tum ſtatim, ob Piſces, in medio Cæli, in quibus cum Mercurio Luminaria fuerunt, & Cancrum Horoſcopantem, cujus principium tenuit Mars, Eclipſis pluvias minitata eſt: ſic easdem quoque menſibus Julio & Auguſto, quibus efficaciam ſuam in hæc inferiora exerere cœpit, copioſiſſimè effudit, ut non modò collectionem frumenti, cujus haud exiguus proventus

ſum

tùm apparebat, impedierit, quod quoque demeſſum & continuis imbribus humectatũ & maceratum germinare, & in herbam excreſcere viſum eſt, magnamque annonæ caritatem invexit: verùm etiam aquarum paſſim confluentium copia flumina ita auxerit, ut impetu Aquarum in multis locis ædificia ſubverſa, & incolæ ſubmerſi fuerint. Teſtis hujus miſerandæ ſtragis, vel Glazium patria mea dulciſſima eſſe poteſt, ubi flumen Niſſa inſolito more auctum, & præcipiti curſu actum, complures domos evertit, & ſesquimilliari ab eadem, in oppido Warten, montis radices alluvione adeò abſumſit, ut maxima ejus pars à ſede ſuâ dimota, in vadi locum ſeſe præcipitarit, & intercepto aquarum defluxu, in ſtupendam flumen aſſurrexerit altitudinem, & tandem aliam viam monte priorem occupante, ſibi quæſierit. Similia fermè experta eſt, major pars Sileſiæ, quæ Virgini ſubjecta eſt. Nam & imbres copioſiſſimi & diuturni, meſſi, quæ apud nos ſereno exiſtente cælo detrimenta nulla ſenſit, plurimùm nocuerunt: nec ſatio hyberna, ob nivium inſolitarum copiam, commodè inſtitui potuit. Deus, in poſterùm majora mala clementer à verticibus noſtris avertat.

Origan. l. alleg.

XVIII.

Eclipſium ſignificata, an ſint Vniverſalia, an verò quadrent tantùm ei Genti, in cujus Horizonte apparent & videntur?

Significationem Eclipſium, Aſtrologi ei Genti quadrare perhibent, in cujus Horizonte apparent & videntur: ſed quî ſic? quia φαινόμενον apud eos ope-

tar

rari dicunt, à quibus videtur. Verùm quis hac lege vim ſyderεam quæſo circumſcripſit & limitavit? Cum enim hæc ratio repugnet manifeſtè Aſtrologicæ prædictioni, inanis eſt. Etenim Aſtrologi aſpectûs alicujus energiam, licet apud Antipodes eveniat, quadrare ſuo Horizonti affirmant, eaque certo loco, in quo contingit, non affigitur, ſed in omnem ejus extenduntur aculei. Nec hujus diverſitatis cauſam tarditatem motus & progreſſus allegare poſſunt, cùm ratio quidem illa, aliàs probabilis & ſpecioſa, minimè tamen neceſſaria, militaret in congreſſionibus Saturni, Jovis & Martis inter ſe, ſecus in Sole, Venere, minùs in Mercurio & Luna propter celeritatem motûs, utpotè axi mundi proximiorum Planetarum, obtineret.

Accedit & huc, quod Eclipſis Solis nihil aliud ſit, quàm vera Conjunctio Solis, & Lunæ. Eclipſis Lunæ nihil aliud, quàm vera oppoſitio Luminarium, adeoque inter aſpectus referri poſſit; quæ ergò ratio, quodque fundamentum ſubſit huic applicationi & reſtrictioni, non video. Exiſtimarem ergò, ſalvo tantorum virorum judicio, Eclipſin univerſi aëris mutationem ſignificare, quamvis impreſſio aëris, in alio Horizonte, quàm noſtro contingat, tamen cum aër ſit penetrabilis, facilè qualitas illa communicari poteſt, ut in infectione aëris contingere ſolet, quæ licet primò ſit localis, mox tamen ſi ſit enormis, in qualitate & quantitate fieri poteſt univerſalis, ut in peſte univerſali totam Germaniam A. 1565. devaſtante, id verificatur.

Præterea diverſa ratio eſt, aëris infecti & diſpoſiti ad tempeſtates. Cùm enim tres regiones aëreæ ab

Ariſtotele *(a)* conſtituantur, proprium ſubjectum infectionis virulentæ eſt infima regio, quæ continet aërem ambientem, qui attractus per reſpirationem, maximè ubi peſtiferus, magnarum mutationum in corpore humano cauſa exiſtit. Tempeſtatum verò mutationi obnoxius eſt, non tàm aër infimus, quàm ſupremus & intermedius, maximè verò intermedius, qui cum uno loco non concludatur, ſed vagabundus, inquietus, facilèque propellatur, contingit etiam facilis tempeſtatis participatio: ſecus eſt in infectione, quæ in aëre ambiente, loco tranquillo, à ventorum violentià immuni concluſa eſt, nec tàm facilè communicari poteſt. Sed & hanc communicationem ipſa aëris alicujus loci impedit qualitas & habitudo, qui ſi craſſus & denſus, non tàm ſtatim impreſſionem recipit, atque purus, ſincerus & tenuis. Ut enim turbatio aquæ lympidæ & cryſtallinæ citiùs accidit & deprehenditur, ita infectio aëris, in locis humidis, aërem craſſum producentibus non tàm ſtatim, ut aëri puriori & tenuiori imprimitur: quò ſpectat & id, quòd loca patentia vento ſeptentrionali, longè ſint ſalubriora illis, quæ expoſita ſunt flatibus Auſtri. Sic infectio aëris diuturnior eſt, in iis locis, quæ nullis ventorum procellis infeſtantur, eò quòd aër, præſertim gravis & denſus, facilè putreſcat, attractus verò magni alicujus & diuturni mali in Microcoſmo cauſa ſit, nec facilè purgari & expelli poſſit. Ex quâ tanquam fundamentali ratione conſequitur, quòd aër ſubterraneus (qui nihil aliud eſt, quàm aër putrefactus) diu in terrâ concluſus & retentus, erumpens tandem, vel terræ motu, vel hiatu, ut Romæ tempore M. Curtii contigiſſe teſtis eſt Livius, *(b)* peſtem alias,

que pernicioſas & virulentas febres producat. Unde auri argentique venatores cavernas ſubterraneas ſubeuntes, ob aëris gravis, craſſi & putrefacti attractionem minùs vivaces ſunt. Sic ii, qui diuturno ſubterraneo carcere excarnificati, pallidi tanquam ex antro Tryphonii prodeuntes, ob vitioſum aërem apparent. Quocirca Eclipſis effectus non uni loco aſſignandus, ſed omnibus etiam iis, ubi non apparuit, cùm univerſum aërem, non particularem afficiat, idque vel principaliter, vel impulſu. (c)

a) *l. 1. Meteor. c. 3.* b) *l. 7. Plutarch. in parall. Virgil. in Cul.* c) *Sattler. in dian. Aſtrol. c. 8. Herlic. in prog. 1611. c. 3.*

XIX.

Eclipſis operationis principium unde eruendum.

Principium operationis ex loco corporis Eclipſati Aſtrologi eruunt, ſi in Oriente fuerit, poſt 3. menſes: ſi in Meridie ſe exhibuerit, poſt 6. ſi in occidentali mundi plagâ, poſt 9. demum menſes, operatio Eclipſis initium accipiet. Verùm, ut ut ſe fundamenta Antiquorum Aſtrologorum habeant, attamen nulla ratio hujus dilatæ diuturnæque operationis vera & ſufficiens dari poteſt. Etenim confiteantur neceſſe eſt, Eclipſin eo ipſo tempore quo contingit, impreſſionem facere in aëre, uti cum poſitâ cauſâ, ponatur etiam effectus: jam verò illi cauſam à ſuo effectu ita ſeparant, ut initium etiam effectus, in longum tempus, à cauſâ efficiente remotum differant. Si hoc in Eclipſi locum habeat, cur non æquè Hyadum in Novembr. occaſûs vis in diuturnum tempus, protenditur aut differtur, cùm in occidentali plaga is accidat? ſed hoc abſurdum ideò eſſet, quia eo ipſo tempore

hujus

hujus occaſus tota vis eſt, ut ſtatim operetur, aëremque afficiat & pro ratione atteſtationum aliorum Planetarum, ad profuſiſſimas pluvias nivesque impellat. Erit autem Eclipſis vis, aut intenſior occaſu Hyadum, aut remiſſior: ſi intenſior, ſtatim operabitur ſenſibiliter: ſi remiſſior, multis modis ejus impedietur operatio. Quamvis itaque & ego crediderim, effectum Eclipſis efficaciſſimum, attamen nunquam conceſſerim, cauſam à ſuo effectu poſſe ſeparari. Licet enim impreſſio aëris facta, aliquantiſper etiam remoto aſpectu aliquo perduret, attamen videmus eum nunquam in aliud tempus differri, ſed ſtatim ſortiri effectum, extendi verò aliquando in menſem usque tradunt Aſtrologi in exortu Caniculæ & Arcturi.

Ratione itaq; intervalli operationis non exiſtimo diſtinguendum inter Eclipſin & occaſum, ſive ortum Syderum, aſpectumque Planetarum, quam tamen eandem ratione efficaciæ plurimùm ab iisdem differre expertum habeo. Ut ergò ortus & occaſus Syderum, validaque planetarum conſtitutio, quàm ſtatim incipit operari, ita & Eclipſis non differt operationē, ſed quàm primùm aërem afficit, impreſſionemque poſt ſe relinquit, cui ea ineſt aptitudo, ut paulò poſt vires ſuas, in inferiorem aërem, niſi impediatur, exercere poſſit. Hujus praxis recens habemus Exemplum in Eclipſi, quæ contigit 1605. 24. Martii, ſub veſperam, in Librâ, ſigno ventoſo & humido, Venere diſponente, & minata eſt humiditatem & ventos vehementes, non admodùm tamen nocentes, ob dominium Veneris, quæ in beneficorum Planetarum claſſe reperitur; idq; eò magis, quod ea Eclipſis in regreſſus tempus Saturni inciderat, qui frigiditatem auræ in-

ten-

tenderat vehementer. Nec enim talis effectus ad regreſſum Saturni referri poteſt, cum is non valeat in aëre, ob nudum regreſſum, tàm validam mutationem inducere, præſertim in tali loco conſtitutus.

Sattler. dian. Aſtrol. c. 10. & p. 351.

Quomodo vulgò judicetur ex mente Ptolem. l. 2. quadrip. c. 6. ſeu text. 27. & 28. de principio & fine, item duratione effectûs Eclipſium, vide Orig. part. 3. introd. memb. 2. c. 2. fol. mihi 465.

XX.

An è Luna aſpectu tempeſtatum præſagia rectè petantur?

Affirmatur. Præſertim ubi primò poſt conjunctionem conſpicitur. Cùm enim renaſci incipit, ſi obſcura & nigra ſit, pluviam terræ & mari deſignat: ſi rubicunda, ventos: ſi pura, quarto die (hanc enim Lunam præcipuè obſervant) tùm & ſequentis diei & omnium reliquorum totius menſis ſerenitatem ſpondet. Tanta enim temporis illius erit ſerenitas: ut Nautæ à tempeſtatibus liberi, omnibus marinis diis, paſſim locorum ſacra facturi ſint. *(a)*

Luna revertentes cum primum colligit ignes
Si nigrum obſcuro comprenderit aëra cornu
Maximus agricolis pelagoque parabitur imber.
At ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem
Ventus erit, vento ſemper rubet aurea Phœbe.
Sin ortu in quarto (namque is certiſſimus autor)
Pura, nec obtuſis per cælum cornibus ibit,
Totus & ille dies & qui naſcuntur ab illo
Exactum ad menſem, pluviâ ventisque carebunt,
Votaque ſervati ſolvent in littore nautæ. (b)

Bre-

Breviùs vulgò dicitur:

Pallida Luna pluit, rubicunda flat, alba ſerenat.

Ratio hujus Prognoſtici eſt in halitibus, qui Lunam alio atque alio colore per duplex medium videndum exhibent, non in Lunâ ipsâ, quæ ſemper ſibi ſimilis. *(c)*

a) *Friſchl. in Paraphr. Virg. p. 208* b) *Virg. l. 1. Georg. Cellar. partit meteor. ſect. 24. art. 2.* c) *Gigas ſyſtem. coſmogr. c. 11. probl. 7. Ranzov. in Calend. perp. p. 353.*

XXI.

Tempeſtatum præſagia à Sole Oriente & Occidente.

Cùm Sol in Ortu ſuo maculoſus fuerit, atque ſub nube latens, aut dimidiâ parte apparuerit, imbres futuros innuit: & licet radii non ſint nube ſemper circumdati: tamen ſi Oriente Sole, non illuſtres eminebunt, pluvias portendent. Nam peſtilens auſter, tùm temporis, arboribus juxta & frugibus, nec non etiam pecoribus impendére ſignificatur. Si verò in exortu longè radios, per denſiores nubes porriget, aut ante exortum aurora erit pallidior, maxima oſtendetur tempeſtas. Nam horribilis exiſtet grando, quæ & uvas diſſectis pampinis decutiet, & tegulas tectorum dejiciet.

Sic, ubi cœlo peragrato in occaſum vergit: ibi varios ſolet oſtendere colores: quibus alia atque alia tempeſtas portenditur. Cæruleus namque pluviam, rutilus verò ventos denunciat. Sin autem in Occaſu nigræ nubes rubentibus intervenerint, & rutilo colori maculoſus immiſtus fuerit: pluviam, ventosque ſignificabunt. Itaque illo tempore navi-

gare periculoſiſſimum erit. Si verò & oritur purus, lucidusque & occidit: ibi tam certa fides erit ſerenitatis: ut neque ventos metuere poſſis: ſed limpidiſſimam ac molliſſimam cæli auram expectare debeas. Deniquè, ut pauciſſimis comprehendam, omnia futurarum tempeſtatum, qualescunque eæ ſint, pluviales, an ſerenæ, an ventoſæ, ſigna tam evidentia vel unicus Sol exhibet, ut qui ea obſervat manè, ſit certior de futuro veſpere: & qualis futura ſit dies poſtera, pridie non ignoret.

XXII.

Tremor radiorum Solis unde?

Radii Solis per foramen immiſſi tremere cernuntur in pavimento, cur? Reſp. radius ex alto demittitur, at omnia in altum ſurrecta nutant & tremunt impulſa concuſſione ſoli, flatibus ventorum, ſonis etiam & quæ alia diurno tempore fiunt. Deinde radius per aërem priùs tranſit, aër verò miſcetur, continuè & momentaneè, diverſi generis exhalationibus, præſertim calore ſolis diurno excitis: per illas igitur radii refringuntur, momentaneis etiam undulationibus.

Keppl. Epit. Aſtron. fol. 112.

XXIII.

Ex radiorum Solarium concurſu, poſſibile eſt Ignem generari.

In ſpeculis cavis (vel vitris *(a)* convexis) Soli expoſitis generatur Ignis. Si concavum ſpeculum ſphæricum opponatur radiis Solaribus, ita ut centrum ejus cum centro ſolis ſit in eâdem rectâ, quæ in medium

dium ſpeculi cadat, tunc idem centrum ſpeculi fit vertex figuræ, innumerabilibus radiis ibidem concurrentibus, & ibidem intra ſpeculum continuatis: ſed hi radii incidentiæ ſunt perpendiculares ſpeculo, perpendiculariter ergò ruſſus reflectuntur, inque ſeipſos redeunt, atque ita vim ſuam multiplicant. Multiplicata igitur vis, inq; centrum repulſa fervere incipit. *(b)* Etſi a. non omnes radii ab eodem ſigno, in ſpeculum tendentes ad idem reflexi punctum concurrunt, fit tamen ut omnes, intra anguſtum conveniant locum, pleriqùe etiam ab eodem loco digreſſi & à diverſis eodem concurrant. Adde quod per centrum ab infinitis utrinque ſibi occurrentibus adjuvetur. Quoniam igitur Sol, per radios calefacit, (calor enim ipſam Solis lucem comitatur) ideo plurimi radii plurimùm calefacient. Quamobrem per ſphæricum diaphanum tranſeuntes, in arctum confluentes radii, plurimum calefacient, (expulſo enim aëre ignis ibi generabitur) fomitemque ibi appoſitum, vel aridum aliquod, quod juxta concurſuum terminos poſitum eſt, comburent. *(c)* Talia ſpecula fuere, quibus ab Archimede exuſtæ ſunt hoſtium Romanorum triremes. *(d)*

Lemn. p. 236. Wolff. p. 195. parte 1.

a. c) *Hoc inſtrumento crediderim olim Prometheum ignem ſuperis ſuffuratum, pœnas in caucaſo monte dediſſe: niſi fortaſſe ſpeculo uſus fuit concavo, concavo non minus ad propoſitum idoneo. Fr. Maurolyc. de lum & umb. theor. 2. & 35. diaphan. l. 1. theor. 24. de conſpicil. fol. m. 87. Vitell. l. 8. theor. 68. l. 9. theor. 37 & 38. l. 10. theor. 48. Eüclid. theor 31. catoptr.* b. d) *Alſted. elem. Mathem. pag. 332. & ſeq. Quomodo talia ſpecula fieri poſſint, omnium*

diligentiſſimè docent Orantius Fineus, B. Porta. mag. natur. l. 17. c. 17. 18. Lucem Solis cognatum quid eſſe flammis noſtratib. patet inde, quia lux condenſata ſpeculis cavis, aut vitris convexis, incendit ut flamma & carbonis. Kepler. Aſtron. l. 4. fol. 515.

XXIV.

Veris etymon.

Ver (in Zona temperata eſt illud temporis ſpacium, quo Sol ab æquinoctio aſcendit ad Solſtitium) Græcè ἔαρ & ἦρ, unde latinum Ver, ab Hebræâ vel Syriacâ voce Eijar, derivatum videtur, qui in Anno Judaico ſecundus eſt ex menſibus vernalibus, unde & Germani ſuum Jahr derivant. Cognationem Eijar habet cum Hebræo Aer, quod vaporem ſignificat, unde Græcum ἀὴρ, Latinum Aer. Germanis eſt der Frühling/ das Früe- oder Vor-Jahr/ quaſi matutina pars anni.

Kepler. Epit. Aſtron. l. 3. part. 4.

XXV.

Veris morbi.

Vere fiunt apoplexiæ, cùm primum frigus brumæ molliri cœpit, (*a*) humores fundendo tabidis eſt inſenſum ver, *(b)* fiunt furores, melancholiæ, epilepſiæ, fluxiones ſanguinis, anginæ, gravedines, raucedines, tuſſes, lepræ, impetigines, vitiligines & puſtulæ uberoſæ plurimæ, tubercula, articulorũ dolores: (*c*) corpora nimirum eo laxantur & rareſiunt, atque ambientis calore humores fundi & moveri incipiunt; vitioſos præſertim humores ver movet, & à partibus principalibus ad ignobiles & præcipuè cutem propellit, unde varii

varii morbi, ſed plerunque ſalutares, & qui rectè judicantur. *(d)*

a) *Jacchen. comm. in Rhaſ. l. 9. c. 9.* b) *Holler. de morb. int. l. 1. Schol. 28.* c) *Hipp. ſ. 3. aph. 20.* d) *Senn. Inſt. l. 2. part. 2. c. 2.*

XXVI.

Æſtatis etymon.

Æſtas, (eſt temporis ſpacium à Solſtitio ad æquinoctium autumnale) Græcis θέρ@, utrâque voce ab æſtu dicta eſt, quod illa pars anni ferveat. Germanis der Sommer/ à Solis præſentia.

Kepler. l. c.

XXVII.

Æſtatis morbi.

Æſtate accidunt febres continuæ & ardentes, & tertianæ plurimæ, quartanæ item & vomitiones, alvi profluvia, ophthalmiæ, aurium dolores, oris ulcerationes, genitalium putredines & ſudationes; *(a)* ejus calor ſanguinem adurit, & humorem præparat melancholicum; *(b)* corpora nimio æſtu calida reddit, exſiccat, attenuat, fatigat & debilitat, humores accendit, bilem plurimam generat, ſudores excitat, appetitum deſicit, ſitim auget, eaque omnia ob nimiam caliditatem & ſiccitatem facit. *(c)*

a) *Hipp. ſ. 3. aph. 21.* b) *Montan. cent. 1. conſ. 33.* c) *Sennert. l. d.*

XXVIII.

Autumni etymon.

Autumnus (eſt temporis ſpacium ab æquinoctio ad ſolſtitium brumale) Hetruſcam terminationem

habet, cognata tamen vox videtur Græcæ αὔτμη, quæ à crebra expiratione nebularum dicta videtur. Græcè ὀπώρη ἀπὸ τῆ ὀπὸς, à ſucculentis forte arborum fructibus: unde & Germanorum Obs/ quod fructus arboreos ſignificat. Germanica Nomenclatura Herbſt à populando deſcendere videtur; undè verheeren/ vaſtare, Herling racemus ſuperſtes foliis delapſis.

Kepler. l. c.

XXIX.

Autumni morbi.

Autumno accidunt febres quartanæ & erraticæ, lienes, aquæ inter cutem, tabes, urinæ ſtillicidia, lienteriæ, dyſenteriæ, coxæ dolores, anginæ, aſthmata, volvuli, epilepſiæ, inſaniæ, melancholiæ; *(a)* Suapte natura autumnus fovet & generat humores melancholicos; *(b)* paroxyſmos uteri præfocationis tempore autumni, teſte Rhaſe, magis quàm aliis temporibus expectabimus. *(c)* Is frigiditate & ſiccitate corpora refrigerat & ſiccat, aut potius ἀνωμαλίᾳ & inæqualitate corpus noſtrum ad plurimos morbos diſponit. Ideoque hoc tempore atra bilis maximè abundat, corpora denſantur, atque denſatâ cute humores ad interiora pelluntur. *(d)*

a) *Hipp. ſ 3 aph. 22.* b) *Trincavell. l. 1. conſ. 1.* c) *Foreſt. l. 28. ſchol. obſ. 26.* d) *Sennert. l. c.*

XXX.

Hyemis etymon.

Hyems (eſt temporis ſpacium à ſolſtitio brumali ad vernale æquinoctium) à pluvia, quia ὕειν Græcis eſt pluere, quod cœlum plerumque turbidum illam anni partem, præſertim in Italia, teneat; Græcis

χειμὼν

χειμὼν eſt procelloſa aëris conſtitutio: quippe vocem à fundendo pluvias derivari volunt. Germanis der Winter / à copioſis ventis.

Kepler.l.c.

XXXI.

Hyemis morbi.

Hyeme fiunt pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, gravedines, raucedines, tuſſes, pectoris, laterum & lumborum dolores, vertigines, apoplexiæ; *(a)* frigiditas ejus auget ventriculi imbecillitatem, crudos humores & flatus generat; (*b*) ejus tempore pituita abundat, & corpora fluxionibus ac morbis à frigiditate & humiditate natis obnoxia redduntur; (*c*) mulieres ſteriliores fiunt, quàm in æſtate. (*d*)

a) *Hipp.ſ.3.aph.23.* b) *Mentan.l.c.*) *Sennert.l.c.* d) *Mercurial. de morb.mulier.l.1.c.2.*

XXXII.

Ratio explorandi leproſos.

Primò juret ipſe ægrotus, ad omnia interroga: a ſe veritatem dicturum; (*a*) Dein nomen proprium cum familiâ parentum & ætas annotetur, eoque ipſo inquiratur, num fortè parentibus vel avis leproſis genitus fuerit: deinde quo vitæ genere utatur, quoque ſodalitio hactenus uſus ſit, num fortè per contagium aliquid contraxerit: tertiò, quibus morbis aliàs obnoxius fuerit, ſimul temperamentum & conſtitutionem naturalem ante morbum recolligendo, ubi unà etiam conſuetarum evacuationũ, præſertim per menſes aut hæmorrhoides, (*b*) fortè ſuppreſſarum mentio facienda: tandem quartò juvantia & lædentia conſide-

ſiderentur, inquirendo in regionem, habitationem, conſuetudinem, (*c*) victûs rationem præcedentem & ſimilia, quæ aduſtionibus atrabilariis anſam præbere poſſunt.

XXXIII

Ex internis ſignis.

Hoc facto quoad naturales actiones quæratur. 1. an ructus ventriculi frequenter adſint. 2. an alvus præter naturam ſicca. 3. urina, num frequenter ſubjugalis, varia, quam tamen fallax ſignum ſtatuunt multi, licet Lemnius (*d*) uſti plumbi cineres in eadem natantes pro certo ſigno ponat, quemadmodum ex ſalis ejusdem ſublimatione Paracelſus (*e*) quoque morbum concludit; quorum utrumque dubitatione non caret. 4. num impetus in venerem affligat. 5. ſudor & expiratio num fœtida. Quoad vitales. 1. num pulſus ſit frequenter debilis & varius. 2. num ſpiratio difficilis. 3. cum anguſtia pectoris. 4. eaque fœtida. Quoad animales. 1. num adſit ſegnities totius. 2. torpor ſenſuum. 3. externorum refrigeratio. 4. ἀναισθησία cutis. 5. motus difficilis. 6. ſomnus gravis, incubus. 7. ſomnia perturbata. 8. puſillanimitas. 9. num pruritus aliquis ſub cute inſtar formicarum, ſive laſſitudo ulceroſa.

XXXIV.

Ex ſignis externis.

Quibus diligenter inquiſitis, denudatis partibus omnibus primò caput inſpicitur, num pili capitis leviter decidere incipiant, num ſubtiliores redditi in barba, ſuperciliis ac palpebris cadant, & in radicibus ex-

extracti carnis quippiam ſecum auferant; num ſupercilia craſſa, vel ulcerata, (*f*) num oculi rotundi, torvi, aures acuminatæ, curtæ vel rotundæ, (*g*) labia craſſa, nares exterius tumentes, interius occluſæ & ulceroſæ, facies tuberculis inæqualiter tumida, coloreque rubicante ex livore tincta? num ſub linguâ varicum inſtar intumeſcentes venæ cum tuberculis grandinum inſtar, quæ in angulis oculorum ſæpius etiam obſervantur? num cutis unctuoſa, ut affuſam aquam non recipiat? num ſub ea tubercula ferè inſenſibilia, præſertim poſt aures, circa extremitates etiam & crura? num eadem inſtar anſerũ deplumatorum, vel fiſſuris horrendisq; rugis corium elephantis referat, vel verrucis grandinem ſuillam æmulantibus ſcateat, vel morphæâ, impetigine, ſcabie ſiccâ, & inſanabili conſtet? num articuli nodoſi? num extremarum partium muſculi, præſertim propè pollicem conſumpti? num ungues incurventur? num puncturas per Chirurgum acu factas in cute ſentiat, præſertim poſt talos & tibias? num membra ſtupeant? (*h*) num ulcera fœtida & cacoëthe habeant? num digiti pedum & manuum fiſſuris & ulceribus fœtidis laborent? num vox rauca & obtuſa?

XXXV.

Ex ſanguine miſſo.

Quibus omnibus inquiſitis, ubi etiamnum incerti ſumus, venæſectio inſtituatur, ſtatim imponatur ovum donec ſanguis fuerit infrigidatus, ſi coctum fuerit, immundus eſt: obſervetur, num ſanguis ſit glanduloſus, lentiginoſus & grumoſus, (*i*) craſſus, adu-

ſtus, fæculentus, pinguem, quaſi ſuperficiem exhibens, qui per pannum colatus, arenoſum quid poſtſe relinquat, quippe cū ſale & aquâ parumper mox permiſtus non facilè diſſolvatur, num cum aqua gelatinæ modo congeletur, *(k)* nec etiam additione aceti promptè miſceatur, ſed potius effervelcat; qualia ſigna Schopfius (*l*) cum cæteris proponit. (*m*)

XXXVI.

Circa judicium notæ.

Cùm autem hoc judicium, propter ſigna dubia & infida, ſæpè admodum difficile ſit, convictus verò horum aliis periculoſus, ſemper à Magiſtratu huic cenſuræ plures numero Viri, & boni, & docti præfecti ſunt, qui leproſos probarent, & quinam è cœtu hominum ejiciendi ſint, dextrâ omnium ſignorum apparentium collatione factâ, rectè judicarent: ne innoxios exilii reos pronunciarent, aut nè dum clementes videri volunt, alios complures ſanos homines in periculum ſanitatis irrecuperabile conjicerent. Vernum autem tempus tanquam aptiſſimum ad iſtam explorandi rationem dicatum eſt, tùm etenim corpus univerſum accepto robore à Solis ad verticem noſtrum regreſſu humores abditos è profundo in altum ad extimam cutem protrudere ſolet, atque certiora morbi intus latentis teſtimonia ſe proferunt. Nos quidem nullum certius lepræ ſignum eſſe credimus, quàm fœda & terribilis faciei deformitas, Satyrorum picturam referens, coloris & characteris mutatione, & cutis tuberoſa atque granuloſa ſeu nodoſa: & maximè quidem, ſi malum hoc omnem medendi, vivendique rationem aſpernetur, nulliſq; cedens remediis

in-

ingraveſcat. Pauci apud nos verè leproſi ſive elephantiaci reperiuntur in ædibus publicis, quæ pro his ſuſcipiendis & alendis extructæ ſunt: ſed plerique illic victitantes ſcabie fœdâ & contumaci, aut impetigine ferâ, achoribusque capitis laborant, aut ulceribus Gallicis defœdati. Cùmque multi ob egeſtatem valetudini ſuæ conſulere nequeant, à magiſtratu in iſtas domunculas ablegantur, etiamſi anhelitu nemini noceant. (*n*)

a. b. c. f. g. h. i) *M. Panſ. d. prorog. vit. part. 4. pract. ſpecial. c. 52.* d) *l. 2. de occult. nat. mir. c. 52.* e) *l. 6. par. 1. c. 2.* k) *Marc. Donat. hiſt. Med. mir. lib. 1. c. 4.* l) *de lepra.* m) *G. Horſt. Epiſt. Med. lib 1. ſect. 4. pag. 388. & ſeq.* n) *I Viſcherus de ratione explor. & judic. lepros. par. 85. 86. 97. & 92.*

XXXVII.

Cicindelæ hiſtoria, fulgor.

Non ignis, non ſtella micans, non candida luna,
Me tamen in cœcâ, non niſi nocte vides:
Sic ſcribit ſapiens, ſapiens ſibi lumina præfert
At mihi ſic ſapio, lumina pone gero.

Morbard. libr. 2. mirabil. fol. 175. ex Scalig. Vl. Aldrovand. l. 4. de inſect. cap. 8. p. 194. vide centur. 4. part. 30.

Lampyrides, lucent ignium modo noctu, laterum & clunium colore, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc verò compreſſu obumbratæ, non ante matura pabula, aut poſt deſecta conſpicuæ. *Plin. l. 11. cap. 28.* Extremi panici, miliiique ſatio eſt. Juſtum eſt hoc ſeri, maturato hordeo, atque etiam in eodem arvo.

Eſt-

Eſtque ſignum illius maturitatis, & horum ſationis commune, lucentes veſpere per arva cicindelæ. Ita appellant ruſtici ſtellantes volatus, Græci verò Lampyrides, incredibili naturæ benignitate. *l. 18. c. 26.* Cur Cœlum intueris agricola? cur ſidera quæris ruſtice? jam te breviore ſomno feſſum premunt noctes. Ecce tibi inter herbas tuas ſpargo peculiares ſtellas, easque veſpere, & ab opere diſurgenti oſtendo: ac ne poſſis præterire, miraculo ſollicito. Videsné, ut fulgor igni ſimilis, alarum compreſſu tegatur? ſecum lucem habeat & noctem? *Idem ib. c.27.* Omnia terrena, quæ ſibi puritatem quandam vendicant, nonne cœleſtem fulgorem imitantur? Carbunculus nonne Solis fulgoris aliquid ſibi ſurripuit? Adamas nonne Lunæ, Smaragdus Martis, Turcheſia Saturni, Ameтiſta Veneris, Criſtallus Mercurii ſplendorem ſibi vendicârunt & energiam ſympathicam? flores denique omnes, qui mirabili viritarum colore depicti, univerſam terram, non ſecus, ac ſtellæ cœlum decorãt & illuſtrãt, tenuiſſima, & volatili ſpiſſitudinũ elemẽtorũ parte efflореſcentes, nonne aliquatenus cœleſtẽ nitorem ſequuntur? quod ex puriſſimis mixtorũ partibus oriantur, cortices verò arborũ & plantarũ, quod ex impuriori & craſſiori enaſcãtur parte, nonne tenebras ſequuntur & noctem? nihil lucis habent & ſplendoris, quòd craſſum illud & impurũ incapax ſit luminis & nitoris. Id in metallis elucet omnibus, quæ quò puriori formantur materiâ, eò nitidiùs elucent terrarum antris. Totius iſtius difficultatis, ambiguos ſolvant mæandros Lampyrides, vermiculi illi, qui verno & æſtivo tempore, noctu herbarum foliculis, terræque ſpeluncis, veluti nitentes collo ſtellæ,

ſplen-

ſplendeſcunt & nitent: quorum vermiculorum, firmum ventris, ubi alimenti, quod capeſſunt, ad vitam ſuſtentandam, digeſtum & depuratum eſt, ſmaragdinum imitatur & ſuperat lumen. *P. Joan. Fabri, Pallad. ſpag. fol. 196.*

XXXVIII.

Rota αὐτοκίνητ@.

Fiat circulus ex armillâ orichalceâ, ſeu cingulo, ubivis ejusdem exactæ craſſitiei & latitudinis, neque tamen nimiæ tenuitatis. Latitudo plerumque duos habet digitos: ambitus ad ulnæ inſtar. Videndum, ne peccetur inæqualitate partium, ſed ut circulus quam juſtiſſimâ conſtet dimenſione, ponderéque ad curſum actumque æqualem: Diſtinguatur axibus duobus decuſſatim junctis ad angulos rectos, neutra parte alteram exuperante, ſed omnibus ejusdem ubivis ponderis. Quâ ſe interſecant, in centro perforentur æquali omnium foramine. In parato ſunto quindecim pyxides ferreæ æqualis ponderis & capacitatis, articulum digiti longæ, quas eodem hydrargiri pondere ad medias implebis, ita, ut ne momento quidem exceſſus fiat. Hæ clauſæ diligentiſſimè, ne quid hydrargiri ſubterfugere poſſit, affiguntur circulo ſpaciis æquè diſtantibus, ita, ut ratione longitudinis media earum pars reſpectet centrum, medium foras ſit verſa. Ita inſtructa rota columnæ affigitur, ferreo clavo exactè tereti politoque, ut liberè poſſit circumire & volvi: ſi diſpoſitione pecces, nec æquali omnia menſuras lege, opera luditur. Hujusmodi rotula adjecta, non horologiis tantùm, ſed & ſtatuis, navigiis, aliisque, nonne veriſimile fuerit, progredi

gredi & moveri ea poſſe. Tanti eſt illa Mercurii verſutia.

Libav l 3. epiſt. chym. ep. 33. & 32.

Plura de ſervo fugitivo Chymicorum, vide cent 4. part. 95. & ſeqq. cent. 5. part. 86. cent. 10. part. 62 & ſeqq. cen. 11. part. 73. & ſeqq.

XXXIX.

Globus cæleſtis αὐτόματος.

Columella eſt quadrata, quæ pyramidis modo, in acutum deſinens faſtigiatur, altitudinis ferè trium cubitûm. Supra eam, pro capitello planus orbis eſt aheneus, auro & coloribus diſtinctus, & in cujus alterâ parte, omnis ſyderum errantium curſus explicetur, cujus eſt dimenſio cubitali brevior, roticulisq; intrinſecus denticulatis agitur, circulo immobili, ſummum complectente marginem, 24. horarum ſpaciis diſtincto. Intraque eum, in ſummo verſatili orbe, ſigna 12. ſuis diſtinguuntur gradibus. Interius orbiculi octo, pari fermè inter ſe magnitudine viſuntur. Ex iis duo, medium obtinent punctum, alter ſcilicet alteri infixus, ſicut inferior majuſculus Solem: ſuperior Lunam repræſentet. A Sole radius ad circulum pertingens, in ipſo quidem horas, in Signifero verò menſes, dies, graduumque numerum, verumque & medium (quod ajunt) Solis motum pariter indicet. A Lunâ item, ſtylus prodit, ipſius horarum index, quæ ſcilicet inferius in limbo ipſo majoris orbiculi deſignantur, perque Lunaris Epicycli tranſiens centrum, ſigniferumque contingens, medium ſui ſideris declarat motum: alteri idem indidem exoriens, Lunarisque centrum corporis, hoc eſt, epicyclii

oram

oram ſecans, verum ejus motum manifeſtat. Quo fit, ut & tarditas, celeritasque & motus, curſusque omnis & coitus item, pleniluniaque viſantur. Circum hos orbiculi ſex, quorum unus, quem Draconis caput, caudamque vocant, Solis pariter Lunæque defectus inſinuat. Reliqui Planetis attributi. Quorum à ſingulis, binæ eminent cuſpides motuum indices, perinde atque in Luna oſtendimus. Sed & retrò quoque gradiuntur, quod nequaquam in Lunâ, uſu venit, utpote cujus in contrarium feratur epicyclios. Ita & conjunctionum & receſſuum & latitudinum ratio in ſingulis manifeſta. Eſt præterea limbus alius, ſigniferi inſtar, ſex illos, quos dixi, Planetarũ orbiculos ſupernè ſecans, unde & orientium gradus, ſignorum & dierum ſpacia, hoc eſt, quotâ Sol oriatur horâ, apparet. A quibus ſinguli planetæ orbiculis deferuntur, & viciſſim interdiu quidem ad orientem, noctu verò ad occaſum commeant. Contra orbis ipſe ampliſſimus, noctu ad orientem, interdiu ad occidentem, 24. horarum ſpacio Planetas torquet. Quæ ſcilicet omnia cum cœlo congruere ipſo, & ratio convincit, & peritiſſimus quisque conſentit.

Angel. Politian. l. 4. epiſt. 8.

XL.

Sphæra admirabilis vitrea.

Archimedes Syracuſanus Mathematicus ſubtiliſſimus, inventor primus extitit ſphæræ inſtrumentalis, quæ ſphæram illã cœleſtem ad vivum repræſentaret. Nam ut nobis, cœlorũ compoſitionem, ordinationẽ, motusque eorum ob oculos poneret, fabricavit ſphæ-

ram

ram quandam vitream, omninò tranſparentem, tanto artificio, ut in eo Planetarum globi, præcipuè Solis ac Lunæ, propriis motibus in diverſas mundi plagas incederent, non ſecus ac in cœlo ipſo moventur: ita perfectè & ad amuſſim ſphæram cœleſtem imitabatur ſphæra hæc vitrea ab Archimede, ſummâ induſtriâ, ac arte conſtructa. De quâ ſphærâ Claudianus ita:

Juppiter in parvo, cum cerneret æthera vitro
Riſit, & ad ſuperos talia verba dedit:
Huccine mortalis progreſſa potentia curæ
Jam meus in fragili luditur orbe labor.
Jura poli, rerumq́ue fidem, legesq́ue Deorum
Ecce Siracuſius tranſtulit arte ſenex.
Incluſus variis famulatur ſpiritus aſtris,
Et vivum certis motibus urget opus.
Percurrit proprium mentitus ſignifer annum,
Et ſimulata novo Cinthia menſe redit,
Jamq́ue ſuum volvens audax induſtria mundum
Gaudet, & humanâ ſidera mente regit.
Quid falſo inſontem tonitru Salmonea miror?
Æmula naturæ parva reperta manus.

Clavius in Com. in 1. cap. ſphær. l. de S. Boſco fol. mihi 17. ex Materno & Cicer. l. 1. Tuſc. qu. fol. mihi 401. Polid. Virg. l. 1. de invent. rer. c. 17. Gigas l. 1. ſyſt. geogr. probl. 6. Galen. l. 3. de temperam.

In Archimede Syracuſano tanta machinariæ ſcientiæ facultas fuit, ut navem onuſtam, ſolus remolitus ſit, traxeritq́ue quò voluit, cùm ingens vis mortalium ne movere quidem loco quiviſſet. Sabellicus libr. 10. exempl. cap 8. Occiſus eſt, per ignorantiam, à Romano quodam milite, litem

neis Geometricis intentus, cum tamen hunc Marcellus, captis Syracuſis, ſervari mandaſſet, Plin. l. 2. c. 37. Livius l. 4. decad. 3.

XLI.

Quomodo ſpiritu incluſo, moles Archimedea, tàm variis motibus circumvolvi potuerit?

Quòd machina Archimedea ſpiritu agi potuerit, magna admiratione haud dignum exiſtimo, conſiderantibus nobis, quanta vi globulos expellant machinæ illæ, quæ in Germania fiunt, cùm tamen aëris impetu ſolùm id agant. Aliter forſan, per ſpiritum, Claudianus intellexit vim abditam molis. Abſconditis enim ex arte vinculis, ſeu rotarum cum denticulis auxilio fretus, machina ſpontè ac ſpiritu quodam moveri poterat videri. Claudianum quoque ſic exponere liceat, ut vim illam, quæ vinculis molarum ac nixu continebatur, latentem, ac ſi non eſſet, prætermiſſam, effigiem ſpontè ſe agentis machinæ, ac proprio ſpiritu moventis ſemet, ut non pro ſpiritu aërem, ſed animam ipſam interpretemur.

XLII.

Machina cæleſtis orbis Archimedea, cur ex vitro?

Cur ex vitro olim fieret, machina cœleſtis orbis, erat, quoniam cum eſſet æmula verè cœli, includebantur minores majoribus: quamobrem, qui intus erant, & ſidera ſpectari non potuiſſent, niſi omnes ex materiâ perſpicua conflati fuiſſent. Itaque qui

nunc has moles faciunt, vitri fragilitatẽ verentes, coguntur non naturalẽ mundi machinam æmulari, orbem orbi circumponendo, quoniam cum ex metallo ſiant, videri non poſſunt: Sed quot ſunt orbes, tot efficiunt tabulas, aut ſaltem ſenas, Solis orbem Veneris orbi immiſcentes, in circuitumque compaginant, ut quod eſt rotarum, ponderum, molarum, curruum, denticulorum, nolarum, virgarum, funium, atque aliorum inſtrumentorum, lateat intus: quanquam neque pondera, neque funes artifex noſter miſcuerit, ſed omnia ferro, denticulisque miro conſtruxit artificio: ipſi verò errones è tabulis cum quibusdam circulis prominentes absque impedimento ſpectari poſſent. Ex quo manifeſtum eſt, antiquam ſtructuram, longè hac noſtrâ nobiliorem eſſe, ac pulchriorem, noſtram verò diuturniorem.

XLIII.

Sphara cœleſtis mirabilis artificii.

Nuper quidam machinam illam mundi univerſalem, olim à Gulielmo Zelandino fabricatam, atque diſſolutam, inque tenebris per incuriam marceſcentem, (cum ego, quodam bono fato, ad inſtaurandum bonas artes etiam obiter, non minus quàm ex induſtriâ, natus, in lucem revocaſſem) in integrum reſtituit.

Cujus exemplo aliam Carolo V. Cæſari, ita conſtruxit, ut in eâ & temporum momenta & partes ſignorum ſingulas videas, & octavi orbis tardiſſimum motum intuearis. Diviſiones quoque orbis ſignorum varias, quas domos vocant, horasque æquales & inæ-

inæquales, & quod majus eſt, univerſi orbis partibus inſervientes, ut hæc verè machina, orbem univerſum referat, in eâ inſpicere licet. Omitto progreſſus, regreſſusque ſingulorum errantium ſiderum latitudines, altitudinesque, aliâque innumera, ut prorſus res non minus famâ, quam fide major ſit.

Cardan. de ſubtil. c. 17. fol. 817. & ſeqq.

XLIV.

Machina cœleſtis αὐτομάτη.

Cùm Solymannus Turcicus Imperator, A. 1541. Budam Ungariæ occupaſſet, tanto terrore incuſſo omnibus, ut Ferdinandus etiam miſſis legatis cum muneribus precioſiſſimis & rariſſimis pacē ab illo peteret; Scribitur, fuiſſe inter munera Ferdinandi cætera, quæ Solymanno miſit, admirabilem quandam machinam argenteam, quæ tùm ſpacia horarum, tùm etiam ſyderum motus, menſtruasque Solis & Lunæ coitiones exactiſſimâ ratione indicaret, intus ſcilicet dentatis rotis, admirabili quadam ratione omnia diſpenſantibus, τέχνῃ γὰρ κρατοῦμεν ὧν φύσει νικώμεθα, inquit *Ariſtot. l. de lin. inſecabil.*

XLV.

Alia.

Extruo jam Generoſo meo Domino à Promnitz, αὐτόματον, in quo variæ erunt horæ, & inter has etiam καιρικαί. Erunt præterea in eo, globus totum cœlum referens, cum motu Lunæ & Solis per Zodiacum, in quo quolibet momento conſpici poterunt, quomodo quolibet regio longitudine & latitudine à noſtro Hori-

by Google

rizonte diſcrepet, ad noſtrumque, dieque noͨteque ſe habeat. Et præſertim in Eclypſibus, cui regioni apparere poſſint. Omnia propriis manibus extruo, mirabili compendio. In eo opere, dato Themate aliquo, breviſſimo temporis ſpacio directiones & Ephemerides, in multos annos, ſine ullo calculo extruere quis poterit. Erit enim calculatio motus præciſa, ut in mille annis ne ſcrupulum quidem aberrare poſſint.

Michael Hirſchfeld D. Medicus Soravienſis. Neand. phyſ. philoſ. part. 1. p. 44.

XLVI.

Perpetuum Mobile.

Si in Angliam vel hoc ipſo die venire (puta Archimedi Syracuſano & Archytæ Tarentino αὐτομαθουέργοις) contingeret, Weſtmonaſterii Trinobantum viderent & admirarentur Perpetuum Mobile Cornelii Drebbel Batavi, ſempiternos ſiderum motus, temporumque viciſſitudines, & Oceani reciprocationes ad momenta & punctum in ævum repræſentans.

XLVII.

Organum Muſicum αὐτόματον.

Viderent & admirarentur ejuſdem Artificis Organum Musicum, cœlo ſereno, ſuaviſſimam harmoniam nullo digitulo tactum, edens ab anima mundi, ſeu ſpiritu inſenſibili & aſtrali, in ſphæram & inſtrumentum illud, artificio chymico, vi magnetica attracto, infuſo & concluſo, moveri, rotari & continuari.

Th. Reineſius in chemiatria, p. 23.

XLVIII.

Digitized by Google

XLVIII.

Horologium abſque fune.

Stant pro fune rotæ, in quibusdã molæ ſuperpoſitæ, limaci figura, denticulis 26. quibusdam etiam pluribus: ab his denticulatus axis, qui totam agit machinam, circumagitur. In altero rota eſt, 48. denticulis in imo diſpoſitis, alterique rotæ implexis, ut cum molæ nixu, quæ in imo eſt & circumvertitur, alia totidem dentibus implexa etiam circumvoluta totam machinam ſecum ducat.

XLIX.

Sedes mira.

Simili ratione inventum eſt, ut Cæſaris ſedes ita diſponeretur, ut quocunque ſitu conſtituatur, ille immobilis, ac commodè dum vehitur, ſedeat. Hoc tractum ex armillarum ratione: cùm enim circuli tres chalybei conſtituentur, polis ſurſum, deorſum, antè, rettò, dextrâ ac ſiniſtrâ mobilibus, cum plures non poſſint eſſe ſitus, neceſſe eſt ipſum in eſſedo quomodocunque agatur, quieſcere perpetuò.

Cardan. l. c.

L.

Columba volatilis.

Quod Archytam Pythagoricum comentum eſſe, atque fecisse traditur, neque minus admirabile; neque tamen vanum æque videri debet. Nam & plerique Nobilium Græcorum & Phavorinus Philoſo-

phus memoriarũ veterum exequentiſſimus, affirmativè ſcripſerunt, ſimulahrũ Columbæ è ligno ab Archyta, ratione quadam diſciplinaque mechanicâ factum volâſſe; ita erat ſcilicet libramentis ſuſpenſum, & aurâ ſpiritus incluſâ atque occultâ concitum. Libet hercle ſuper re tàm abhorrenti à fide ipſius Phavorini verba ponere: Archytas Tarentinus Philoſophus pariter & mechanicus vir, columbam ligneam fecit volatilem; quæ ſi unquam ſubſediſſet, præterea non exurgebat.

Gell. l. 10. noct. Attic. c. 12.

Excogitavit quoque Crepitaculi genus æreum, quod luſitantibus pueris daretur, ne quid interim ex vaſis domeſticis frangerent. Neſcit enim pueritia quieſcere. *Ariſtot. l. 8. polit. c. 6.* Conſentaneum eſt, crepitaculum hoc tale organum fuiſſe, quod ſuaptè ſponte ſonaret. Unde proverbium Ἀρχύτα πλαταγὴ in hominem vehementer garrulum & obſtreperum jaciebatur. Eraſm. *adag. chil. 2. centur. 7. adag. 44. Freig. quæſt. polit. p. 291.*

Vitam Architæ deſcripſit Diog. Laërt. Meminit quoq; ejus Cicero l. 3. de Orator.

Periit naufragio, ſicut ipſe locum indicat apud Horatiũ l. 1. Carm. ode. 28.

Me quoq; devexi rapidus comes Oroinis
Illyricis Notus obruit undis.

LI.

Navicula ſpontè mobilis.

Naviculam ſponte mobilem, ac ſui remigii authorem faciam, nullo negocio.

Digitized by Google

LII.

Columba arte facta volans.

Eadem ratio cum volante aviculâ.

Volantis enim columbæ machinulam, cujus autorem Architam tradunt, vel facillimè profiteri audeo. Materia ex junci medulla parabilis, veſiculis amicta, aut pelliculis, quibus auri bracteatores atque foliatores (ſic enim libet nunc) utuntur, nervulis obvoluta: ubi ſemicirculus rotam unam impulerit, motum præſtabit aliarum, quibus alæ agitabuntur.

Scal. de ſubtilit. exercit. 326.

Vocantur ejusmodi opera αὐτόματα, quæ ita fabricant mechanici, ut ſua ſponte quippiam efficere videantur, ut Horologia, quæ per ſe moveri videntur. Junius in Lex. Græco. H. Decimator, ſylv. vocabul. part. 2. in voce Architas.

LIII.

Cruentationis Cadaverum Exempla rara.

I.

Chriſtiernus 2. Rex Daniæ ſeq. mihi narravit: Aulicorum ſuorum quidam tempore veſpertino, quòd lis inter eos exorta eſſet, luminaribus extinctis, ſtricto pugione interemptus eſt in conclavi, in quo tunc temporis præter Regium curſorem adhuc undecim aut duodecim Aulici Nobiles convenerant. Cùm autem de cædis autore non conſtaret, ac Nobiles culpam in curſorem conferrent, Rex verò curſorem, quem ſingulari favore complectebatur, exiſtima-

maret extra noxam eſſe, & Nobiles contra curſorem conſpiraſſe: omnes in conclavi dicto congregatos ſimul cuſtodiæ tradi, ac propè corpus interfecti ſiſti, ſingulosq́; manum dexteram nudo illius pectori admovere, atque juratò ſe purgare coegit, quòd extra culpam patratæ cædis eſſent conſtituti. Id cùm à Nobilibus ordine fieret, corpus occiſi nullum ſignum emanantis cruoris edidit. Acceſſit tandem curſor admiſſi ſceleris conſcius; Hic mortui pedes primùm dolosè deoſculatus eſt, ut eum hac ratione ob commiſſam cædem placaret, deinde verò manu ad exanime pectus defuncti applicatâ ſtatim ſanguis, tàm ex vulnere, quàm ex naribus cadaveris magna copia erupit, necisque autorem oſtendit. Curſor hujuſmodi ſanguinis indicio convictus, conſcientiaque ſceleris adactus reum ſe confitetur. Proinde mandato Regis ſtatim capitis ſupplicio eſt affectus. Poſt eum diem Rex Chriſtiernus dictum modum explorandi cædiū autores in toto regno ſuo paſſus eſt obſervari.

LIV.

II.

Addam exemplum alterum, quod Patris mei tempore Itzehoſæ accidit. Cuidam viatori in itinere interfecto, quod de latrocinii autore non conſtaret, manus reſecta, ac in carcere ſenatus Itzehoſenſis ex tigno in fumo ſuſpenſa eſt. Tandem cùm fortè fortuna poſt decem annorum intervallum autor cædis in eam domum ſe recepiſſet: manus jam dudum exanguis & arida, ſanguinem ex alto in menſam ſubjectam ſtillare cœpit. Ex quo conjectura facta eſt, hominem latrocinii reum exiſtere. Carnifex viſa ſenatui indicat; hic homine in vincula conjecto Patrem meum

meum acceſſit; Latro, eo præſente, evidens judicium divinum agnoſcens, cædemque ante multos annos â ſe perpetratam affirmans juſtàm ſceleris pœnam, quam ſibi infligi utrò petiit, perſolvit. (*a*)

Henr. Ranzovius in Reſp. ad conſol. D. Chytræi.

LV.

III.

Idq́ petit corpus mens, unde eſt ſaucia amore.
Namq́ omnes plerumq́ cadunt in vulnus, & illam
Emicat in partem ſanguis, unde icimur ictu:
Et ſi comminus eſt, hoſtem ruber occupat humor. (*a*)

Hoc carmine Lucretius non aliter vult ſanguinem hominis oculorum radio affecti & vulnerati in vulnerantẽ prolabi, quàm hominis gladio cæſi ſanguis prolabitur in cædentem, quod ipsũ me vidiſſe teſtari plena fide poſſũ. Jacobus ab Aqueria Patritius Arelatenſis ſecundũ ventrem vulneratus vulnere ad inteſtina penetrante, quinto die moritur. In cujus demortui conſpectũ cũ qui vulnus intulerat, à magiſtratu deductus fuiſſet, ubi coram ſtetit, mox è vulnere atque è naribus demortui ſanguis cum ſonitu & ſpuma ſanguini intermiſta fluere cœpit: ſpectante multa hominum turba, quæ eò confluxerat, quos inter ipſe ſpectator teſtisque oculatus fui. (*b*)

a) *Lucret. l. 4. d. natur. rerum.* b) *Valleriol. obſ. l. 2. obſ. 7. & 9. vid. cent. 10. p. 58.*

Contrarium vidit Parens meus A. C. Tubingæ: Infans enim occiſus per dimidium horæ ſpatium in infanticidæ matris brachiis ex ordinatione Magiſtratûs detentus, nè guttam quidem ſanguinis ſtillavit. In notis MS. ad Valler. l. d.

LVI.

Serpens faciei malum à Gliribus.

In murium numerũ etiam glires referuntur, qui naturaliter venenati habentur, unde præter phlegmonẽ cancroſa apoſtemata inſequuntur, cujus exemplo eſt puer in xenodochio (*a*) qui à gliribus infectus, faciei cute conſumpta, & ſerpente malo horrendi aſpectûs, miſeram nunc trahit vitam. (*b*)

S. Hafenreffer de affectibus cut. l. 3. c. 5. a) *Tubing.* b) *per aliquot annos. mortuus eſt 1631.*

LVII.

Fragmenta oſſium ſponte prorumpentia.

Ulcus in ipsâ ſuperficie oſſis ilei, etſi chirurgus ab initio & methodicè, & eâ, quâ fieri potuit, diligentiâ curaſſet, & oſſicula nonnulla comminuta ex ipſo extraxiſſet, tandemque quoque ad cicatricem perduxiſſet; poſt annos tamen circiter duos cùm æger febre, maximisq; rigoribus & bubone in inguine correptus fuiſſet, iterum dolor ingens, inflammatio inſignis, atque intumefactio in loco prioris vulneris circa ſuperficiem oſſis ilei exorta eſt. Advocatus Chirurgus illam adhibuit diligentiam, ut tumor ille paulò ad ſuppurationem pervenerit: quo rupto multum puris inde effluxit: oſſicula quoque nonnulla, quæ ſeſe ultrò offerebant, absque ullâ violentiâ extracta fuere, ac brevi iterum conſolidato vulnere æger convaluit.

Fabric. centur. 4. obſ. 97. Idem ego anno 1608. Esling. in Domino Conſule Seb. & Reutling. Anno 1615. in I. L. vidi.

LVIII.

LVIII.

Scabies fera ſive Agria.

Eſt humidæ ſcabiei ſpecies, ſed minus frequens, valdè pertinax, in quâ puſtulæ parvæ plures cutē alicubi adimplent, è quibus per ſe vel ob fricationem ruptis, humor tenax, mellis inſtar, continuò exudās, cruſtis multis continuis, ſpiſſis, nunc albis, nunc ſubflavis, nonnunquam & ſubviridibus, tandemque nigreſcentibus totam ſedem, quam occupant, obducit, ulteriusque ſerpit, pruritu admodum moleſta, nonnunquam & ardore. Quam ſcabiem feram ſeu Agriam aliqui vocârunt; noſtri Germani eam, cùm pars affecta, ac ſi cruſtâ panis toſti, cui pili inhærerent, obductaeſſet, appareat, den Herbroten rectiùs Horbroten appellant, vel ac ſi aſſando aut frixando coaluiſſet, zuſamen bachen dicunt. Qualis infantibus plerunque, in adultis (*a*) rarius capitis piloſam ſedem, ſæpè univerſam pilis cruſtis immerſis impactisq; occupat: aliquando ſupercilia, malas faciei, (*b*) totamque ferè faciem obſidet, eamq; turpiter defœdat: aliàs in aliis quoque ſedibus occurrit.

Plater. de dolorib. p. 761. a) *In puellis ante eruptionem menſium admodum frequens & moleſta eſſe ſolet hæc ſcabies.* b) *In infantibus vocant* den Ehriß/ *fortè à ῥέω, fluo.*

LIX.

Morbus Gallicus quid, controvertitur.

Anton. Francancianus, poſtquam docuit, hujus morbi perpetuum ſymptoma eſſe exuſtionem, inquit: *(a)* Cùm itaque res ita ſe habeat, nec poſſit exuſtio fieri, niſi ab intemperie calida, neque poſſit cali-

caliditas exurere absq; adjuncta ſiccitate, cùm humiditas calorem obtundat: neceſſarium erit aſſerere, morbum Gallicum eſſe intemperiem calidam & ſiccam. Rondeletius *(b)* contra oſtendit, eſſe intemperiem frigidam & humidam, cùm medicamenta, quibus in hoc morbo utuntur, ſint calida & ſicca, quibus morbus potiùs foveretur & exacerbaretur, ſi calidus & ſiccus eſſet. Fallopius *(c)* contra utramque ſententiam diſputat, & oſtendit, morbum Gallicum neque calidam & ſiccam, neque frigidam & humidam eſſe intemperiem propriè, neque quatuor humorum ratione debere diſtingui, ſed eſſe morbum à tota ſubſtantia. Ita quoque Leonardus Botallus Medicus excellens *(d)* exiſtimat contra omnes, hepar, non eſſe focum, in quo hujus morbi ſeminium infigatur ſerveturque. *(e)*

a.c) *de morb. Gallic.* b) *de morb. Italic.* d) *de lue vener.* e) *I.A. Wimpinaus de concord. Hippocratic. ac Paracelſiſt.* *vid. Cent. 6. partic. 46.*

LX.

Mira excreta in morbis per incantationem.

Illuſtriſſimi noſtri Conſiliarius quidam, amicus meus ſingularis mihi retulit de fratre ſuo, quem ante annos aliquot, ex incantatione, graviſſimâ ophthalmiâ laboraſſe dixit, quotidie magnâ ſcoparum minutim inciſarum copiâ per oculos egrediente, ita ut ſcopæ purgandis ædibus deſtinatæ, vix emptæ, ſtatim amitterentur, quibus ad excruciandum ægrum dæmon abutebatur. *(a)* Nirtingæ Anno 1623. vitrum & lapides in quodam per penis membranam excreti ſunt. *(b)*

a) *Horſt.*

a) *Horſt. l. 1. Epiſt. med. ſect. 7.* b) *obſ. propr. Plura vid. apud Lang. Wier. Codronch. Marcell. & al.*

LXI.

Magi Ægyptii eadem cum Moſe non fecerunt.

Inſcitè admodum & profanè colligitur, Magos Ægyptios easdem res feciſſe cum Moyſe, id eſt, baculos in virgas vertiſſe, & ranas produxiſſe: & ut Moyſen, ita & Magos nihil per illuſionem feciſſe. An enim par eſt ad agendum virtus Dæmonum & Dei præpotentis? An finis utrobique fuit idem? & operibus Moyſis veris non fuit confirmandum mandatum divinum ad Regem, de demittendo Iſraelitarum populo? & verò præſtigiis Magorum non fuit facilis eluſu Rex, ut, quod ante ſtatuerat, populum vi retineret? At dicuntur in ſacris utique easdem res feciſſe. Atqui ſolum, quod in ſenſus incurrit, factum nec τὸ τί ἐςὶ facti exponitur.

M. Biermann. de Magic. Actionib. p. 13. Vid. Cramer. in comm. ad c. 7. Exod. v. 11.

LXII.

Hypercatharſis.

Erat Halæ Oeni quidam circumforaneus, venenarius potiùs, quàm medicamentarius, idiotes inſulſiſſimus, Hæmomantis, circumferens paſſim cryſtallum, leoniformem, ocelatum. ſculptilem, quo ille prodigioſa προγνώσει tranſactos hominũ languores caſusq́; perpeſſos per magicas (ut arbitror) præſtigias noſcitare videbatur. Cujus exitiali fallaciâ heu quot immatura morte prærepti ſunt: Is cucurbitas agreſtes multas incorrectas ſimul in aheno decoquebat. De quo de-

decocto cyathum.j. nonunciarum accipiens, impoſito croci exiguo, & pulviſculi ſebræ, lathyridis & veratri candidi crudorum omnium drachm. j. pro infuſione rhabarbari falſò propinabat. Singulum hauſtum aureo Rhenenſi, nonnunquam etiam ſolato venditabat. Unde plurimis dyſenteria, & minimè paucis mors ſubſecuta eſt. Quorum complurium periculoſa cura mihi à nebulone poſcinumio illo clanculum ſubdelegata poſtea fuit. Hos ego tandem (ſuperis adſpirantibus) licet ægerrimè, tamen incolumes denuò reddidi. (*a*) Si quis ex potione medicata ultra modum ſolutus fuerit, bdellium cum vino calido & aqua calida temperata exhibe. Notetur. (*b*)

a) *Leonellus de Victoriis Faventin. Med. pract. part. 2. c. 60.* b) *Al. Camerar. in not. MS. ad l. c.*

LXIII.

Catuli vomitu ejecti.

Civis Hannoveranus Albertus Hencke Sartor per ſat magnum temporis ſpatium malè ſe habuit, adeò ut pallido vultu ſatis latentem teſtaretur morbum. Quodam die ab uxore petiit, ut ipſi calidum porrigeretur lac, quod vix deglutitum ipſi nauſeam creavit cum maxima anguſtia, donec tandem evomeret magnam copiam ſordiũ, & in his duos Catulos albos, vivos, repentes & adhuc cæcos, qui in patinâ in Templum expoſiti fuerunt, ut ab omnibus viderentur. Nec diu tamen vixerunt catuli, ſed moriebantur, ipſe verò Vir indies ad integram rediit ſanitatem. Hi catuli an & quomodo in ventriculum hujus ſartoris deve-

ne-

merint, an verò à diabolo inter vomendum ſubſtituti fuerint, aliis divinandum relinquo.

H. Meibom. Chronic. Brunſuic. Bütting. part. 3.

LXIV.

Lepus unus utroq; ſexu gaudet.

Lepores utramque naturam habere, atque ſine mare, imò absque fœmella gignere quidam crediderunt, & ſingulis annis ſexum mutare voluere. Etenim Democritus primus docuit leporem marem æquè ac fœminam eſſe & naturas transmutare, & quandoque velut maſculum generare, quandoque ut fœminam parere, & manifeſtum eſſe aſſerit. *(a)* & Bodinus *(b)* refert, Varronem *(c)* lepores utriusque ſexus tradidiſſe. Ælianus inquit: de Viro rei venatoriæ benè perito & cætera quàm bono & à mendaciis alieno auditione accepi, mares lepores uno eodemque tempore tùm alios implere, tùm ex ſeſe parere, tùm nutrire, quippe qui ſint utriusque ſexûs participes: Idemque teſtabatur aliquando duos, aliquando tres parere; hoc etiam addebat, marem ſemimortuum captum fuiſſe, atque in diſſecti utero tres lepuſculos repertos fuiſſe, eos primùm extractos immobiles fuiſſe, & veluti offas quaſdam carnis ſine motu jacuiſſe: deinde à ſole intepeſcentes revixiſſe, & eorum quendam poſtea reſpexiſſe, celeriterque & linguam porrexiſſe, & cibi deſiderio os aperuiſſe: itaque lac ei admotum fuiſſe & paulatim alitum fuiſſe. *(d)* Ex quibus verbis tradit Geſnerus colligi *(e)* mares lepores vel potiùs Androgynos uno eodemque tempore tùm alios implere, tùm ex ſeſe parere. Hinc Fabricio Montano ἀρρενοθήλυκα dicitur lepus, quia incerti ſit ſexûs, modò mas, modò fœmina.

a) *Geor.*

a) *Geopon. l. 19. c. 4.* b) *Theatr. Nat. lib. 3. p. 358.* c) *de re ruſtic.* d) *l. 13. c. 12. de animal. propriet.* e) *l. 1.* f) *de differ. animal. p. 24.*

LXV.

Negatur.

Cùm de dubio hoc certus eſſe vellem, nec venatores interrogati ſatisfacerent, aliis vulgatam opinionem aſſerentibus, quam tamen nunquam propoſito lepore mihi probare potuerunt, licet honorarium ſplendidum promiſiſſem, ſi lepuſculos in ventre maſculi leporis oſtenderẽt: aliis verò nugas eſſe aſſerentibus, idcircò aliquot diſſecui hoc pacto: Aperto leporis ventre renes cum emulgentibus venis & arteriis, ureteribus, ſpermaticis venis ac arteriis, veſica, teſticulis & pene, quæ omnia ſupra chartam extendi pulchro ſpectaculo ad imitationem figuræ partium renalium ac ſpermaticarum, quæ ab Anatomicis proponitur & in Theatro noſtro Anatomico exhibetur; veſicam verò inflari curavi, quæ omnia aliquot annis incorrupta ſervavi, quo modo & Venæ umbilicalis & portæ & cavæ ramos ab hepatis parenchymate ſeparatos in decimum annum aſſervo. Sic & fœmellas cum utero exenteravi: at Hermaphroditus, fateor, ad manus nondum pervenit.

C. Bauhin. de hermaphrod. libr. 2. cap. 16. ubi pluribus rationibus etiam priorem ſententiam refutat.

LXVI.

Lepus an cicurari poſſit?

Cardanus leporem manſueſcere negat, inquiens: Aves omnes ferè cicurantur, quadrupedia, ut ſunt me-

medio ingenio inter aves & piſces: ita aliqua manſueſcunt, aliqua non: quædam etiam timor non ſinit, ut manſueſcant, ut mures & lepores. (a) Contra verò quotidiana experientia cicurari docet,(b) quare & Montanus (c) cicurari lepores aſſerit. Et Albertus: Lepores, cuniculi & ſimilia animalia ſemifera ita quidem cicurantur, ſi tenera educes, ut hominem non metuant, nec refugiant, ſed ſponte etiam accedant, cibi præcipuè gratiâ: nullius verò diſciplinæ capacia ſunt, nec vocis agnoſcunt imperia. (d) Exemplum habet Scaliger: In Avi materni Paridis arce Lodroni cùm eſſemus pueri, leporem aluimus: qui adultus cum cane leporario, etiam interdum à recenti cruento venatione liberè ac ſecurè luſitaret. Alium leporem domeſticum in arce Montiſpeſati memini poſterioribus pedibus terram bis, ter, quater ſupplodentem, quo quaſi ſeſe acueret, belli cientem ſimulacra ultrò canes provocare. (e)

a) *De ſubtil. libr. 19.* b. d) *C. Bauhin. de hermaphr. libr. 2. cap. 16.* c) *de differ. animal. pag. 51.* e) *exercit. 224.*

LXVII.

Lepus comeſtus formoſitatem conciliare dicitur.

Graviſſimi Auctores, qui rerum naturalium hiſtoriam conſcripſerunt, & Poëtæ quoque tradunt, eſu leporis venuſtatis decorem in ſeptimum aut nonum uſque diem prorogari. (a) Ut Martialem omittam, ejus rei non ſine cauſâ tantam eſſe perſuaſionem cenſet Plinius. (b) Calcagninus putat ejus carnibus ineſſe

eſſe vim expurgandæ melancholiæ, hinc oriri quandã animi exhilarationem, quâ amor & gratia concilietur. Alii ex viciniâ nominum leporis & lepôris natam joci originem arbitrantur, quò reſpexiſſe videtur verſificator neſcio quis apud Ælium Lampridium, dum Imperatorem Alexandrum Severum, quòd leporinis carnibus libenter & aſſiduè veſceretur, hoc carmine ſuggillavit:

Pulchrum quòd vides eſſe noſtrum Regem,
Quem Syrum ſua detulit propago,
Venatus facit, & lepus comeſus,
Ex quo continuum capit lepôrem.

Quam Poëtaſtri dicacitatem ipſe Imperator verſibus elegantioribus ultus eſt, ſed Græcis, quorum hanc verſionem nobis Lampridius exhibuit:

Pulchrum quod putas eſſe veſtrum Regem,
Vulgari miſerande de fabella,
Si verum putas eſſe, non iraſcor;
Tantum tu velim comedas lepuſculos,
Ut fias, animi malis repulſis,
Pulcher, nè invideas livore mentis.

Alii ad ipſam nominis originationẽ reſpexiſſe veteres autumant, quod ſicuti ἔρως, id eſt, Amor dicitur, ab ὁρᾶν, videre: ita λαγωὸς, lepus à λάειν, quod etiam eſt videre; ex quâ ſignificationis affinitate leporem Amori ſacrum eſſe crediderunt. (c) At quâ ratione fiat, ut ex leporum eſu puellarum genæ rubore roſarum efflorecant, aſſequi non poſſum. (d)

a. d) *Lang. libr. 1. Ep. 67.* b) *libr. 28. c. 19.* c) *P. Caſtell. de carnium eſu l. 8. c. 3.*

LXVIII.

Digitized by Google

LXVIII.

Oſſa flexibilia.

Aleida de Renes, matrona Nobilis, prægnans manè ancillis ſuis abſentibus audiens ploratum infantium, ſubitò ex lecto ſurgens, per ſcalas admodum præcipites inferiùs deſcendens, inopinatò cecidit ſupra latus dextrum, & dextrum cubitum verſus humerum; & circumvoluta etiam in caput prolapſa eſt: non ſine contuſione ejusdem cum vulnere. At paulò poſt reſtituta ſanitati 8. menſes cum dimidio in Haga-Comitis tunc agens anno 1588. 13. Jul. die peperit puellulum, cum brachio dextro à cubito uſq; ad humerum non tantùm reſoluto, ſed omninò oſſe non coagulato, ut brachium inſtar lori in omnem partem flexile flaccidumque concideret, ita ut in brachio à cubito uſque ad humerum os abeſſe videretur. (a) Quod Ruellius non ita pridem literis memoriaque mandavit, id ipſi vidimus in milite quodam, oſſa crurum, brachiorum & femorum ex morbo tàm mollia & flexibilia evaſiſſe, ut ceræ modo facilè ſequerentur, quocunque torqueres. (b)

a) *Foreſt. libr. 17. obſerv. 15.* b) *Fernel. de abd. ver. cauſ. libr. 2. cap. 9. Seun. Inſtit. libr. 2. part. 1. capit. 4.*

LXIX.

Curatio eorundem.

Ad infantem iſtum ego accitus unà cum M. Joh. Guattellario, & Jac. Timanno Capitone dicto Chirurgis: Ex communi conſilio adhibuimus medicamentum defenſivum & glutinans, ex bolo armeno,

 fari-

farina volatili, pulvere myrtillorum, oleo roſac. & albumine ovi concinnatum: mox ſuperimpoſitis ferulis, primò ligneis, (quas infans ferre non poterat) deinde chartaceis ex charta paulò duriore & craſſiore, inſuper ſuperinductis debitè faſciis à cubito uſque in humerum, ut ita os paulatim coagulari poſſet. Quibus remediis præter omnium hominum opinionem hic infans miraculoſè intra tres ſeptimanas ſanitati reſtitutus eſt, non ſolùm oſſe coagulato & paulatim indurato, tùm brachio etiam valido exiſtente; verùm etiam bellè puellus nutritus, ſi quis alius, inter multos infantes & robuſtiſſimus & pulcherrimus evaſit; adeò, ut ad libitum etiam, quo velit, brachium moveat in omnem partem, non ſine admiratione eorum, qui puerum viderunt & noverunt. (*a*) Oſſa iſta tandem balnearum naturalium uſu (ejuſmodi erant aluminoſæ) in priſtinum vigorem roburque reſtituta ſunt. (*b*)

a) *Foreſt. l. d.* b) *Fernel. l. d.*

LXX.

Podagra morbus Tartareus dicitur.

Omnis morbus ex ſale tartareus eſt. Imò in podagra tartari proprietates experientiâ viſendæ ſunt. Novi podagricos namque, quibus, ſi ſoleas veſperi ſcaberent cultello, atque emplaſtrum de pice navali apponerent, manè verò abſtraherent, exudaret humor craſſus lacteus. Novi, quibus etiam ſine medicamento tàm craſſus & quaſi purulentus humor ex articulis exſtillaret; aſt humor hic in ultima materiâ in tophos concreſcit. Vidi non infimi ſubſellii nobi-

bilem, qui ἐν ἀγλείῳ, cui vivo per omnes corporis poros nigra tophina grana excreſcerent, quibus erutis glutinoſus nigricans humor inſequebatur, mox in conſimilia grana induratus. Conſtat autem has eſſe tartari ſive fœculenti ſalis proprietates, ut in ejusmodi tophos lapideſcat. Deinde, tàm arctè connectuntur calculus & podagra, ut raro podager viſus ſit, quin ſimul calculo afficeretur. In confeſſo eſt tamen, calculum tartareum eſſe morbum; Eapropter & podagra inter tartareos morbos cenſenda eſt. (a) At Novatores hi ideò ſe novam Medicinæ artem inveniſſe ſibi perſuaſum habent, cùm illi, quod nos humorem appellamus, Tartarū, ſi diis placet, inculcent, quaſi diverſa nomina diverſas res facerent. Quòd ſi hominem vini dolium dicam, inconveniens erit: ita & ſi in homine tartarum ineſſe ſtatuam: At ſi quid tartaro vini ſimile in homine reperiri cenſeã, non aberro: Sic homo eſt ſimilis mundo magno, & per eam ſimilitudinem parvus mundus dicitur; An verò propterea non utar amplius vocabulo hominis, ſed ſaltem parvi mundi? (b)

a) *I. Raſeus de Podagr. p. 4.* b) *Majer, civit. corpor. human. c. 8.*

LXXI.

Potus quantitas in podagricis.

Paulatim in arthritico hoc quantitatem potûs imminuendam eſſe monendum videtur. Nam mihi ſufficere poſſe videtur quantitas 16. unciarum aut ad ſummum 20., alioqui, quantum ſeroſi humoris ex largiori potu etiam vini congeratur, neminem latet. Ad hac concoctionem moratur, cibumque in-

 ven-

ventriculo variè jactat, cruditateque auctâ neceſſariò ex capite fluxiones augentur. Præſtiterit itaque paulatim unciam unam potus conſuetæ menſuræ adimi, donec ſenſim ventriculus in meliorem traducatur conſuetudinem; cujus tamen exactam quantitatem nemo mortalium explicuerit facilè.

Gemma Friſius in conſ. Garetii de arthrit.

LXXII.

Ex Cæculâ Theriaca.

In calamitate Peſtilenti Annis 1563. & 1564. admodum Medicorum opem expetebant ægri. Qui plerumque tunc, uti & ego aquas theriacales ad ſudores movēdos illis propinabamus, quibus & Oſwaldus Berus, Octogenarius Medicus & Promotor meus multa eximia præſtabat, quas ex theriaca ſua, cui loco trochiſcorum de viperis, alios ex carne ſerpentum cœcorum, vulgarium noſtrorum, Blindenſchleich dictorum; *(a)* paratos inſerebat, parabat.

Plat. obſerv. pag. 307. a) vid. de iſto ſerpentum genere Geſn. l. de ſerp. capit. de cæcilia. Sebitz. de adoleſcent. mortuo adjac. ſerp. in append. tit. Vipera.

LXXIII.

Quid calor medicamentorum catharticorum ad purgationem faciat?

Non omnem calori in purgationibus denegamus vim & dignitatem, ſed dicimus calorem præſtare id, ut fiat purgatio commoda, facilis & cita; commoda quidem fit, quia lentos & viſcidos humores incidit, & partibus adhærentes ſegregat, quod ſi non fieret, exci-

Digitized by Google

excitarentur maximi dolores, tormina, & deliquia animi: Facilis ſit, quia homogenea congregat, heterogenea verò ſegregat & craſſos humores attenuat: Cita verò fit, quia obſtructiones aperit, oſcula vaſorum reſerat & vaſa diſtendit. Hoc voluit indigitare Galenus, dum (*a*) calorem auxiliari ſimilitudini ſubſtantiæ in attractione affirmavit: Et medicinæ quidem, quæ evacuant, faciunt illud per ſimilitudinem ſubſtantiæ ſuæ quam habent cum re, quam evacuant, & per caliditatem, quæ eſt in eis, ſubtilem.

Joh. Armbruſter de modo medicam. catharticor. ſ. 2. c. 5. a) *l. 5. de ſimpl. diſt. 6. c. 1.*

LXXIV.

Ventriculi Capacitas.

Ventriculi quantitas varia eſt admodum, nam ſi è corpore exemptus veſicæ modo inflетur, haudquaquam miraberis tantam ciborum vim viniq; copiam uno tempore poſſe abſumi. (*a*) Hippocrati quinque palmos amplus naturaliter dicitur, exemptus enim & inflatus multò major eſt, quàm in corpore naturaliter eſt, attamen ſive multum ſive parum contineat, totũ id ita proximè amplectitur, ut nihil vacui relinquat, quò rectiꝰ concoctio perficiatur. (*b*) Quoad capacitatem pro corporũ diſpoſitione & temperamentorum varietate multum inter ſe diſcrepat, & licet in benè diſpoſito & proportionato corpore plerumq; ultra tres menſuras non contineat, fuerunt tamen quorũ ventriculus à tribus ad quatuor & quinque, etiam ad novem uſque menſuras & ulte-

rius unicâ vice recipere & comprehendere potuerit: ex quorum tribu forſan Moltzheimianus ille civis in Alſatico noſtro agro fuit, qui omam vini integram 24. conſtantem menſuris Argentinam verſus ſpatio trium milliarium humeris ſuis portare volens, inter eundum tribus hauſtibus eam explevit. (c) Tubingæ in figulo quodam ſed bibulo ſtrangulato & ſecto ventriculus ſex menſuras cepit. (d)

a) *Veſal. de corp. hum. fabric. l. 5. c. 3.* b) *C. Bauhin. Theatr. Anatom. libr. 1. cap. 46.* c) *Graſecc. Theatr. Microcoſm. claſſ. 4. ſect. 5.* d) *propr. obſ. vid. centur. 15. part. 91.*

LXXV.

Ventriculi vulnera curata.

I.

Quosdam, qui in ventriculo vulnerati fuiſſent, ajunt aliquando, ſed rarò fuiſſe perſanatos. (a) In Bohemia ruſticus quidam à venatione ictus eſt venabulo lato in ſtomachum, ſub καρδίᾳ ſive ejus orificio. Vulnus hoc lethale & amplum nulla arte vel conſilio ſolidari potuit: paulatim verò labia vulneris tractu temporis occalluere, ita quòd vulneratus ſupervixerit per annos complures. Hic verò tandem ſecundum artem inſtrumentum quoddam vulneri applicavit, interdum trapis & panniculis lineis hiatum vulneris infarſit, & obturavit ita affabre, ut cùm vellet, ſtomachum per ſuperna elueret, & cibos potusque ingurgitatos ex ſtomacho per vulnus emitteret, quando liberet. Hujus rei teſtis abundantiſſimus eſſe poteſt vel ſola Cæſarea Majeſtas, quæ ut ex illius ore audivi,

divi, vulnus hoc inſpexit. (*b*) Chirurgus quidam fide dignus jurabat ſe curaſſe hominem, qui ſauciato ventriculo non longè à cibo aſſumpto per vulnus chylum rejecit. (*c*) Sanavi mulierem & hominem à quibus egrediebatur chylus & cibus. Sanavi mulierem glande percuſſam plumbea ab anteriori & poſteriori parte. Et hanc Deus ſanavit, quia meretrix quondam fuit, jam caſtè & ſanctè vivit. Si autem fuerit in ore ventriculi inſigne vulnus, tunc ſuccedit mors. Sanatur tamen ventriculus: quoniam exhibemus glutinantia per os. (*d*) Hechingæ cujusdam ventriculum inſigniter vulneratum ſanatum ſcio Anno 1604. (*e*)

a) *Galen. in aph. 18. ſ. 6.* b) *Cornax in Epiſt. ad D. Hertoghe Enchir. Med. annex. Jul. Alexandrinus in annot. cap. 4. lib. 6. Therap. meth. Gal. Graſſec. Theatr. Microc. claß. 4. ſect. 19.* c) *à Vega in aph. dict.* d) *Fallop. de cap. vulnerib. cap. 12.* e) *propr. obſervat. vid. centur. 10. part. 44. 45.*

LXXVI.

Quamdiu homo inediam tolerare poſſit.

Per triduum hominem tolerare poſſe inediam Vir ille Ægyptius tres dies & tres noctes absque cibo & potu peragens (*a*) & Tobiæ Junioris Conjux (*b*) teſtantur. Per ſeptem dies tolerare poſſe inquit Hippocrates: (*c*) Si quis in ſeptem diebus nihil edere aut bibere velit, plerique quidem in ipſis moriuntur. Sunt autem, qui ipſos transmittunt, & tamen moriuntur. Sunt quidam, qui perſuaſi ſunt, ut ne deſperarent, ſeipſos fame conficientes, ſed comederent ac biberent: verùm venter non amplius ſuſcipit. Je-

Digitized by Google

junum enim inteſtinum in his diebus concrevit, moriunturque etiam illi. Varro ait: Quibus inedia mori conſilium eſt, ſeptimo demum die mortem oppetunt. Plinius inquit: Homini non ante ſeptimum lethalis inedia; duraſſe & ultra undecimum pleroſque certum eſt. (*d*)

a) *Libr. 1 Reg. cap. 30.* b) *Tob. cap. 3.* c) *de carnibus.* d) *l. 11. c. 54.*

LXXVII.

Diuturnæ Inediæ Exempla.

1. 2.

Timonis in Cilicia Amita (avia, aut nutrix) quotannis per ſpatium bimeſtre deliteſcere ſolebat, ac nullâ re aliâ quàm ſpiratione vivebat. (*a*) Fœmina Coloniæ in Germania ſub Friderico 2. Imper. ſine cibo dies quandoque viginti transmiſit, ſæpè verò & triginta. (*b*)

LXXVIII.

3. 4. 5.

Fuit homo, qui, quoad vixit, neque manducavit unquam, neque dormivit, tantùm in ſole commorans ac alimentum ex aëre accipiens (*c*) Prodigioſus *ἀσιτίας* ſive inediæ triennalis exemplum in puella Spirenſi recitat Langius. (*d*) P. Foreſtus vidit puellam ægrotantem, quæ 12. annos nihil ſumpſerat, quam caſei momentum, citra ullum potum, mediocriter mingens, & ſingulis octo diebus tantùm ſemel alvum deponens. (*e*)

LXXIX.

LXXIX.

6.7.

Alex. Benedictus Veron. ſe 46. continuis diebus quendam Venetiis jejunium habuiſſe ſcribit. (*f*) Ego 17. dies vidi jejunantem Virginem Nobilem cum alvi adſtrictione, quam adjuvante Deo unicum curavit clyſma. (*g*)

a) *Plutarch. libr. 8. quaſt. conviv. q. 9.* b) *Alb. Magn. libr. 7. animal.* c) *Cœl. Rhodig. lib. 24. c. 21.* d) *l. 2. epiſt. 27.* e) *l. 18. obſ. 8. ſchol.* f) *Prax. libr. 12. cap. 11.* g) *propr. obſervat. Plura Exempla vid. apud Schenck. Jonſton. & alios.*

LXXX.

Oeſophago inhærentium extractio.

Illapſum in Oeſophagum, ſi deglutitionem impediat, forcipe, vel inſtrumento alio flexili, quod gulæ ductui ſe accommodare poſſit, intruſo illud deorſum deturbabimus. Bacillo craſſiore betulæ ex ſcopa, quæ ſemper ad manum invenitur illud commodè præſtabitur, cum citra fracturam facilè flectatur, ſi recens ſit; vel ſi aridus, in lixivio fervẽti prius emollitus nonnihil fuerit, atque oleo inunctus. Plumbeo ad hoc utitur Rhazis. Quod & cereâ candelâ in oleum priùs intinctâ commodiſſimè efficitur.

Plater. de laſ funct. p. 501.

An einem eyſern Drath ein ſtücklein Wachs geſteckt *ſpinas piſcium frequenter & feliciter extraxi.*

LXXXI.

LXXXI.

Volvulus Juſculis curatus.

Nobilis quidam in Italia volvulum patiebatur, nec ullis remediis atque clyſteribus acutis curari poterat, imò ipſis clyſteribus per os rejectis; tandem veniens quidam Medicus Hiſpanus propinavit eidem juſculum pingue, quod primâ vice, tùm ſecundâ evomuit: tertiâ vice cùm cepiſſet, retinuit, ſic mirabiliter curatus. Romæ mulier quædam Spoletana cum deplorata haberetur, & ſtercus per os evomeret, neque ullis remediis ſanari poſſet, tandem ſumpſit omni die juſculum malvæ & ſanitati reſtituta fuit; ut conſtat ex arcanis Cornelii Medici Roterodamenſis. Nihil æquè ſtercora dura emollit, quam juſcula pinguia.

Foreſt. l. 21. Schol. obſ. 21.

LXXXII.

Vomitus nucleorum ceraſorum in colica.

D. C. menſ. Jul. 1599. colicâ, ventriculi dolore, & vomitibus acidis laboranti inter varia medicamenta ſequens etiam Enema præſcripſi: ℞. Brodii gallin. libr. un. in quo diſſolv. Mell. roſ. col. unc. ij. ol. comm. violar. ana unc. un. Sem. Vitell. ov. nr. ij. F. Clyſm. Quod tres dejectiones cauſavit, materiæ viſcidæ, pituitoſæ, & globulorum luteorum. Cùm primùm operaretur, vehementer vomuit æger magnam copiam variæ fuſcæ materiæ, inſtar minutiſſimè diſciſſi & contuſi pulmonū ac hepatis parenchymatis; præſertim verò haud paucos ceraſorum nucleos, quorum quidam membranâ debitè adhuc tecti erant.

Va-

Variis medicamentis, ſed fruſtra propter aſſiduum vomitum, tentatis, tandem brevi mortuus eſt.

A. Camer. Par. Idem ego Anno 1604. in 7. V. M. colico obſervavi.

LXXXIII.

Vomitio ſanguinea nigra.

Sanguinea vomitio nonnunquam, ſed rarius occurrit, in affectu, quem ſanguinis vomitum ob id appellant. In quo ſanguis aliàs parciùs aliis permiſtus, cum illis vomitu excernitur, aliàs copioſè admodum evomitur, itq; nunc purus, aliàs dilutus, interdũ concret⁹ & grumoſus, aliàs tenax picis inſtar & nigreſcẽs, quandoque atramenti in morem, qualem magnâ copiâ (*b*) ſupra infraque excretum in celeberrimo Jureconſulto vidi. (*a*) Mulier in hoſpitali noſtro circiter annos 35. nata, quæ civi cuidam Conſtantienſi nupta erat: Antequam nuptiæ celebrarentur, maritus eandem odio quodam (ut ita loquar,) novercali, neſcio ob quod delictum, proſequi cœpit, ita ut illam humi proſterneret, ac pedibus eam impeteret, & tandem quaſi ſemimortuam reliquit & aufugit. Ex eo tempore mulier iſta ſingulis octo diebus, velut certo & ſtato tempore, adeoque inſtar paroxyſmorum, ſanguinem aterrimum ſummo cum dolore evomuit; poſtea itidem ſe benè habuit, cibum attamen non appetit. (*c*)

a) *Plater. de vitiis p. 793.* b) *Idem ego à I. B. Mercatore Eſſi. Anno 1608 vidi, & quid. ſine noxa.* c) *Geſnerus apud Schenck. l. 3. ſect. prior. obſ. 66.*

LXXXIV.

LXXXIV.

Enemata & ſuppoſitoria per vomitum rejecta.

Rejectos clyſteres vomitione fuiſſe interdum, ſcriptum à Galeno(*a*)invenitur; vidiq́ue ipſe in colicis doloribus, non quidem ex injectionis vehementia, aut vi ullâ protruſos eò, ſed excretrice facultate irritata, præter naturam, caſuq́ue interdum aliquo, ab inferioribus ad ſuperiora inteſtinorum convertente ſe, propellenteq́ue ocyſſimè quandoque ſurſum verſus, quicquid noxii perſenſerit. (*b*) Suppoſitorium opiatum his elapſis diebus cuidam teneſmonizanti imponi juſſum, quæ poſtea per horas quatuor continuè quievit, quo in tempore ſuppoſitorium illud filo appenſum evanuit: hinc verò ad duos dies tàm horribilem ſaporem patiens in ore percipiebat, ut aſſumere cibum non poſſet: propter quod Magiſter meus Philippus vomitum provocavit, & tunc patiens ſuppoſitorium illud filo appenſum evomuit. (*c*) Obſervatum, quoſdam evomuiſſe clyſteria per os. (*d*) Nobilis Matrona P. O. à N. in dyſenteria etiam rejecit clyſteria per os. (*e*)

a) *De ſymptomat. cauſ.* b) *l. Alexandrin. not. ad c. 17. l. 13. Therap. meth. Gal* c) *Guainerius Pract. Tract. 5. c. 2. Imò Valeriola glandes filis fortiſſimis femori alligatas, brevi tempore filis abruptis, vomitu rejectas memorat. comm. ad l. 6. cap. 2. Gal. de cauſ. ſympt.* d) *R. Solenand. conſ. med. ſect. 5. conſ. 16.* e) *A. Camerar. P. in notis MS. ad l. d.*

Digitized by Google

LXXXV.

Suppoſitoriorum longitudo.

Suppoſitorium vulgò, quòd ano ſupponatur, appellatum, Græcis, præſertim Hippocrati (*a*) βάλανος, Myrepſio (*b*) ὑπόθετον. Balaniſmus & peſſulus Aureliano (*c*) collyrium Columellæ (*d*) Latinis Glans à ſimilitudine glandis quercinæ vocatum (*e*) à quibusdam conficitur inſtar candelæ cereæ dodrantali longitudine, unde ab earum ſimilitudine vulgus candelas vocat. Ea autem longitudo inutilis eſt planè, cum facultatem expultricem non irritent glandes, niſi quâ parte tangunt podicem, aut recti inteſtini extremum. Ea autem pars ſenſibilis maximè eſt. Satius itaque erit ad glandis majoris ſimilitudinem effingi, craſſitiemque digiti utrinque acuti, quò faciliùs ingerantur & egerantur, ſi integrè egeri debeant. (*f*)

a) *de rat. vict. in acut.* b) *ſect. 6.* c) *l. 4. tard. paſſ. 7.* d) *l. 6. c. 6.* e) *C. Bauhin. de comp. med. c. 13.* f) *Rondelet. de medicam. intern. l. 1.*

LXXXVI.

Enematum uſus nimius vitandus.

Clyſteribus, ut monuit Ægineta, (*a*) aſſiduè non utendum, ne his aſſueta natura officii ſui immemor reddatur. (*b*) Frequens enim illorum uſus calorem inteſtinorum debilitat, proventum flatuum facit, & naturam ſegniorem reddit. (*c*) In prægnantibus nimius eorum uſus vitandus, quia ab ipſis fœtus laxatur. (*d*)

a) *lib.*

a) *lib. 1. c. 44.* b) *Heurn. meth. ad Pr. l. 1. de Clyſt. vid. cent. 10. part. 23.* c) *Crato conſ. 16.* d) *Rond. lib. 3. de morb. mul. c. 16.*

LXXXVII.

Vrina regurgitans in ventris capacitatem.

Monialis quædam virgo quinquaginta quinque aut ſex annorum, multo tempore circa inguina & pubem doluit; multis interim ex utero prodeuntibus excrementis, ſupervenit tandem ventris tumor, quo indies majore facto, neque ullis cedente remediis, mors tandem ſubſequuta eſt. Hujus venter non aquoſo humore alio, ſed urina plenus extitit, quæ ex læſa & pertuſa veſica in hunc influxerat. Uterus ſiquidem omninò exulceratus fuit, ac ita quidem, ut nè figuram quidem ſuam retinuerit; veſica quoque quâ parte ipſum contingebat, ſimiliter & aliquot foraminibus hians, per quæ urina in ventris cavitatem delata fuerat. (*a.*) Hoc etiam S. S. Civi Reutlingenſi contigit, cui obſtructo meatu urinario, tandem regurgitante urinâ in ventris capacitatem, umbilicus apertus eſt, ex quo quotidie in vaſculis quibusdam in eum finem factis ac ſecum geſtatis, urinam excepit. (*b*)

a) *R. Dodonæi Obſerv. Med. cap. 19.* b) *A. Camer. P. D. in notis MS. ad h. l.*

LXXXVIII.

Virgines lac habentes.

Vidimus mulierem cũ virgo eſſet, cui menſes ſubſtiterant, lacte ſemper diffluxiſſe. (*a*) Nam ſi mulier, quæ

nec

nec prægnans, nec puerpera eſt, lac habet, ei menſtrua defecerunt. (*b*) Chriſtophorus Vega ſcribit, (*c*) Virginem vidiſſe, cui menſes defecerant, & magna erat in mammillis copia lactis, quam propterea Medicus incautus, cui ejus rei determinatio fuerat commiſſa, prægnantem eſſe dicebat, quam tamen ipſe acerrimè defendit, affirmans, ex ſolo defectu menſtruorum id accidiſſe, & novem tranſactis menſibus nullo ſecuto partu, menſibusque redeuntibus, paulò poſt inculpatam apparuiſſe. Similem etiam vidi ego & curavi Hamburgi probis & inculpatis moribus virginem, cui & menſes ſuppreſſi erant, & tamen alba ac multa purgamenta ex utero fluebant, & ex mammillis lac copioſum, ita ut ipſius cognatæ de integritate etiam dubitarent, quas tamen iisdem rationibus placavi. (*d*)

a) *Alex. Bened. ſt. l. 3. c. 4. Schenck. obſ. l. 2. obſ. 289.* b) *ſ. 5. aph. 39. Hipp.* c) *in comm. ad d. aph.* d) *Roder. à Caſtro Med. Polit. l. 4. cap. 12.*

LXXXIX.

Infans primo menſe lac è papillis reddens.

Nuper Martino Borglino amico noſtro uxor jam quindecim annis ſterilis filium enixa eſt, qui primo menſe & lac emiſit è papillis copioſum, & mammæ intumuerunt atque obduruerunt, adeò, ut obſtetrices adhibitis repellentibus vomitum lactis, non curato priore affectu, excitarint.

Cardan. l. 12. de ſubtil. Schenk. l. c. obſ. 291.

XC.

Vetula lactans.

Infans, cum aviam vetulam ſicciſſimam, mortua

matre, ſugeret, tandem lac emulſit, eoque nutritus eſt abundè in oppido Hami Veromanduorum, quod mirum videri non debet, ſi verum eſt, quod Ariſtoteles *(a)* ſcribit, viros etiam uberibus aſſiduo ſuctu copiam lactis effudiſſe. *(b)*

a) *Ariſt. de hiſt. anim. l. 3. c. 20.* b) *Bodin. Theatr. Natur. p. 429.*

XCI.

Menſium reſtrictio à gelu lethalis.

Foreſtus recitat exemplum cujusdam puellæ, quæ ex immodico gelidiſſimæ aquæ potu menſium reſtrictionem paſſa eſt, unde mors ſubſecuta fuit. *(a)* Nam inquit: *(b)* Puella quædam, cùm æſtus ingens eſſet, dum menſtruas purgationes experiebatur, in maxima copia bibit aquam frigidiſſimam, unde non ſolùm menſes reſtricti fuere, ſed mox ſymptomatis gravioribus eandem apprehendentibus lotium planè reſtrictum fuit: & incidit in ſyncopen, tanquam ex ſanguine concreto, ut nulla remedia, quamvis apta à me adhibita profuerint, ac ipſa vix quatuor aut quinque diebus ſupervivens, extincta fuerit.

a) *M. Panſa de Prorog. vit. part. theor. ſpec. capit. 59.*

Sic Eſslingenſ. virgo tempore menſium in nive ambulans ex refrigeratione pedum, fruſtra multis adhibitis remediis tandem mortua eſt A. 1607.

XCII.

Variæ Molarum figuræ.

Ratione figuræ molæ ſunt multiplices, aliæ rotundæ,

Digitized by Google

dæ,aliæ oblongæ,rhomboidales aliæ &c.(*a*)Narrabat obſtetrix famoſiſſima Cuſtrina dicta, ſe inter partus monſtruoſos,vidiſſe enixum quendam veluti globum membranoſum flatuoſo quodam ſpiritu turgentem, & diſtinctum diſtentumque veſiculis quibusdam, aqueo humore puri non abſimili ſcatentibus & plenis, & aliàs pellucentem, ut faciem Lunæ quodammodo exprimeret, unde partum Lunæ vocabat, affirmabatque magnâ vi ex utero erumpere, & devolvi in terram,atque è terra ad uterum reſilire,inſtar pilæ cujusdam,videlicet flatu naturâ ſuâ levitate plenus globus ille illiſus in terram remittebatur & ſubſiliebat; non aliter atque pila aëre diſtenta excuſſa in terram reſilire ſolet. (*b*) In matrona quadam honeſta poſt partum ex variis ſignis molam adhuc eſſe reſiduam conjeci, quam aliquibus adhibitis priùs medicamentis, extraxi. Mola illa vel maſſa carnea magnitudinem capitis infantis ferè adæquabat, rotunda erat,ſed paulatim decreſcens, tandem in ſpongioſam quandam ſubſtantiam deſinens, habebatque appendentem aliam quandam carnis portionem.(*c*)

a) *El. Jordanus de Mola* 6.11. b) *Piſo de morbis à ſeroſ. Colluv.p.332.* c) *Fabric. H. obſ.52.l.2.*

XCIII.

Alia.

Mulier quædam uterum ferebat, & quinto menſe puellam abortivit, poſt ſecundas non dejecit, ſequenti nocte alteram peperit puellam, poſtquam & ſecundæ prodiere, ſed tunc ægriùs tulit, tandem ſe-

quenti die fruſtum quoddam carnis galli criſtæ cum roſtro gallinaceo ſimilitudinem habens ejecit, & immunis evaſit. (*a*) Vidi molas, quæ quadã rudi ſimilitudine nonnulla animalia bruta, ad quorũ conformitatem formatæ videbantur, repræſentabant. Alias ad ſimilitudinem alicujus humani membri delineatas animadverti: præcipuè autem novi honeſtam & nobilem mulierem, cum doloribus inſtantibus partus naturalis expectaretur, tres molas ad ſimilitudinem pudendi virilis formatas peperiſſe, hæque nullis ad invicem communicabant ligamentis. (*b*)

a) *Luſitan. cent. 1. cur. 27.* b) *Salius in annot. ad Altomar. Pract. c. 112.*

XCIV.

Alia.

Variis remediis uſurpatis & reiteratis Anna Ivonis mulier valdè obeſa, at fœcunda, rejecit molam carneam, quaſi multis oculis refertam, rotundam, multò ampliorem palma manus, imò ad duas ferè excedentem. Cronenburchius Medicus Colonienſis cum Betto Medico vidit mulierem, quæ menſe tertio abortiit, & unà cum fœtu humano perfectè & ritè figurato molã carneam ad magnitudinem ferè gallinæ ejecit, in quâ caput erat configuratũ cum roſtro in ſimilitudinem aquilæ, ſed aduncum non erat, rictus cartilagineus utrinque diduci poterat, oculorum loca expreſſa erant informia, à latere membranæ carnoſæ. (*a*) Gertrudis mulier procera & pulchra peperit molam caput roſtratum inſtar accipitris habentem, adeò duram, ut ferro incidi non poſſet. Mulierculæ vulgari nomine hanc beluam appellabant een Zuyger:

vo-

Digitized by Google

verùm ubi carnea eſt, ſpongioſa, & non ita dura, cum oculis referta, & mollior, ſolent appellare een manendracht. *(b)*

a) *Foreſt. l. 28. obſ. 61.* b) *obſ. 62.*

XCV.

Cæci mira agentes.

1. 2.

Didymus Alexandrinus, Præſul Cæſareenſis, cùm à pueritia luminibus orbatus eſſet, adhibitis piis precibus ſtudia ad laborem & juges continuataſque vigilias, non ad legendum, ſed ad audiendum, ut, quod aliis viſus, hoc illi conferret auditus, adhibuit, Dialecticam & Geometriam didicit, eâque indefeſſâ diligentiâ, docente Deo, in tantam divinarum humanarumque rerum eruditionem & ſcientiam venit, ut Scholæ Eccleſiaſticæ Doctor exiſteret, & commentaria in Pſalmos ſcripta relinqueret. *(a)* Fuit majorum noſtrorum tempore Johannes Ferdinandus, natus in Flandria, patre Hiſpano, cœcus & præterea inops. Quas tamen ambas difficultates, admodum contrarias hominibus doctis ita ſuperavit, ut non ſolùm poëta & philoſophus inſignis evaſerit, ſed etiam tàm eximius Muſicus, ut cum maximâ audientium delectatione varia genera Muſica tractaret, atque inſuper cantilenas aliquot vocum artificioſiſſimas memoriter componeret. *(b)*

XCVI.

3.

Noſtrâ ætate Johannes Gambaſius Volaterranus, inſignis ſtatuarius, Florentiâ Romam profectus eſt. Hic circa annum ætatis vigeſimum utroque captus eſt

oculo. Quocirca per decennium in hac arte nil erat operatus. Sed deinceps ſubiit eum cogitatio ingenii denuo in arte ſtatuariâ experiendi; & contrectatâ diligenter manibus ſtatuâ marmoreâ, quæ Coſmum I. Hetruriæ Magnum Ducem referebat, aliam ex argilla adeò ſimilem expreſſit, ut omnes rei novitate ſtupidos reddiderit. Quare juſſu Ferdinandi Magni Ducis Hetruriæ Romam petiit, & expreſſam Urbani 8. Pontif. Max. ex argillâ effigiem quam ſimilimam eidem obtulit. Deinde multas etiam nonnullorum formas effinxit. *(c)*

XCVII.

4.

Nicaſius de Werda Mechliniæ natus, licèt ab anno tertio ætatis ſuæ oculis captus, & ob id etiam elementorum literarum penitùs ignarus fuiſſet, tamen nihilominus in omni doctrina divina & humana adeò profecit, ut admirationi omnibus eſſet, & cum Lovanii gradum Magiſterii accepiſſet, ſcholis aliquandiu Mechliniæ cum laude præeſſet, & Lovanii aliquantò pòſt Licentiam in Theologia conſecutus, cœcus quamvis, Evangelium tamen publicè docuerit. Quin & poſt hæc gradum Doctoris utriusque Juris in Academia Colonienſi cùm accepiſſet, in gymnaſio publicè ibidem jura cum ſtupore omnium docuit, atque libros utriusque juris, quos nunquam viderat & legerat, memoriter recitavit, donec Coloniæ moreretur Anno 1492. *(d) (e)*

a) *Ruffin. libr. 2. hiſtor. Eccles. cap. 7.* b) *Camerar. oper. ſuccis. lib. 1. c. 37. Crus. libr. 12. part. 3. c. 30.* c) *Aldrovand. in Hiſtor. Monſtr.* d) *Camerar. l. d. Wolff. lect. recond. Anno 1489.* d) *alii 1499.*

XCVIII.

XCVIII.

Obauditionis cauſa ſingularis.

Citra ullam auris offenſionem obauditio, id eſt, depravata auditio, interdum capitis conſenſu accidit. Quæ hujus eſt generis, non in ſolam aurem impingit, ſed per omnes capitis arterias effundi percipitur. Talis ferè exiſtit per ſummum febrium ardorem, nec non ſine febre, cùm è ſubditis viſceribus calida copioſáque expiratio in caput effertur. Etenim tùm hâc, tùm flatuoſo ſpiritu diſtentæ arteriæ vehemẽtiùs pulſant, multumque calidi ſpiritus in cerebrum & aures effundunt: ab his verò audiendi ſenſus alioqui ſanus, perturbata atque confuſa obaudit. *(a)* Huc referendus videtur affectus Rei Frumentariæ Præfecti M. Z. qui poſt curationem parotidis valdè parvæ, eò redactus eſt, ut perpetuò quaſi ſonitum percipiat. *(b)*

a) *Fernel. Med. Univ. l. 5. c. 6.* b) *A. Camer. Par. in Not. Ms. add. l.*

XCIX.

Oculus leporinus.

Hujus morbi cauſa duplex eſſe poteſt, interna ſcilicet, & externa: interna erit aliquando defectus materiæ in ipſa creatione, aliquando ſpaſmus, vel corroſio, vel caro ſuperaucta: externa erit inciſio palpebræ, (*a*) quia ſcil. propter inciſionem, vel propter cicatricem eſt diminuta & everſa. (*a*) Si à cicatrice aut vulnere & ulcere malè curato ortum habeat, danda opera, ut cicatrix emolliri queat. Quod ſi non poſſit, manus opera adhibenda. *(b)* Paulùm nimirum infra ſupercilium cutis incidenda eſt lunata figura, cornibus ejus deorſum ſpectantibus. Altitudo eſſe plagæ

uſque ad cartilaginem debet, ipſa illa nihil læſa. Nam ſi ea inciſa eſt, palpebra concidit, neque attolli poſtea poteſt. Cute igitur tantùm diducta ſit, ut paulum in ima oculi ora deſcendat, hiante ſcil. ſuper plaga, in quam linamentum conjiciendum eſt, quod & conjungi diductam cutem prohibeat, & in medio caruunculam citet: quæ ubi eum locum implevit, poſtea rectè oculus operitur. *(c)*

a) *Dom. Leon. Prax. l. 4. ſect. 1. c. 17* b) *Senn. Prax. libr. 1. part. 3. ſect. 2. cap. 6.* c) *Corn. Celſ. d. re med. libr. 7. p. 413.* d) *Hoc in pictore Ulmenſi vidi Anno 1603.*

C.

Capitis vitia humorum per os, nares, aut aures ejectione curata.

Pituitoſa & ſeroſa cerebri excrementa copioſiùs congeſta retentaq; , non tàm copiâ ſuâ, quàm frigiditate interdum, vel acrimoniâ, quam ex corruptione aut ſalſedine adipiſcuntur, accedente actuali interdum quoque calore, quem ſimul concipiunt, dolorem capitis, nunc circa frontem, nunc circa occiput, prout humor ille anteriorem poſterioremvĕ cavitatem implet, ponderis inſtar gravantem, diſtendentem quoque & vellicantem ſimul, interdum efficiunt: interdum verò capitis aliquos alios affectus, ut vertiginem quandam, & imprimis defluxiones quaſdam dolor ille præcedere & comitari ſolet. Quem ab ejuſmodi humoribus excrementitiis prodiiſſe, redundantis ipſorum copiæ indicia manifeſtant, humorque ille aqueus, tenuis, acris & calidus in coryza dicta cum capitis hoc dolore conjuncta, ex oculis naribusque exſtillans, quænam & qualis illius cauſa fuerit,

rit, & qualis in aliis etiam eſſe poſſit, ſatis demonſtrat. Quorum & immenſam copiam, non ſolùm è naribus, ſed & ex auribus aliquando effluxiſſe, capitisque dolorem diuturnum ſolviſſe vidimus. *(a)* Ex ore per expuitionem vidi excretæ pituitæ magnam copiam Anno 1615. M. Majo, in N. I. Mezing. Sanitati integræ reſtitutus eſt, cùm antea propter memoriæ vitium nullas ampliùs literas ſcribere aut legere potuiſſet. *(b)*

a) *Plater. d. dolorib. p. 252.* b) *ex propr. obſerv.*

CENTVRIÆ XX.

Particula I.

Aquarum mineralium potio & lotio ſimul quomodo inſtituenda?

Varii modi.

QUi & potum aquarum mineralium ad interiores morborum cauſas, viſcerum puta intemperiem, & humores inde provenientes pravos tollendum, & balneum tanquam topicum ad cauſatum ſeu effectum circa corporis circumferentiam impreſſum impactosque humores dimovendum ac profligandum neceſſarium habet, certo ordine, qui teſte Galeno, *(a)* Naturæ maximè familiaris eſt, curam Nymphaticam aggredi, inque eâ progredi debet, nè forſitan contra methodum ac intempeſtivè ſacras has Nymphas adorans, easque auxilio nudas, Actæonis more, offendens, corporis habitu in pejus adhuc

 mu-

mutato infelicibus ægritudinis cornibus gravetur & membra propriæ incuriæ ſuæ quaſi dilaceranda propinet. Nam, quod Xenophon *(b)* ſcribit, nihil æque utile, honeſtum ac decorum hominibus eſt ac legitimus ordo; de quo tamen circa aquarum dictarũ uſum obſervando, diſcordes Medicorum ægris conſulentium ſunt opiniones: Hi enim, ut malè habentes circa matutinum bibant, veſperi verò balneum ingrediantur, volunt. Illi à lucis ortu balneum, deficiente verò die acidulas ſuadent. Alii uno eodemque tempore & lavare & bibere jubent. Invenies, qui potum balneumque alternare conſultius ducunt. Sunt, qui primum balneationi locum tribuunt, quâ, eâ vice, finitâ, acidularum deinde uſum malunt.

II.

Difficultates circa Tres priores.

Primum quod concernit ordinem, nè quidem tertia bibentium pars omnem, quam exhauſerunt manè aquam ante veſperam reddunt, qui itaque ſi veſperi lavarent, motus contrarios paterentur: taceo, quòd ſi cauſâ nondum eradicatâ effectui aſſiſteretur, tàm inſignis inde noxa promanare poſſet, ut vel ſalus ipſa ſaluti eſſe nequiret. Ita ſecundus reprehenſione non eſt indignus, nam cùm acidulæ motum non adeò brevem poſtulent, hic autem ob vicinam noctis requiem fieri nequeat, aut etſi fieri poſſit, propter aërem nocturnum non adeò conducibilem, venter cibo etiam ſerotino repletus & moram & moleſtiam creet, quis non videt perperam agi, ſi non niſi veſperi bibatur? placeat ægris quicquid velit, ab artis tamen

men præſcripto in ipſorum gratiam nobis non eſt recedendum, præſertim ubi ſine gravi diſpendio gratificari non licet. Intolerabiliorem verò committunt errorem, qui ex tertio ordine ſunt: potus namque Medicina univerſalis eſt, eò, quòd totum corpus reſpiciat, balneum autem particularis, topica ſiquidem particularia ſunt, quæ ex lege dogmaticâ poſt univerſalia adhibenda, eorum igitur confuſio orire-tur damni nullatenus expers. Deinde nullus poteſt exſtirpari affectus, niſi priùs causâ ejus expunctâ; cùm itaque potus cauſæ internisque vitiis, à quibus externa ſi non omnia, majori tamen ex parte dependent, medeatur, balneum verò externis, ille ut cauſam profligans præmittendus, balneum autem tanquam effectum ſeu cauſatum tollens ſubjungendum. Humorum denique motus alter alterum impediret, dum fierent contrarii: potus enim, dum vix aut certè in pauciſſimis non vel per alvum vel per meatus urinarios evacuat, à circumferentia ad centrum, balnei verò calor à centro ad circumferentiam, h. e. ab internis ad externa trahit.

III.

Circa duos poſteriores.

Alternis ſtatim diebus, quæ quarti ordinis opinio, potu balneoque uti, Naturam ab actione ſuâ revocare & turbare eſt, cùm & hîc motus contrarii inſtituantur, potus enim per urinam & alvum, balneum ècontra per cutem operatur. Accedit, quòd dum tertio quoque die uno non plus biberint, quàm ſi ſequenti (ſecundo ſcilicet) etiam bibendum eſſet: Naturæ enim

enim plus oneris imponendum non eſt, quàm ferre poteſt, cùm aliàs omne nimium ipſi inimicum ſit. Quanquam verò quintum ordinem conſtituentium ſententiā ſubinde verā eſſe cùm rationibus tùm experientiâ evincatur; & gratius ſit operam dare, ut manè corpus balneo ante incaleſcat, quàm gelida acidularum aqua ingeratur; porrò quoque ſi priùs bibatur, poſt diuturnam autem, quam potus poſtulat, obambulationem lavetur, ſudetur, æſtus ex balneo comparatus mitigetur, corpusq; detergendo ſiccetur, antè prandii hora, quæ ob veſpertinam ad acidulas acceſſionem probè obſervanda, ſæpè appropinquet, quàm ea omnia peracta ſint, ut ita ordinis turbatio & ex hoc non leve malum facilè reſultet. *(c)*

a) *l. 2. d. præſag. ex pulſ. c. 13.* b) *in œconomia.* c) *Lud.* von Hörnigk *de acid. Schvvalbac. ad H. Dieteric.*

IV.

Deciſio.

Non primis ſtatim diebus patientes ingrediantur balnea, ſeſeque totis undique membris ſubitò lavare incipiant: hoc ſi fecerint, cum certiſſimo ſui periculo id fecerint; ſed ad minimum octo, ad ſummum 10. 12. aut 14. etiam antè diebus, prout videlicet morbus levior vel gravior, recentior aut antiquior talium electionem dierum popoſcerit, acidulas bibant, tùm demum balneorum uſum inchoent, potuique acidularum conjungant ita, ut manè circa quintam, citiùs an tardiùs nil interſit, aquis ordinario ex præſcripto bibitis, duarumque circiter horarum obambulatione, aliòve corporis exercitio inſtituto, qualitercunque digeſtis, circa octavam dein matutinam bal-

balnea ingrediantur, ſtatimque ab egreſſu è balneo in vicinum lectum ſe componant, ac ſudorem tolerabilem quadrante etiam horulæ vel diutiùs ſuſtineant, poſtea ſurgant, prandiiq; circa diei decimam aut undecimam apparandi tempus expectent; fine curæ balneatoriæ impoſito, acidulas, quarum potum unâ aut alterâ ante ſingulos inſeſſus horâ toto tempore ſemel ut ſemper continuaverint, nihilominùs per triduum, quatriduum aut octiduum vel pro lubitu, vel pro neceſſitate adhuc ſed parciùs bibant. *(a)* Quandoquidem pars maxima eorum, qui potu acidularum utuntur, cachexiâ, minorumque venarum infimi ventris obſtructionibus afficiuntur, experientiâ edoctus eò hactenus conſilia mea ad acidularum & balneorum uſum expetentes direxi, quò, præparato primùm corpore, per ſeptimanas binas ad minimum aquas acidulas potarent, maximam verò partem abſolutâ potatione balneum quotidianum ſubjungerent; cujus beneficio (ſimul tamen ante balnei inſeſſum convenienti acidularum quantitate ebibita) ritè purificatis jam viſceribus internis, id quod intendimus, faciliùs obtinebimus, præcavendo ſimul internam inflammationem & æſtum, quem aliàs balneum ſolitarium introduceret. *(b)*

a) *H. Dieterieus de probat. Baln. Schvvalbat. Hörnigk, l. d.* b) *G. Horſt. de acid. Schvvalb. ad H. Dieter.*

V.

Exceptio ſpecialis.

Normam hinc aliquã habent, qui calidiori præſertim conſtitutione vel eâdem p. n. in intemperiem calidam ab epate ut plurimùm fomentatã verſã prediti.

Si qui verò, præſertim è fœminino genere, homines ſint, qui horis adeò matutinis ſub aëre nimis frigido, viſceribus quoque coctionis intemperie frigida præter modum laborantibus, & membris externis à frigiditate ortâ affectione infeſtatis, potum acidularum frigidiorem, utut internâ potentiali caliditate non careat, ante balneorum uſum pati prorſus nequeant, cujus generis novi, quibus potatio ante balnea impoſſibilis fuit, ii vertant paginam, verſoque priori præſcripto balnei inſeſſum potui acido præmittant: præſertim ſi univerſalibus præmiſſis, & epotis prius per aliquot præcedentes dies acidulis ad præſentem balnei uſum ſe præparaverint.

H. Dieteric. l. d.

VI.

In Acidulis Spadanis bibendis præcepta A. Treviſii. Primum.

Cui ſtomachi œconomia omninò fracta eſt: qui aquas vel nativo, vel adſcititio per medicamina calore calefacere non poteſt: cui vitales partes pænè ſopitæ ſunt: qui à longo tempore anhelantem creberrimo ſpiritu vix ducit animã: cui pulmonis hydrops Thoracem diſtendit, anhelitumque præcluſit: qui multum aquæ, de adultis loquor, puta octaginta plus minus, non fert uncias, Spadanum fontem, niſi in Spa ſepeliri, vel ægrior, quàm eò venit, diſcedere cogitat, ne accedito.

VII.

Secundum.

Qui in Spa invocato Dei Numine, conſultoque Medico venerint, curis domi relictis, defæcatoque ani-

animo, uni ſanitati intenti, multo mane, poſt ortum tamen ſolem, cùm corpus per meatus omnes à ſordibus depuraverint, aquæ quam poſſunt plurimum, dum non gravetur ventriculus, potanto: potas vel per urinam vel per anum emittunto; emiſſis magnâ parte aquis, prandento: à prandio luſu, ambulatione vel fabulis ſomnum fuganto, parcè cœnanto, maturè cubitum eunto; hancque vitæ normam, dum abitum ſuaſerit Medicus, tenento. Hæc in Tabulis Spadæ affixis vidimus.

H. ab Heer Spadacren. in clauſul. libr.

VIII.

Acidularum Schvvalbacenſium Encomium.

Huc ades in ſano ſanas qui corpore vires
Exoptas, acidas & bibe fontis aquas.
Huc ades in ſano ſanas qui corpore venas
Quæris, aqua corpus balnea facta lavent.
Nam purgat ſtomachi Schvvalbachica lympha liquores,
Sudoresque movet corporis illa tibi.
Pluribus & renum varias excernit arenas,
Vrinas fluidæ commovet inſtar aquæ.
Et magnos ſtomachi jecorisque refrigerat æſtus,
Nè corpus febris lædat anhela tuum.
Abdomen curat, durumſanatque lienem,
Dum reſerat venas, evocat atque malum.
Vel morbum ſi corpus alit tua membra lavato,
Pluribus hinc morbis grata medela datur.
Huc curras, forſan ſi te vertigo fatigat,
Vel capiti pungens fert mala multa dolor.
Sique genas, humerosque tuos defluxio vexat,
Si mentem bilis turbat & atra tuam.

Insa-

Incubus aut quando præcordia pondere lædit,
Vel ſpaſmus nervos quando dolore ferit.
Ophthalmia tuos oculos ſi lædit, & auris
Tinnit, ut auditus ſit gravis uſque tuus.
Si laterum dolor & prodit ſi ſanguine ſputum,
Aut tibi ſi cordis palpitat aura tui.
Si Stomachum bilis dolor, aut ſingultus adurit,
Vel quando premitur debilitate gravi.
Si jecur obſtruitur, vel debilitate gravatur,
Si magnâ premitur debilitate lien.
Regius & morbus tingit ſi corporis artus,
Aut ſi morboſi tormina ventris alis.
Calculus, & ſitiens artus ſi corporis hydrops
Diſtendit, tardo ſi fluit unda modo.
Atque cibis juſtè ſi non excreta reſpondent,
Aut ani pungens obſtruit ora malum.
Menſtrua ſi deſunt, matrix ſi debilis, atque
Si premit articulos dira podagra tuos.
Aut ſi contractura manuſque pedeſque fatigat,
Aut corpus vexant ulcera fœda tuum &c.
Huc curras, acidumque bibas de fonte liquorem,
Atque lavent corpus balnea facta tuum.
Sic ſanas capies in ſano corpore vires,
Ut rurſum poſſis ſanus abire domum.
Ph. Weberus ad Helvic. Dieter. in l. d.

IX.

Fuligines acidularum animalia exanimantes.

Qui acidulas Schvvalbacenſes inviſerunt, non ſine admiratione loca quædam ſubterranea ſ. cellas viderunt, quorum quædam omni, quædam certo tantùm & ſtato tempore tanta vaporum è mineris aliunde pro-

prodeuntium copia & affluxu ſcatent, ut vix aliquis eas ſubintrare, aut diutius ibidem ſine præſenti ſuffocationis periculo hærere valeat: quin & minima etiam inſecta vaporum efficaciam primo ſtatim ingreſſu experiuntur, dum illicò exanimantur, ſicuti in genere viventia omnia, ſi fortè incautè vel ingrediantur, vel vi fuerint in talia loca projecta. Fuliginum mineralium virtuti adſcribendum eſt, quòd circa talia loca nullum venenatorum aut aliorum nocivorum animalium vivat, ſed omnia procul hinc feliciſſimè abigantur.

Horſt. de nat. thermar. Idem circa acidulas Nideraw enſes contingit.

X.

An aquarum mineralium uſui chymica medicamenta jungere liceat?

In thermarum & acidularum uſu à Chymicis, præſertim ex metallorum & mineralium familiâ deſumptis, non eſt abſtinendum, cum non tantùm hîc ea ſint adhibenda, quæ majoris activitatis, ſed etiam talia, quæ propter homogeneam naturam acidularum potum, thermarumque facultatem promovere poterunt. (*a*) E. g. Si quis nauſeâ, vomitu, ventriculi imbecillitate, viſcerumque obſtructione laborans acidulis uteretur, cur vitrioli virtus, quæ in ejuſcemodi affectibus imprimis quæritur, correcto aliquo vitrioli ſpiritu non rectiſſimè acueretur? Et cur hîc, obſecro, ex metallis mineralibusque elaborata medicamenta ſola exulent, cùm cætera ex vegetabilibus concinnata remedia magno cum ægrotantium bono acidularum uſui conjungi non ignoremus? (*b*) Non

quidem nego, quòd indoctis naturali rerum cognitione deſtitutis, facillimè quid præter intentionem accidere poſſit, ubi nec medicatorum fontium ingredientia mineralia, nec chymicorum medicamentû rum præparationem & electionem intelligunt, qo ratione nitroſis aquis epotis, ab acidulis abſtinendů quod hoſtes hi duo, nitrum videl. & vitriolum tormina poſtea generare ſoleant, quemadmodum ad fontem mirabilem Bollenſem ſæpius obſervavi, ubi potus ipſius fontis acidularum vicinarum uſum ſimul non patitur. (*b*)

a.c) *G Horſt. l. d.* b) *Job. Artularius ad H. Dieter. de acid. Svvalb.*

XI.

Obernawer Bad.

Das Waſſer deß Bads zu Obernaw ob Rotenburg an dem Necker gelegen hat inſich / wie ich ſes nach müglicher Prob befunden / viel Alaun / zimlich Eyſen / wenig Schwefel und Salpeter. Darumb es dann zu vielen Gebräſten / ſo wol innerlich / als äuſſerlich groſſen Nutzen ſchaffen kan. Dann weil ſolch Waſſer mit Alaun vermiſcht iſt dienet es wieder die Goldader / da ſie zuviel Lauffen wolt / wie auch allerhand Blutflüß / zu der Weiber wießen Flüß / auch wan ſie ihre Reinigung zu unrechter Zeit / oder zuviel haben / ſo ſtellt es ſelbige / und bringt ſie gemeinglich in rechten Gang / dienet wider das auffſtoſſen deß Magens / Vndäwen / Verſtopffung der Leber / und deß Miltzes / das Grieß / Werſehrung der Blater / reiſſenden Stein / böſe Rauden / Geflechten / alte faule Schäden / allerhand nicht gar veraltete Glie-

der

Digitized by Google

der-Kranckheiten / das vielfältig dämpffen und Schwitzen / wider die Weiße Ruhr / Kindsadern / Geſchwulſt und Fäule deß Zahnfleiſches und andere Fäule Mundfäule / ſtinckenden Ahtem / wacklende Zähn / ſtätiges Geſchwellen und fallen deß Zäpffleins / wann man täglich einmahl oder zwey damit den Mund außſchwencket und gurgelt; es dienet allen denen die ein blöd Geſicht und roth Angeſicht haben. In Summa / bey allen kalten und feüchten Kranckheiten ſchaffet es groſſe Frucht. Weil es aber auch Eyſen hat / bringt es nicht wenig Nutzen der Verhartung und Verſtopffung deß Miltzes / dem blöden undäwigen Magen / dem Rinnen und Flieſſen der Ohren / den Außgang deß Afftern / und Harntropffen. Deß vermiſchtē wie wol wenigen Schwefels halben dienet es zu oberzehlten Mängeln / darneben auch zu dem blöden weißen Geäder / zu krummen / lahmen / oder contracten Gliedern / zu zittern deß Geäders / zu Geſchwulſten der gleichen / zu blöden Gehör und gedächtnuß / zu Hauptflüſſen / und dannenhero rührenden Kranckheiten / Huſten / Engbrüſtigkeit / Hufftwehe / Gelbſucht / Anfang der Waſſerſucht / Auffblehung der Leber / deß Miltz / und der Mutter / wie auch zu allerhand äuſſerlichen Hautmängeln. Unde weil es auch ein wenig Salpeter (welches doch auch auff den Kalckſtein kan gezogen werden) in ſich hat / dienet ſolches Waſſer zu oberzehlten Mängeln viel deſto kräfftiger.

Al. Camerarius Par. M. D.

XII.

Thermæ Blaſianæ contra fluorem album.

Uber viel experientzen wider underſchidliche

Kranckheiten iſt das Blåſibad nicht content / ſondern purgirt auch ohn widerred mit ſeiner Krafft / den Frawenbildern die Mutter / ſo verſchleimt / dardurch der weiſſe Fluß (*a*) verurſachet / und groſſe Vberdruß anthut.

Sam. Hafenreffer Beſchr. deß Blåſibads. a) *Optimas eſſe ego ſæpius expertus ſum.*

XIII.

Thermarum Cellenſium vires.

Thermæ Cellenſes, vulgò Zellerbad / non procul à Calb & Pforzheim / (*a*) ſimiles (*b*) fonti Tungrorum, cujus meminit Plinius, (*c*) Alumine, Sulphure & Cupro conſtantes, omnes fermè jecoris affectiones adjuvant, cuivis perſonæ, ætati ac ſexui familiares: hæ rejuveneſcere faciunt homines, ut modogenitis aſſimilari poſſint, reſtituendo eis nativam temperiē, exceſſus quosvis tēperando, viſcera corroborando, ac tonū eorū reſtituendo, vel reparando. Succurrit proinde aqua ea longis, prolixis ac inveteratis febribus à pituita cum bile mixtâ profectis, ſanat ulcera, diuturnâ roſione moleſta, quæ etiamſi maligna fuerint, conſolidat & cicatrice claudit: articulorum dolores aufert, tollitq́ue caninam appetentiam. Præterea valet contra marasmum, dyſenteriam, calculos, quartanam, cachexiam malumq́ue habitum, hydropem, vulnera incurabilia, humores tenaces ac viſcoſos, (*d*) peripneumoniam, tuſſim, urinæ ardores, catarrhos, maniam, melancholiam, hypochondriacam maximè, quam perfectè ſanat, itemq́ue contra defluxiones periculoſas, vomitus, nauſeas, cutis vitia, ictérum, obſtructiones jecoris & lienis ac omnes hæ-

mor-

morrhagias,ſive ex naribus, alvo, inteſtinis, aut hæmorrhoidibus ſanguis profluxerit,habetq; eâ in parte inter omnes aquas cupreas hanc prærogativam, quæ & aliis quoque aquis cuprum habentibus ineſt, ut ea quaſi cunctis cæteris dominio ſit ſuperior, nam & abortus comprimit, ac uteri rheumatiſmos perſanat. Sunt autem Thermæ Cellenſes quaſi quoddam ſpecimen vel paradigma omnium aquarum ærosarum ſive cuprum continentium, utpote inter cæteras eminentiores, quibus plurimi accedente DEI auxilio vitam debent, præſertim ii, qui conſumpti, extenuati, macie confecti, hepatitide laborantes,aut hæmorrhagiis exhauſti prius fuerant, itemq; mulieres ex uteri rheumatiſmis male habentes, ac abortivos quondam fœtus vel irritos conceptus edentes, aut ægrè prolificantes, his enim hæ thermæ ſubveniunt. Habent autem hoc commoditatis, ut acidulæ eis ſint vicinæ, quæ ferè quotidiè eò deportantur, ut in his thermis lavantes ſimul etiam aquis acidis perfrui poſſint. (e)

a. d) *Ruland. Hydriatic. ſect. 3.* c) *Fuchſ. Inſt. Med. l. 2. ſect. 5. c. 28.* c) *libr. 31. cap. 2.* e) *Minderer. de Calcanth. c. 11.*

XIV.

Thermæ Bollenſes ægram ejiciunt, & tandem patiuntur.

Mirum, quòd fontis Bollenſis aqua, ſicut etiam de quibusdam aliis medicatis, imprimisque de Piperinis refertur, quosdam homines non patiatur, ſed ejiciat, ea ratione, ut ſubmergi, licet manibus pedibusque ſeſe continere conentur, nequeant: quem-

 ad-

admodum præcedenti æſtate meis oculis hoc vidi in puella Mundelsheimenſi, quæ deſcendens in labrum protinus innatabat ſuperficiei aquæ, quam ob cauſam à balneo penitus abſtinere cogebatur. Cùm autem obſtructione menſium & cachexia cum incipiente tympanitide laboraret, eidem per 14. dies medicamenta convenientia pro digeſtione & purgatione cum uſu acidularum præſcripſi, quorum beneficio menſium apertio ſubſecuta, quà peractâ, balneum optimè more aliorum poſtea ſuſtinuit, primis quidem diebus non ſine tenſionibus infimi ventris, quæ tamen poſtea quoque remiſerunt, ita, ut putarem factum fuiſſe idipſum, propterea quod cachexiæ ratione flatus in infimo ventre copioſiſſimi contenti, more veſicæ bubulæ inflatæ totum corpus ſurſum verſus moverint.

G. Horſt. in Complem. ad libr. 2. obſerv. ſect. 18. pagin. 603.

XV.

Thermarum uſum reiterandum pruritus crurum non imperat.

Animo concipere non poſſum, quare Celſitudo Veſtra ad ſulphureos fontes hoc anno ſeſe rurſus conferat. Licet enim pruritus quidam crura utraque non ſine moleſtiâ exerceat, qualis plerumque iis, qui crebrò thermis utuntur, non ſolùm in cruribus, ſed in toto quoque corpore accidere ſolet; reperire tamen nequeo, cur unicus ille pruritus, me judice, ſufficiens ſit ad perſuadendum, hoc rurſus anno thermalium aquarum ingreſſum, præcipuè cùm aliàs facilio-

cilIori negotio, minori labore ac tædio per commodiorem curandi viam averti poſſit. Et conceſſo, thermas pruritum hunc, divinâ aſpirante gratiâ, probè expugnare poſſe, periculum tamen eſt, & metuendum, nè elapſo anno recidivantis hujus pruritus notæ, ut aliàs ſolet, repullulent, iterumque thermarum uſum poſtulent, atque hoc modo natura anniverſariis hiſce lotionibus omninò aſſuefiat, quas abſque ſanitatis detrimento ampliùs omittere per totum vitæ curriculum non queat.

Lud. Gravius ibid. p. 607.

XVI.

Balnei aquæ dulcis uſus.

Balneum aquæ dulcis ut totius eſt corporis, ita & ejus tùm interioribus, tùm externis confert affectibus; (*a*) ad febrem bilioſam principem locum obtinet, quoniam non ſolùm refrigerat & humectat, ſed etiam aliquid bilis educit; (*b*) commodum eſt in immodicè ſitientibus, in forti inſolatione, & in puſtulis ſcabioſis; (*c*) in tertiana intermittente, (*d*) profuit ſæpiſſimè melancholicis, (*e*) juvat eos, qui fervido ſunt jecore, vel cutim habent ſqualidam; *(f)* in paſſione hypochondriacâ, quia corpus humectat, coctionem adjuvat, calorem hepatis contemperat, & corpus corroborat; *(g)* ad fluxiones in ventrem prodeſt; *(h)* in lue venerea & ejus recidiva ex uſu eſt. (*i*)

a) *Fernel. l. 4. c. 18.* b) *Maſſar. c. 17. l. 5.* c) *Aëtius tetr. 1. ſerm. 3.* d) *Ioubert. libr. 2. cap. 19.* e) *Crat. conſ. 188.* f) *Oribas. libr. 1. cap. 27.* g) *Montan. conſ. 72.* h) *Galen.*

ſen. l. 2. ad Glauc. i) *Palmar. de lue Vener. l. 2. c. 2. add. cent. 4. part. 69.*

XVII.

Ejusdem noxa.

Qui ex laſſitudinibus, vigiliis, curis, animi affecti-bus ſeu perturbationibus febricitant: cum jam propter ejusmodi cauſas reſiccatum ſit corpus, ab aëre balnei arcendi ſunt, ne noxam augeant; (*a*) In febre ſyncopali nocet balneum, facile enim humores ruerent ad cor aut cerebrũ: (*b*) in catarrhis frequens prohibetur, quia humores in capite colliquat, & fluxiones in toto corpore excitat; (*c*) ejusuſus, in quibus dolor colicus plerumque in paralyſin tranſit, non eſt tutus; (*d*) Calidum frequentiore uſu hæc invehit incommoda, carnis effœminationem, nervorum incontinentiam, mentis torporem, profuſiones ſanguinis, animi deliquia: ad quæ quidem mors. (*e*)

a) *Foreſt. l. 1. ſchol. obſ. 5.* b) *Joubert. l. 3. c. 19.* c) *Crato Conſ. 3.* d) *conſ. 108.* e) *Hipp. ſect. 5. aph. 16. Hunc aphor. de balneis intelligendum eſſe, demonſtrat Holler. in comm.*

XVIII.

Extremorum extenſio & oſcitatio crebra in cynanchicis unde?

Crurum & brachiorũ jugis extenſio & oſcitatio crebra fiũt à detento ſpiritu, detentaq; flatuoſâ humiditate in muſculis, per quos tales motus fiunt: dum etenim viã ſibi ipſis aperire tentant, hujusmodi motum gignunt. Sic legimus ap. Galenũ: Hæc itaq; & aliæ hujusmodi infirmæ diſpoſitiones dũ incipiunt adnaſci,

ſol-

Digitized by Google

ſolvuntur, ſecernente natura eos ſpiritus & humores, qui ipſas generârunt: veluti oſcitatio, & diſtenſio, quæ fiunt ex ſecretione excrementorum.(a)Sic etiam Ariſtoteles oſcitationem retulit ad vapores.(b)Quòd autem in cynanchicis vapores fiant, & eleventur fortiter, nulli dubium eſſe credimus. Poſſemus forſan aliam quoque reddere rationem, quòd nempe jugulares venæ meningem percalefaciant, & inde levia quædam principia convulſionis generentur, quæ à vaporibus quoque fieri poſſunt; non enim eſſet forſitan abſurdum & inconveniens, oſcitationem ad levem quandam convulſionem redigere; ſic & brachiorum extenſionem fieri à natura pugnante contra principia quædam levia convulſionis adventantis.(c)

a) *comm. in 2. epid. 6. part. 3.* b) *in problem.* c) *Joſeph. de Aromatariis Favorini F. de Rab. contag. part. 3. cap. 6.*

XIX.

Malignæ ſcarificationes.

EXEMPLUM. I.

Brunnæ, quæ urbs eſt primaria Moraviæ, lues nova miſeranda coorta eſt, quæ licet paucos jugulaverit, eoque peſtilentis denominatione minimè inſigniri debuit, inſolitâ tamen facie, horrendis ſymptomatis, intra duorum triumvé menſium ſpatium ad 80. oppidanorum corripuit, ſuburbanorum ſupra 100. dicuntur infecta, in campis omni auxilio deſtituti, paſſim oberrantes viſuntur infiniti: E cenſu illorum fuere etiam Equeſtris ordinis Viri, cives ſpectatæ fidei

& probitatis, matronæ famæ integerrimæ, intemerataque pudicitiæ virgines. Quid morbi eſſet, latuit initio omnes: magnus interea rumor: multa vociferatio: cauſarum nulla apud plebem imperitam diſquiſitio. Ad dictam civitatem eſt balneum cæteris nobilius, ſplendidius, etiam Baronibus & Equeſtris ordinis utriusque ſexûs frequentatum, & ædificii nitore, ſervulorum mulierculárumque ſolertiore diligentia cæteris palmam eripiens. Illinc labis origo, hinc ſeminaria concepta, virus inde promanavit, hauſtum ibi venenum. Nam brumæ ipſo die, quem Solis in Capricorni ſidus ingreſſu definiunt aſtrorum periti, vulgus Luciæ Feſto inſignem facit, duabus, inquam, dierum hebdomadis ante ferias nativitati Salvatoris conſecratas, hyeme aſperrima Anno 1577. quicunque hypocauſtum ſive Laconicum iſtius balnei ingreſſi ſunt, & cutim ſcalpello adacto oppoſitisque cucurbitis perforarunt, omnes illicò iſta lue correpti putantur.

Th. Jordan. de lue nova Moravic. pag. 9 & 12. vid. tot. tract.

XX.

2.

In Franconia infecti peculiari lue ſcatebant puſtulis & ulceribus quaſi cancroſis, non tantùm in locis ſcarificatis, ſed toto ferè corpore, patiebanturque artuum dolores immenſos, tantâ cum debilitate, ut niſi ſuffulti lecto exire non potuerint. Horum (qui plurimi erant) aliqui curati ſunt ligni decocto, & alexipharmacis, cæteri magnitudine mali occubuerunt. Confeſſio Balneatoris venefici hæc fuit, Er habe

habe 3. oder 4. wochen lang das Muckenpulver auff die Lederſeylen geſtrichen/ und die Laſſeyſen darauff gewetzt. Er habe in eim Grillen die Schräpffenſen geriben / und den Leuthen/ die inficiert wordē/ darmit geſchräpfft/ darauff ihnen das Blut verſtanden/ und auff den Schräpffmahlē Ruſen und Beulē auffgeſchoſſen. Er habe die Kroten gedörret/ und das Pulver in einen Zuber mit Waſſer gethan / das Waſſer auffgerührt / und auff den Bad-Ofen gegoſſen/ darauß ein Dampff und Dunſt erweckt worden.

S. Shnitzer. ad A. Libav. in G. Horſt. Epiſt. Med. l. 1. ſect. 6.

XXI.

3.

Graſſatur apud nos Windshemii lues quædam epidemica contagioſa, quâ ultra 70. homines jam infecti ſunt. Symptomata eadem planè ſunt, quæ Luis Moravicæ à Th. Jordano quondam deſcriptæ. Nam à ſcarificatione omnes hoc malum contraxere, puſtulis primum in cucurbitularum ſedibus obortis, lividis, latis, cruſtaceis, exedentibus, dolentibus quibusdam, nonnullis verò indolentibus. Has ſequuntur laſſitudo totius, articulorum dolores, cephalalgiæ nocturnæ, ulcera maligna phagedænica, gummata, dolores ὀστοκόποι, tubercula, oris inflammationes, & exulcerationes, atque ſummatim, quæ morbum Gallicum comitari ſolent, ferè omnia. Rogatus ego à Senatu noſtro, quænam hujus mali cauſa eſſet, contagium per contactum & fomitem eſſe affirmavi, cum præter hos, qui ſcarificatione uſi ſunt, nemo fuerit infectus, iique ſolùm, quibus in eodem balneo ſanguis

guis extractus, aut illius balneatoris operâ fuiſſent uſi, in altero verò nemo fuerit infectus. Poteſt enim ſcalpellum, quemadmodum alia arma ac tela, vel malicioſè intoxicari, ut quamprimum ſanguinem contigerit, venenatam qualitatem illicò ei communicet, vel potiùs (cùm tàm inhumanum facinus in neminem cadere exiſtimem) cùm ab infecto ad ſanum balneator tranſiit, eodemque ſcalpello, virulentâ labe adhuc ſordido, ipſum vulneravit, illius ſanguis per contagium corrumpi, qui poſtquam corruptus fuit, alios etiam potuit inficere, contagio in infinitum ſic ſerpente. Quin & fomitem contagii in cucurbitulis, ſpongiis ac loris, quibus acuunt ſcalpella, diu deliteſcere veriſimile eſt, qui à calore demum motus atque agitatus longo tempore poſt noceat.

Abr. Boxbarter, ad M. Widemann. Horſt. l. c.

XXII.

4.

Contagium Luis venereæ contactu corporali per ſcarificationem communibus inſtrumentis & cucurbitulis in balneo factam communicari interdum obſervatur. Nam Textor quidam ab ineunte ætate ſanus & incolumis ante años aliquot Ulmæ ſcarificationem in balneo publico adhibens, pauló pòſt locum ſcarificatum fædis ulceribus depravari deprehendit, quâ ob cauſam Balneatori protinus idipſum indicat, qui metuens infamiam, exulceratam partem conſolidat, ipſique laboranti ſilentium imperat; Repercuſſa tali modo malignitate verſus interiora, pedeten-

Digitized by Google

tentim lues radices egit, donec tandem doloribus artuũ nocturnis ac fixis vehementiſſimis afficeretur. Cùm autem fruſtra remediorum vulgarium omne genus adhiberetur, malignitatem aliquam ſubeſſe ſuſpicabar; quam ſubſequens tophus dolorificus in tibia ſiniſtra manifeſtabat, eò confluente malignitate. Hunc ego medicamentis huic morbo debitis ſanavi.

Gr. Horſt. l. 2. part. 2. obſ. 8.

XXIII.

Novi duos Nebulones, quorum unus balneator, alter Medicus erat; Iſte homines ſcalpellis atque cucurbitulis infecit, eosque ad hunc miſit, qui eos parvo precio ſanavit.

D. Hamberger. Pr. Tub. in lect. MS. de lue Venerea.

XXIV.

Ligni Guajaci vires.

Guajacum calidum eſt & ſiccum, humiditatis cujusdam particeps, maximè parte interiore nigrâ, præpingui, & reſinaceâ, quâ viſcerum & partium ſolidarũ humidum primogenium conſervat, & alit, ventremque lubricum facit, præterquam, dum ſudores promoventur. Materia Guajaco, ejusque corticî ineſt valdè tenuium partiũ, cujus vi ac ſuâ temperie præſtantiſſima edit opera. Hinc enim craſſa incidit, & attenuat, lenta deterget, obſtructa aperit

&

& liberat, ſudores provocat, urinas ciet, ſputa adjuvat, ſtomachum præhumidum & nauſeabundum & reſolutum ſuâ ſiccitate adſtrictionis participe exiccat & corrroborat, ut & alia omnia viſcera: oris malum odorem tollit, diuturnas & inveteratas jecoris & lienis obſtructiones, icterum, hydropem, aliaque vitia ex iis nata curat: omnium corporis partium ſuperfluos humores frigidos diſſipat atque conſumit, capitis deſtillationes omnes exhaurit, ex iisque natos dolores tollit: anginam notham, podagram, chiragram, iſchiada, omnemque arthritim mirè juvat, aſthamaticos, paralyticos, ſtupidos, & quovis modo reſolutos curat. Nervorum affectionibus omnibus ſubvenit, tumores omnes frigidos & duros ad ſuppurationem perducit. Ulcera cacoëthea & chironia ſiſtit, exiccat, & cicatrice obducit, luis puſtulas, tubercula ulceraque omnia, atque omnes ex iis natos dolores aliaque ſymptomata, nulla corporis noxâ, nullaque virium jacturâ paulatim cohibet & tollit; ut non abs re lignum hoc Guajacum ob admirabiles in lue venerea percurânda proprietates Sanctum à multis dictum ſit. Continet in ſe acrimoniam, bituminoſumque odorem.

Fernel. de lue ven. c. 11. Heller. Inſt. Chir. p. 108. Capivacc. l. 5. prax. ſect. 2. c. 8. Knobloch. de lue Ven. p. 105. Horſt. probl. p. 250. Plater. de vitiis p. 455. vid. cent. 3. part. 13.

XXV.

Incertitudo Aſtrologiæ Iudiciariæ unde?

Quanquam certò ſtatui poſſit, inferiora hæc motibus cœleſtibus duci, ſyderumque influxu foveri & ve-

vegetari: quamvis etiam ſtellæ lege naturæ eodem modo ſemper agant, non tamen ſemper eodem modo affectiones in materia elementari firmantur: ſed pleraque in natura rerum contingenter eveniunt, & naturaliũ cauſarũ actiones inſigniter variat fluxibilitas & inſtabilitas materiæ, quæ incertis agitatur motibus & levi occaſione irritata eã excutit formam, quam ſemel eſt complexa, aliamq; aſſumit. Unde Aſtrologi toties falluntur, & fallunt. Præterquam enim, quòd materiæ diſpoſitio ipſis incognita, accedunt quoque alia, quæ difficultatem conjectandi longè augent. Difficilè certè eſt conſtituere, utrum cauſæ, quæ de ſecuturo eventu ſpem faciunt, ad eundem abſolvendum ſatis roboris habeant. Frequenter enim 1. illæ ad eventus vim tantùm partialem conferunt, nec abſolvendis ſuâ vi effectibus ſufficiunt absque ſociarum cauſarum adminiculo. 2. Fit quoque ut incidat vis contraria, quæ vel inceptos jam effectus interrumpit, aut demolitur, aut omninò prohibet. 3. Fit quoque ut univerſales & particulares cauſæ inter ſe diſſentiant, ubi particulares & internæ felicitatem pollicentur, univerſales atque externæ contrà damnum: iſtæ autem cùm fuerint debiliores, ab univerſalibus omnimodè eliduntur. 4. Fit tandẽ, ut etſi cauſæ præſtò ſint efficaces & firmæ, tantum tamen ſit in materia robur, & ad renitendum vis, ut licet virtutem cœli contrariam ſibi ſentiat, atque aliquantum afficiatur, contrarietur tamen, & victas à ſe cauſas ſuperiores repellat. Unde colligere promptum eſt, prædictiones, quæ ex cœli poſitu de effectibus, quos in hac elementari regione ſtellæ gignunt, ſumuntur, niti certitudine tantâ, quanta ferè

ferè ex cauſis particularibus proficiſcitur, quæ Aſtrologum plerunque latent.

Cellar. Partit. Meteorolog. ſect. 3. artic. 5. p. mihi 131. & ſeqq.

XXVI.

Malè tamen penitùs ſpernitur.

Sunt, qui divinationes, quæ ab aſtrorum influxu dependent, rejiciunt, & veſanâ planè rabie in Aſtrologiam debacchantur, ſtellisque diverſas ineſſe vires movendi alterandique hæc inferiora negant, nugas eſſe & deliramenta aſſerentes, Leoni propriam vim, & quidem ab Ariete diverſam, tribuere, Orionem nimboſum, Arcturum pluvium, & Caniculam appellare fervidam. Novi, (*a*) qui de Aſtrologia primò optimè ſentiens, poſtea publico ſcripto contra eam, criminandique armis militârit, ob cauſam aliam nullam, quàm quòd à perito quodam Aſtrologo ex ſiniſtro planetarum poſitu mors ei ex ferro prædiceretur, & ab alio exitus vitæ per casũ ab alto: ferro, parùm abfuit, quin in diverſorio quodam à Nobili Wirtembergico petitus vitam finierit, niſi hoſpitis aliorumque ope fuiſſet ſervatus: caſum ab alto tulit funeſtè ſatis, cùm vinculis Wirtembergicis ſe exoluturus de muro in terras, contexto ex omnis generis lintis funiculo, præceps delaberetur. (*b*) Quemadmodum igitur nihil eſt ſapientis gravitate indignius, quàm falſum ſentire & defendere: ſic maximè debilitatis cerebri, vel inſignis impudentiæ & audaciæ ſignum eſt certum, non cognita, nec intellecta, convitiis proſcindere, maledictisque laceſſere.

Rud.

Rud Goclen. Synarthroſ. Magnet. p. 151. & ſeq. a) *Fuit N. F.* b) *anno 1590. S. Andreæ Veſpera.*

XXVII.

Peſtis Sævitia.

Omnia ſunt querulis ſubjecta doloribus: affert
Languorum varias qualibet hora cruces.
Innumeri vexant mortalia corpora morbi,
Cunctaq; terrifico Parca furore metit.
Inter at humanæ tremebunda pericula vitæ
Aëris heu nimium ſævit iniqua lues.
Quæ multos paſſim nullo diſcrimine ſævi
Horrendas Erebi cogit adire domos.
Quæ necat Auguſtos Proceres, quæ ſtemmate lectos,
Vulnifico heroas ſaucia dente ferit.
Sauciat Illuſtres pariter cum paupere Reges,
Deprimit & triſti colla ſuperba jugo.
Concuſſisq; velut, numero ſine, putria ramis
Poma cadunt, Auſtri quando procella fremit:
Sic, cùm mortiferæ graſſantur ſpicula peſtis,
Strata virûm paſſim corpora mille jacent.
Guil. Adolph. Scribonius.

XXVIII.

Prognoſticon in morituris peſte.

Scio in quodam loco non procul hinc diſſito M. vulgus obſervaſſe, ſi quis ſanguinem tempore tùm graſſantis peſtis per ſputum rejecit, pathognomonicũ & certiſſimum indicium fuiſſe, ipſum brevi vitam cum morte commutaturum, quod & factum eſt.

D. D. Hamberger. Prof. Tub. in lect. MS. de Febrib.

XXIX.

In fœminis.

Fœminas & mulieres peſte laborantes ſi extra tempus legitimum menſium fluxus obruit, plerunque iſto morbo moriuntur; ſi verò legitimo tempore iſtæ fluxus advenit, ad ſalutem via eſt, ut ſæpius obſervavi Reutling. Anno 1585.

Al. Camerar. Par. dil. in obſ. MS.

XXX.

Venæſectio in Peſte.

Ambroſ. Paræus refert, Anno 1565. cùm peſtis per totam Galliam ferè graſſaretur, ſe ex omnibus urbium, per quas Regi Carolo 9. per Bayonem iter erat, Medicis & Chirurgis diligenter & ſtudioſè ſciſcitatum eſſe, quid ægris ſucceſſiſſet in phlebotomia? atq; omnes una voce reſpondiſſe, obſervaſſe ſe ſedulò, omnes peſte correptos, quibus liberaliter ſanguis detractus fuerat, deteriùs inde habuiſſe, tandemque interiiſſe: reliquos, quibus ſolis alexiteriis proviſum eſſet, ferè cunctos evaſiſſe. *(a)* Fatetur & ingenuè Roder. Fonſeca, ex multis, quos maligna febre in hoſpitali curaverat, plures mortuos fuiſſe, quibus ſanguis ſectâ venâ miſſus fuerat, pauciores, in quibus abſtinuerat. (*b*) Neque aliter fieri poteſt. (*c*) Nos experientiâ (*d*) plures ex adultis venâ non ſectâ, quàm eâ apertâ evaſiſſe toties comperimus. (*e*)

a) *d. peſt. c. 24.* b) *de ſanitat. tuend. c. 27.* c) *Sennert. de Febrib. l. 4. c. 8.* d) *Hoc anno 1609. 1610. & 1611. Reutlingæ obſervavi,* e) *Plater. de Febrib. p. 193. Diſſuadent V. S. in*

S. in peſte Minderer de peſt p. 173. 251. & Heurn. de peſt. p. 19.

XXXI.

Lapidis Bezoar in peſte uſus.

Quamvis Lapis Bezoar in peſte exhibendus

--- *Laudetur ab his, culpetur ab illis,*

nec deſtituatur magnis in Arte Medicâ Viris eum extollentibus, contra verò vix admittatur, imò penitùs rejiciatur, à Viris non minori famâ claris, hoc tamen ſanctè affirmare auſim, me in peſte Reitlingæ Anno 1610. & 1611. graſſante, inſignes ejus effectus expertum eſſe, imò in curanda peſte me melius & certius medicamentum non obſervaſſe.

Ex obſ. propr.

XXXII.

Imperatoris Ferdinandi prudentia.

Ajunt, Ferdinandum Imperatorem in nullum conclave ingredi ſolitum, niſi totum priùs aceto irroraretur, aſpergereturque & quaſi luſtraretur, ut totum redoleret acetum; nam hoc modo non ſolùm valdè conducit contra aërem peſtilentem, putredini reſiſtendo, præſertim ſantalum & camphora ſi in eo humectantur: ſed & araneas odore ſuo fugat, quod & compertus ſum ſæpè, in conclavibus, in quibus aſſervatur paulò largior aceti copia, nullas morari araneas, quia putrefactioni & ſeminibus veneni reſiſtit.

D. Vener. Gabler. de Peſte MS. vid. centur. 8. partic. 9.

Digitized by Google

XXXIII

Linea ab anthrace ad Bubonem.

Anthrax in febribus quibuſdam,& imprimis peſtilenti,in corporis aliqua ſede,frequenter in extremitatibus, proſilit; qui ab initio puſtulam parvam referens pruritu & ardore moleſtat, mox verò in ulcus cruſtoſum convertitur. A quo anthrace ab initio lineam rubram ad bubonem, (*a*) qui plerunque illum comitari ſolet, longo etiam interdum ſpatio porrigi ſæpè obſervavimus. (*b*) Bubones in peſte correptis non ſemper à venenatâ illâ vi in corporis emunctoria excuſſâ, verùm ob carbonis vicini ardorem doloremque influxum hunc in adenes commoventis, uti in aliis quoque inflammationibus accidit, proveniunt. (*c*)

a) *Hoc in filia mea A.B. aliisq; vidi.* b) *Plater. de febrib. p 18.* c) *p. 85.*

XXXIV.

Pro cauterii actualis materia Aurum ferro præfertur.

Avicenna(*a*) ſimpliciter aurum omnibus aliis prætulit, propter Nobilitatem ſubſtantiæ ſuæ, quia eſt temperamento hominis proportionatum, quia mitiùs urit, & urendo confortat à proprietate; nam, ut inquit Albucaſis: (*b*) cauterium ex auro non generat pus. Denique pulchriorem facit cicatricem, addi poteſt & alia ratio non contemnenda,quia aurum candens minus terret ægrum, quàm ferrum, quia color ignis non ita oſtenditur in auro, ſicut in ferro. (*c*)

Digitized by Google

XXXV.

Ferrum auro præfertur.

Verùm Albucaſis, (*d*) imò Arabes plerique, cauterium ex ferro præferunt; quia cùm cauterium magis minusvé urat, prout magis eſt ignitum: ut Medicus præciſam faciat uſtionem & ſecuram, debet neceſſariò gradus intenſionis cauterii cognoſcere; ii autem in cauterio ferri optimè diſtingui poſſunt, propter colorem, qui in eo mutatur, in auro non item; eò quòd color auri frigidi & auri candentis nõ diſtinguantur; ſecundò quia aurum non benè poteſt igniri, ut dicit Ariſtoteles, (*e*) unde ſi nimis parùm ignitur, non ſatis urit, ſi nimis multùm, liqueſcit & irritã facit operationem. Tertia ratio eſt, quòd, cùm aurum ſit ſubſtantiæ mollis, cederet ac curvaretur, maximè cũ inſtrumenta in hunc uſum facta, debeant eſſe tenuia. Addo quartam rationem, quia inſtrumenta ex auro nimis eſſent pretioſa. *(f)*

XXXVI.

Deciditur.

Quia ferrum durius eſt, & terreſtris ſubſtantiæ, magis ignitur ac fortiùs urit, ideò in corporibus ruſticis, in membris externis & ignobilibus, quia etiam adſtrictionem habet, ad ſanguinem ſiſtendum, ubi fortis diuque hærens cruſta eſt inducenda, ubi certus gradus intenſionis caloris & incandeſcentiæ præciſè ſciri debet, ferrum auro præfero. In corporibus verò Nobilium, Principum, aut teneriuſculis, in partibus delicatis, teneris, ſenſibilibus, ut circa oculos,

in faciei partibus aliis, palpebris, genis, ubi pulchram deſideramus cicatricem, ubi ut citiùs conſaneſcat ulcus, expetimus, aurum ferro præfero. Auri verò incommodis occurro: Ut vitetur ſumptus, extrema tantùm cauteriorum & noduli ex auro erunt, reliqua ex ferro: ut non liqueſcat, ſi nodi auro ſaltem obducti ſint. *(g)* Cuilibet liberum relinquimus parare inſtrumenta aurea aut ferrea, modò miſer patiens juvetur. (*h*)

a) *fen. 4. 1. c. 29.* b. d) *Albucas. l. 1. c. 1.* c) *l. 3. meteor.* c. f. g) *Fien de Cauter. libr. 2. cap. 2. Bartholin. de cauter. cap. 2.* h) *Daniel Pelizanus de fonticulis θ. 22. diſp. Baſil. dec. 5.*

XXXVII.

Fontanellæ magnæ & doloroſæ non excitandæ.

Falluntur, qui magnum ulcus ex largiori cauſtico & doloroſum ex ejus acumine ac longiori mora moliuntur, quò ſcilicet, ut ipſi ajunt, tractus eò fiat vehementior, unde ſcopum videntur aſſecuturi. Imò hoc pacto abunde potiùs fluxio concitatur in totum membrum cum inflammatione tædioſiſſimâ, ſi non periculosâ, ut poſtmodum relictâ imbecillitate minùs proprium alimentum concoquat, neque ſupervenientibus fluxionibus reſiſtere valeat. Ad fontanellas has purgandas natura potius prolicienda eſt, quàm per irradiationem impellenda; quando intercipere volumus fluxionem deorſum & introrſum tendentem per continuam derivationem in extrema vulnuſcula.

Cornelius Baesdorpius in Conſil. de arthr. à Garetio coll.

XXXVIII.

Digitized by Google

XXXVIII.

Sudorum differentia.

In ægris variæ ſunt. Alius ſudor eſt univerſalis, qui à toto emanat corpore, morbumque totum corpus obſidere ſignificat, interdum & partem corporis; alius particularis, qui materiam morbificam in ea parte à quâ emanat, aut adeſſe, aut adfuiſſe, aut futuram indicat, aut ſanè, qui citra materiam morbificam, circa cervicem, frontem, caput, thoracem apparet. Alius ſudor eſt calidus, vel à vehementi motu, vel ab humoribus calidis, vel ab æſtu interno, vel à permiſtione humoris fervidi; alius frigidus, vel materiæ frigiditatem, vel calidi nativi extinctionem ſignificans. Alius ſudor eſt paucus, alius multus. Alius ſudor eſt ſalſus, alius amarus, alius dulcis, alius inſipidus. Alius ſudor mitis ac ſuavis, alius acer ac fœtidus pro materiæ qualitate. Alius eſt tenuis & aquoſus; alius craſſus, qui vel meatuum amplitudinem, vel humorum craſſitiem teſtatur; alius viſcidus, qui vel materiæ paucitatem, vel viſcoſam materiam, vel reſolutionem proprii ultimique alimenti ſingularum partium, aut earundem colliquationem arguit. In febribus triplex notatur ſudor, vel periodicus, vel ſymptomaticus, vel criticus;

Holler. comm. aph. 36. ſ. 4. ſchol. Lieb.

XXXIX.

In Spirituum chymicorum exhibitione cautela.

Spiritus vitrioli ſpiritui nitri, & hic viciſſim illi

contrarius eſt, ſpiritusque ſulphuris ſpiritum nitri non patitur, quorum contrarietatem quoque experiuntur Practici, dum patientes, ex inordinato, confuſoque dictorum ſpirituũ uſu, ſubinde ſe pejus habere vident & obſervant, ipſeq; non ſemel notavi, ſpiritum ſulphuris ſtatim poſt ſpiritum vitrioli, vel unà cum eodem adhibitum, licet ambo illi inter omnes alios minerales ſpiritus ſibi amiciſſimi ſint, & parùm diſcrepare videantur, novam phlogoſin, novasque efferveſcentias in corpore ægri excitâſſe; Si hoc de amicis ſpiritibus verum eſt, multò magis de inimicis confirmandum erit, Si quis in colicâ calidâ bilioſâ ſpiritum nitri ad paucas guttas cum fructu quidem exhibuerit, & verò rei inſcius ſitienti mox ægro vel julepum etiam optimum cum ſpiritu vitrioli aut ſulphuris paratum, nedum ſpiritus illos alteros ſolos in juſculis porrexerit, malam certè ſyllogiſmi conſequentiam is faciet.

H. Dieteric, d. prob. acid. Schvvalbac. p. 99.

XL.

In Paroxyſmis cibus non eſt exhibendus.

In diuturnis paſſionibus aptiſſimum cibis tempus eſt, quod quam longiſſimè à paroxyſmorum incurſu receſſit. (*a*) Nam in ipſa morbi, maximèque febris excandeſcentia tetro vapore corpus univerſum perfunditur, eoque recens ſumptus cibus labefactatur & maxima ex parte corrumpitur; (*b*) ipſaque febris minùs negotii faceſſit, dum inani ventriculo corripit. (*c*) Præſertim verò ſi viſceris inflammatio vel ſuccorum abundantia adeſt, qui ad interiora moventur,

tur, cibatio ut res maximè noxia, ante acceſſionem cavenda eſt. *(d)*

XLI.

Nonnunquam tamen exhibendus.

Interdum tamen vires & alia quocunque acceſſionis tempore cibum exhibere cogunt. *(e)* Si nimirum æger delicatior eſſe videtur, & ex bilis mordacioris ventriculum laceſſentis occaſione Syncopæ obnoxius, hunc vel initio paroxyſmi tenui cibo, ut pulli juſculo reficere oportet. *(f)* Nam ſi febris ſit ab humore acri & mordaci, accenſo à Sole, irâ, inediâ, laboribus; & corporis habitu æger ſit gracilis, temperaturaque, & præſertim æſtatis tempore, calidus & ſiccus; niſi vel paulò antè paroxyſmum vel etiam paroxyſmo cibus exhibeatur, facilè in ardentem febrim vel hecticam, vel ſyncopen, vel convulſionẽ, aut ſimile quid incidet, & de viriu jacturâ periclitabitur. Ad quæ mala evitanda, & vires conſervandas, vel in ipſo paroxyſmo cibum exhibere neceſſum eſt. *(g)*

a) *Heürn. meth. ad Prax. l. 3. cap. 16.* b) *Fernel. meth. med. libr. 1. cap. 10.* c. f) *Ioubert. Pract. l. 2. cap. 11. & 9.* d) *Odd. de Odd. in aphor. 11. ſect. 1.* e) *Viſcher. Holler. Butin. in dict. aphor.* g) *Sennert. Inſtit. l. 5. part. 2. ſect. 3. cap. 4.*

XLII.

Cautela de cibis in febribus.

Cavendum eſt unicè (quod eſt commune omnibus febribus,) nè magnam ciborum quantitatem exhibeamus, ſed parùm & εὐχυμον, in quo non ſint alienæ qualitates, ſalſæ, adſtringentes, acidæ, acres, ama-

ræ, auſteræ, acerbæ, quarum quædam putredinem adjuvant, quædam exiccandi vi pollent. Quare braſſica, beta, caules non proderunt, ut plerique etiam fructus, qui, licet humectent, tamen non benè nutriunt, & ideò facilè corrumpuntur; atque ſi nutritionem conſideres, dulcia etiam non conveniunt, ut nec carnes, nec ova. Ex quibus manifeſtum eſt, cibos competere omnis qualitatis expertes, benè & parùm nutrientes, frigidos & humidos.

Georg. Hamberger Med. & Prof. Tub. in præl. Acad. de Febrib. c. 5.

XLIII.

Lactis in Phthiſi uſus.

Cibi phthiſicorum ſint concoctu faciles, boni & multi alimenti, liquidi & tenues, nonnihil refrigerantes, detergentes & conglutinantes. Has dotes omnes habet lac. Facilè enim coquitur, ac multùm nutrit: optimi eſt ſucci: ſero caſei & butyri liquidum eſt & ſubfrigidum: terget ſapore dulci butyroſæ ſubſtantiæ, & acrimonia ſeri: glutinat caſeo, & eodem ac butyro eſt emplaſticum. Lac autem optimum eſt humanũ, deinde caprinum, poſtea aſininum, tandem ovillum. Quantitas lactis, quæ aſſumitur moderata ſit, ita ut non excedat circa initium uncias tres vel quatuor. Sumatur autem manè à jejuno, horis tribus aut quatuor ante cibum. Mulgeatur ab ubere, aut capra in cubiculum intromittatur, & lac in vas calidum mulctum ſtatim bibatur, antequam refrigeretur, aut ab ambiente aëre corrumpatur. Cavendum verò unicè, ne ſtatim à lactis uſu alium cibum

bum (minimùm verò vinum) accipiant, quòd aliàs in ventriculo prorſus corrumpatur. Minimè tamen competit lac exhibere iis, qui valdè febricitant, aut deſtillationem à capite patiuntur, aut ventrem tumidum habent, aut inflammata viſcera, aut ſcirrho affecta.

Joh. David Camerarius, Med. D & Phyſicus Stutgardianus, Frater meus Germanus ſuaviſſ. in Diſput. Inaugural. olim habit. de Phthiſi th. 42. & ſeqq.

XLIV.

Tabidis carnes aſininæ proficuæ.

Mirandum eſt, quod de carnibus aſininis prodidere ſcriptores graviſſimi, videlicet earum uſu tabidos juvari. Plinius: (*a*) Phthiſicis medentur jecur lupi ex vino, macræ ſuis herbis paſtæ laridum, carnes aſininæ ex jure ſumptæ. Serenus Sammonicus idem probat his verſibus:

Proderit & veteris ſevi pila ſumpta ſuilli,
Carne aſinæ ſevoq́; capræ Medicina ſalubris.

Adde, quod oraculo Serapidis hæc vis aſininæ carnis comprobata ſit, de quo elegans eſt hiſtoria apud Ælianum: Cæterùm idem hic Deus Serapis Bathylim Cretenſem tabe laborantem ab hoc tanto malo aſininæ carnis eſu liberavit. Atque ita quemadmodum DEUS colludentibus vocabulis Græcis ei prædixerat, ὄνεια κρέα ὀνησιφόρα aſini carnes auxilium attulerunt. (*b*) Hoc Serapidis reſponſum procul dubio ad iſtam opinionem cauſas dedit. Nec verò hujus dicto plus eſt tribuendum, quam Apollinis, aliorumque præſtigiatorum oraculis, quæ plerunque vocis ambi-

bi-

biguitate perplexa atque obliqua, rudes & ſuperſtitioſos imprimis homines deceperunt. (c)

a) *l.18 c.17.* b) *l.11. de animal.c.35.* c) *P. Caſtellanus de uſu Carnium l.3.c.9.*

XLV.

Tabis remedium ex pinguedine.

Pinguedinis humanæ inſolatione depuratæ portionem quotidiè tabidis exhibitam cum iuſculo multum eos juvaſſe vidi. (a) Et ego ſævum ſuis maſculi caſtrati, ſi parum de eo in pultibus exhibetur, infantibus in tabe mirè conferre obſervavi. (b)

a) *A.Camerar. A.P. in obſ. MS.* b) *propr. obſ.*

XLVI.

Sanguis Columbarum in oculi læſionibus utilis eſt.

Sanguis Columbarum leviter diſcutit, & nonnihil adſtringit. (a) Sumendus, dum adhuc calet. (b) Anno 1613. 26. Januar. improvisò inter triturandum ruſtici 35. annorum oculum ſiniſtrum palea ſtraminea vulneravit, quâ extractâ ſtatim gutta magna humoris albi effluxit, cum ingēti dolore, poſt 14. dies conſultus veſtigium ictûs vidi, & pupillam valde coarctatam, ſuaſi columbinum ſanguinem cum V.S. & pilul. cephalic. quia multum humoris quotidiè & continuò effluxit, præſcripſi collyrium ex camphor. gr. iſ. croci gr. iiij. aq. euphraſ. fœnic. ana unc. un. aq. roſar. unc. ſem. Album. ov. dimid. Quibus adhibitis per DEI gratiam priſtinæ ſanitati & vigori oculus reſtitutus eſt. (c)

a) Ca-

a) Capivac. l. 1. Pr. c. 38. b) Plater. de laſ. funct. p. 281. c) obſ. propr.

XLVII.

Carnes præ cæteris omnibus optimum ac plurimum præſtant alimentum.

Si carnes debitè ſumantur, haud facilè quidquam reperias, unde melius aut copioſius alimentum capiatur. Nam ut cibus bonum alimentum præſtet, corporibus noſtris ſimilis eſſe debet, tùm ſubſtantiæ modo, tùm moderatione qualitatum. In ſubſtantiæ modo, caro longè majorem, quàm alia omnia cum humano corpore habet analogiam. Nam ut proverbio lac lacti ſimile fertur, ita carnem carni affinem dicere poſſumus. Hinc facilè in ſubſtantiam noſtram mutatur. Rhazes inquit: *(a)* Nutrimentum carnis convenientis corpori bonum eſt, quoniam auget citò carnem ipſius. Ad commoderationem qualitatum quod attinet, præter eam ſimilitudinem, quæ conſiſtit in quatuor primis qualitatibus, carnes aliam temperamenti convenientiam nobiſcum habent: nam & formam, cùm animal viveret, nobiliorem obtinuerunt, quàm alia omnia, quibus præterea veſcimur: ergò & temperiem nativo calori noſtro familiariorē. Præclarè enim Ariſtoteles: *(b)* Quæ inter animalia honoratiora ſunt, plus caloris ſortita ſunt: nam ſimul & animam ſortita eſſe honoratiorē neceſſum eſt. Honoratiora enim ſunt hæc plantis. Idem & ſanguis arguit, qui earum eſt materia: nam & ab hac materiæ propinquitate temperamenti quoque affinitas rectè colligitur. Deinde cùm de cibi ratione ſit, ut ſit calidus & ſiccus, harum qualitatum convenientiam cum

Digitized by Google

LI.

Per apoſtema umbilici.

Vidi mulierem, in cujus ventre mortuus erat fœtus etiam ſecundo conceptus, accidit ergò ei poſt tempus longum apoſtema in umbilico ſuo, & inflatū eſt, donec apertum cœpit emittere pus: vocatus ſum ergò ad curationem ejus, & medicatus ſum ei tempore longo, & non conſolidatum eſt vulnus, poſui ego ſuper ipſum ex quibusdam emplaſtris fortis attractionis, & exivit ex loco os, deinde poſt aliquot dies exivit & aliud os: miratus ſum ergò, cùm in ventre non ſit os, cauſam diligentiùs expēdens, & per omnia mecum putans, deprehendi, quod erant ex oſſibus fœtûs mortui. Cauſâ igitur morbi certò cognitâ, medendique rationē hinc conſecutus extraxi oſſa multa, muliere exiſtente in melioribus diſpoſitionibus, & diu poſtea vixit mulier illa, ex ulcere autem ſemper puris nonnihil fluxit.

Albucas.c. 76.

LII.

Per vulnus circa regionem umbilici.

Mulier molitioris cujusdam, cum manifeſtò gravida eſſet, & tamen tempore partûs eniti non potuiſſet, in graviſſimum incidit morbum, ut tandem venter adeò extenderetur, propter fœtum & ipſius tunicas putreſcentes, ut præter totius abdominis tumorem, octavo nonové menſe circa regionem umbilici peculiaris tumor valdè elatus obortus ſit, ſimilis abſceſſui molli rubro, ut jam ad apertionem maturus videretur. Quare abſceſſus hic ab ejus loci chirurgo cau-

Digitized by Google

cauterio actuali apertus fuit, qui puris incredibilem quantitatē ſcutellis exemit: altero verò die, cùm vulneris rationem eſſet habiturus, qualesnam eſſent pili, qui circa vulnus conſpiciebantur, inquirere voluit, quare fœtûs caput jam putreſcens eſſe reperit, quod tum per vulnus dilatatum extraxit cum reliquâ cadaveris parte: attamen brevi temporis ſpatio convaluit.

Rouſſet. de part. caſ ſect. 4. c. 4.

LIII.

Paulò ſupra inguina.

Mulier quædam verè imprægnata ad decimum usque menſem ſatis incolumis pro ſua conditione ſibi viſa eſt. Ac inſtante tandem partus tempore juſti dolores, nec non humorum excretiones conſuetæ, nulla abortus ſuſpicione innata, per aliquot horas illam debitô exagitarunt modô. Sed diu incaſſum laboratum, tandem adſtantibus inſciis fœtus ſuffocatus eſt, & mater etiam de vita evidenter periclitata. Poſtquam per illud & puerperii tempus offulis ac gallinarum juſculis refocillata fuit, tandem indies magis ac magis habere melius cœpit, ut decreſcente nonnihil uteri mole cuncta ſibi proſpera ad integrum ferè annum poſtea repromiſerit. Quo tamen non plenè evoluto, tumor quidam particularis in ſiniſtra inferioris ventris parte paulò ſuper inguina apparere de novo cœpit, qui quotidie augeri & demum etiam dolorem apoſtemoſum cum cutis livore ſuperinducere pergebat: Abſceſſum illum chirurgus accitus diſcidit: quo facto, maxima fœtidiſſimæ virulentiæ copia effluxit; ulcere illo debitè tractato intra pau-

XXXIII

Linea ab anthrace ad Bubonem.

Anthrax in febribus quibuſdam,& imprimis peſti-lenti,in corporis aliqua ſede,frequenter in extremitatibus, profilit; qui ab initio puſtulam parvam refe-rens pruritu & ardore moleſtat, mox verò in ulcus cruſtoſum convertitur. A quo anthrace ab initio lineam rubram ad bubonem, (*a*) qui plerunque illum comitari ſolet, longo etiam interdum ſpatio porrigi ſæpè obſervavimus. (*b*) Bubones in peſte correptis non ſemper à venenatâ illâ vi in corporis emunctoria excuſſâ, verùm ob carbonis vicini ardorem doloremque influxum hunc in adenes commoventis, uti in aliis quoque inflammationibus accidit, proveniunt. (*c*)

a) *Hoc in filia mea A.B. aliisq́ vidi.* b) *Plater. de febrib. p. 18.* c) *p. 85.*

XXXIV.

Pro cauterii actualis materia Aurum ferro præfertur.

Avicenna(*a*) ſimpliciter aurum omnibus aliis prætulit, propter Nobilitatem ſubſtantiæ ſuæ, quia eſt temperamento hominis proportionatum, quia mitiùs urit, & urendo confortat à proprietate; nam, ut inquit Albucaſis: (*b*) cauterium ex auro non generat pus. Denique pulchriorem facit cicatricem, addi poteſt & alia ratio non contemnenda,quia aurum candens minùs terret ægrum, quàm ferrum, quia calor ignis non ita oſtenditur in auro, ſicut in ferro. (*c*)

XXXV.

Digitized by Google

XXXV.

Ferrum auro præfertur.

Verùm Albucaſis, (*d*) imò Arabes plerique, cauterium ex ferro præferunt; quia cùm cauterium magis minusvé urat, prout magis eſt ignitum: ut Medicus præciſam faciat uſtionem & ſecuram, debet neceſſariò gradus intenſionis cauterii cognoſcere; ii autem in cauterio ferri optimè diſtingui poſſunt, propter colorem, qui in eo mutatur, in auro non item; eò quòd color auri frigidi & auri candentis nõ diſtinguantur; ſecundò quia aurum non benè poteſt igniri, ut dicit Ariſtoteles, (*e*) unde ſi nimis parùm ignitur, non ſatis urit, ſi nimis multùm, liqueſcit & irritã facit operationem. Tertia ratio eſt, quòd, cùm aurum ſit ſubſtantiæ mollis, cederet ac curvaretur, maximè cũ inſtrumenta in hunc uſum facta, debeant eſſe tenuia. Addo quartam rationem, quia inſtrumenta ex auro nimis eſſent pretioſa. *(f)*

XXXVI.

Deciditur.

Quia ferrum durius eſt, & terreſtris ſubſtantiæ, magis ignitur ac fortiùs urit, ideò in corporibus ruſticis, in membris externis & ignobilibus, quia etiam adſtrictionem habet, ad ſanguinem ſiſtendum, ubi fortis diuque hærens cruſta eſt inducenda, ubi certus gradus intenſionis caloris & incandeſcentiæ præciſè ſciri debet, ferrum auro præfero. In corporibus verò Nobilium, Principum, aut teneriuſculis, in partibus delicatis, teneris, ſenſibilibus, ut circa oculos, in

in faciei partibus aliis, palpebris, genis, ubi pulchram deſideramus cicatricem, ubi ut citiùs conſaneſcat ulcus, expetimus, aurum ferro præfero. Auri verò incommodis occurro: Ut vitetur ſumptus, extrema tantùm cauteriorum & noduli ex auro erunt, reliqua ex ferro: ut non liqueſcat, ſi nodi auro ſaltem obducti ſint. *(g)* Cuilibet liberum relinquimus parare inſtrumenta aurea aut ferrea, modò miſer patiens juvetur. (*h*)

a) *fen. 4. 1. c. 29.* b. d) *Albucas. l. 1. c. 1.* c) *l. 3. meteor. c.* f. g) *Fien de Cauter. libr. 2. cap. 2. Bartholin. de cauter. cap. 2.* h) *Daniel Pelizanus de fonticulis θ. 22. diſp. Baſil. dec. 5.*

XXXVII.

Fontanellæ magnæ & doloroſæ non excitandæ.

Falluntur, qui magnum ulcus ex largiori cauſtico & doloroſum ex ejus acumine ac longiori mora moliuntur, quò ſcilicet, ut ipſi ajunt, tractus eò fiat vehementior, unde ſcopum videntur aſſecuturi. Imò hoc pacto abunde potiùs fluxio concitatur in totum membrum cum inflammatione tædioſiſſimâ, ſi non periculosâ, ut poſtmodum relictâ imbecillitate minùs proprium alimentum concoquat, neque ſupervenientibus fluxionibus reſiſtere valeat. Ad fontanellas has purgandas natura potius provocienda eſt, quàm per irradiationem impellenda; quando intercipere volumus fluxionem deorſum & introrſum tendentem per continuam derivationem in extrema vulnuſcula.

Cornelius Baesdorpius in Conſil. de arthr. à Garetio coll.

XXXVIII.

XXXVIII.

Sudorum differentiæ.

In ægris variæ ſunt. Alius ſudor eſt univerſalis, qui à toto emanat corpore, morbumque totum corpus obſidere ſignificat, interdum & partem corporis; alius particularis, qui materiam morbificam in ea parte à quâ emanat, aut adeſſe, aut adfuiſſe, aut futuram indicat, aut ſanè, qui citra materiam morbificam, circa cervicem, frontem, caput, thoracem apparet. Alius ſudor eſt calidus, vel à vehementi motu, vel ab humoribus calidis, vel ab æſtu interno, vel à permiſtione humoris fervidi; alius frigidus, vel materiæ frigiditatem, vel calidi nativi extinctionem ſignificans. Alius ſudor eſt paucus, alius multus. Alius ſudor eſt ſalſus, alius amarus, alius dulcis, alius inſipidus. Alius ſudor mitis ac ſuavis, alius acer ac fœtidus pro materiæ qualitate. Alius eſt tenuis & aquoſus; alius craſſus, qui vel meatuum amplitudinem, vel humorum craſſitiem teſtatur; alius viſcidus, qui vel materiæ paucitatem, vel viſcoſam materiam, vel reſolutionem proprii ultimique alimenti ſingularum partium, aut earundem colliquationem arguit. In febribus triplex notatur ſudor, vel periodicus, vel ſymptomaticus, vel criticus;

Holler. comm. aph. 36. ſ. 4. ſchol. Lieb.

XXXIX.

In Spirituum chymicorum exhibitione cautela.

Spiritus vitrioli ſpiritui nitri, & hic viciſſim illi

contrarius eſt, ſpiritusque ſulphuris ſpiritum nitri non patitur, quorum contrarietatem quoque experiuntur Practici, dum patientes, ex inordinato, confuſoque dictorum ſpirituũ uſu, ſubinde ſe pejus habere vident & obſervant, ipſeq; non ſemel notavi, ſpiritum ſulphuris ſtatim poſt ſpiritum vitrioli, vel unà cum eodem adhibitum, licet ambo illi inter omnes alios minerales ſpiritus ſibi amiciſſimi ſint, & parùm diſcrepare videantur, novam phlogoſin, novasque efferveſcentias in corpore ægri excitâſſe; Si hoc de amicis ſpiritibus verum eſt, multò magis de inimicis confirmandum erit, Si quis in colicâ calidâ bilioſâ ſpiritum nitri ad paucas guttas cum fructu quidem exhibuerit, & verò rei inſcius ſitienti mox ægro vel julepum etiam optimum cum ſpiritu vitrioli aut ſulphuris paratum, nedum ſpiritus illos alteros ſolos in juſculis porrexerit, malam certè ſyllogiſmi conſequentiam is faciet.

H. Dieteris, d. prob. acid. Schwalbac. p. 99.

XL.

In Paroxyſmis cibus non eſt exhibendus.

In diuturnis paſſionibus aptiſſimum cibis tempus eſt, quod quam longiſſimè à paroxyſmorum incurſu receſſit. (a) Nam in ipſa morbi, maximèque febris excandeſcentia tetro vapore corpus univerſum perfunditur, eoque recens ſumptus cibus labefactatur & maxima ex parte corrumpitur; (b) ipſaque febris minùs negotii faceſſit, dum inani ventriculo corripit. (c) Præſertim verò ſi viſceris inflammatio vel ſuccorum abundantia adeſt, quia ad interiora moventur,

tur, cibatio ut res maximè noxia, ante acceſſionem cavenda eſt. *(d)*

XLI.

Nonnunquam tamen exhibendus.

Interdum tamen vires & alia quocunque acceſſionis tempore cibum exhibere cogunt. *(e)* Si nimirum æger delicatior eſſe videtur, & ex bilis mordacioris ventriculum laceſſentis occaſione Syncopæ obnoxius, hunc vel initio paroxyſmi tenui cibo, ut pulli juſculo reficere oportet. *(f)* Nam ſi febris ſit ab humore acri & mordaci, accenſo à Sole, irâ, inediâ, laboribus; & corporis habitu æger ſit gracilis, temperaturaque, & præſertim æſtatis tempore, calidus & ſiccus; niſi vel paulò antè paroxyſmum vel etiam paroxyſmo cibus exhibeatur, facilè in ardentem febrim vel hecticam, vel ſyncopen, vel convulſionẽ, aut ſimile quid incidet, & de viriu jacturâ periclitabitur. Ad quæ mala evitanda, & vires conſervandas, vel in ipſo paroxyſmo cibum exhibere neceſſum eſt. *(g)*

a) *Heürn. meth. ad Prax. l. 3. cap. 16.* b) *Fernel. meth. med. libr. 1. cap. 10.* c. f) *Ioubert. Pract. l. 2. cap. 11. & 9.* d) *Odd. de Odd. in aphor. 11. ſect. 1.* e) *Viſcher. Holler. Butin. in dict. aphor.* g) *Sennert. Inſtit. l. 5. part. 2. ſect. 3. cap. 4.*

XLII.

Cautela de cibis in febribus.

Cavendum eſt unicè (quod eſt commune omnibus febribus,) nè magnam ciborum quantitatem exhibeamus, ſed parùm & εὔχυμον, in quo non ſint alienæ qualitates, ſalſæ, adſtringentes, acidæ, acres, ama-

ræ, auſteræ, acerbæ, quarum quædam putredinem adjuvant, quædam exiccandi vi pollent. Quare braſſica, beta, caules non proderunt, ut plerique etiam fructus, qui, licet humectent, tamen non benè nutriunt, & ideò facilè corrumpuntur; atque ſi nutritionem conſideres, dulcia etiam non conveniunt, ut nec carnes, nec ova. Ex quibus manifeſtum eſt, cibos competere omnis qualitatis expertes, benè & parùm nutrientes, frigidos & humidos.

Georg. Hamberger Med. & Prof. Tub. in præl. Acad. de Febrib. c. 5.

XLIII.

Lactis in Phthiſi uſus.

Cibi phthiſicorum ſint concoctu faciles, boni & multi alimenti, liquidi & tenues, nonnihil refrigerantes, detergentes & conglutinantes. Has dotes omnes habet lac. Facilè enim coquitur, ac multùm nutrit: optimi eſt ſucci: ſero caſei & butyri liquidum eſt & ſubfrigidum: terget ſapore dulci butyroſæ ſubſtantiæ, & acrimonia ſeri: glutinat caſeo, & eodem ac butyro eſt emplaſticum. Lac autem optimum eſt humanũ, deinde caprinum, poſtea aſininum, tandem ovillum. Quantitas lactis, quæ aſſumitur moderata ſit, ita ut non excedat circa initium uncias tres vel quatuor. Sumatur autem manè à jejuno, horis tribus aut quatuor ante cibum. Mulgeatur ab ubere, aut capra in cubiculum intromittatur, & lac in vas calidum mulctum ſtatim bibatur, antequam refrigeretur, aut ab ambiente aëre corrumpatur. Cavendum verò unicè, ne ſtatim à lactis uſu alium cibum

bum (minimùm verò vinum) accipiant, quòd aliàs in ventriculo prorſus corrumpatur. Minimè tamen competit lac exhibere iis, qui valdè febricitant, aut deſtillationem à capite patiuntur, aut ventrem tumidum habent, aut inflammata viſcera, aut ſcirrho affecta.

Joh. David Camerarius, Med. D & Phyſicus Stutgardianus, Frater meus Germanus ſuaviſſ. in Diſput. Inaugural. olim habit. de Phthiſi th. 42. & ſeqq.

XLIV.

Tabidis carnes aſininæ proficua.

Mirandum eſt, quod de carnibus aſininis prodidere ſcriptores graviſſimi, videlicet earum uſu tabidos juvari. Plinius: (*a*) Phthiſicis medentur jecur lupi ex vino, macræ ſuis herbis paſtæ laridum, carnes aſininæ ex jure ſumptæ. Serenus Sammonicus idem probat his verſibus:

Proderit & veteris ſevi pila ſumpta ſuilli,
Carne aſinæ ſevóq; capræ Medicina ſalubris.

Adde, quod oraculo Serapidis hæc vis aſininæ carnis comprobata ſit, de quo elegans eſt hiſtoria apud Ælianum: Cæterùm idem hic Deus Serapis Bathylim Cretenſem tabe laborantem ab hoc tanto malo aſininæ carnis eſu liberavit. Atque ita quemadmodum DEUS colludentibus vocabulis Græcis ei prædixerat, ὄνεια κρέα ὀπηϕέλει asini carnes auxilium attulerunt. (*b*) Hoc Serapidis reſponſum procul dubio ad iſtam opinionem cauſas dedit. Nec verò hujus dicto plus eſt tribuendum, quam Apollinis, aliorumque præſtigiatorum oraculis, quæ plerunque vocis ambi-

biguitate perplexa atque obliqua, rudes & ſuperſtitioſos imprimis homines deceperunt. (*c*)

a) *l.18 c.17.* b) *l.11. de animal. c.35.* c) *P. Caſtellanus de eſu Carnium l.3.c.9.*

XLV.

Tabis remedium ex pinguedine.

Pinguedinis humanæ inſolatione depuratæ portionem quotidiè tabidis exhibitam cum iuſculo multum eos juvaſſe vidi. (*a*) Et ego ſævum ſuis maſculi caſtrati, ſi parum de eo in pultibus exhibetur, infantibus in tabe mirè conferre obſervavi. (*b*)

a) *A. Camerar. A.P. in obſ. MS.* b) *propr. obſ.*

XLVI.

Sanguis Columbarum in oculi læſionibus utilis eſt.

Sanguis Columbarum leviter diſcutit, & nonnihil adſtringit. (*a*) Sumendus, dum adhuc calet. (*b*) Anno 1613. 26. Januar. improvisò inter triturandum ruſtici 35. annorum oculum ſiniſtrum palea ſtraminea vulneravit, quâ extractâ ſtatim gutta magna humoris albi effluxit, cum ingēti dolore, poſt 14. dies conſultus veſtigium ictûs vidi, & pupillam valde coarctatam, ſuaſi columbinum ſanguinem cum V.S. & pilul. cephalic. quia multum humoris quotidiè & continuò effluxit, præſcripſi collyrium ex camphor. gr. iſ. croci gr. iiij. aq. euphraſ. fœnic. ana unc. un. aq. roſar. unc. ſem. Album. ov. dimid. Quibus adhibitis per DEI gratiam priſtinæ ſanitati & vigori oculus reſtitutus eſt. (*c*)

a) *Ca-*

Digitized by Google

a) *Capivac. l. 1. Pr. c. 38.* b) *Plater. de laſ. funct. p. 281.*
c) *obſ. propr.*

XLVII.

Carnes præ cæteris omnibus optimum ac plurimum præſtant alimentum.

Si carnes debitè ſumantur, haud facilè quidquam reperias, unde melius aut copioſius alimentum capiatur. Nam ut cibus bonum alimentum præſtet, corporibus noſtris ſimilis eſſe debet, tùm ſubſtantiæ modo, tùm moderatione qualitatum. In ſubſtantiæ modo, caro longè majorem, quàm alia omnia cum humano corpore habet analogiam. Nam ut proverbio lac lacti ſimile fertur, ita carnem carni affinem dicere poſſumus. Hinc facilè in ſubſtantiam noſtram mutatur. Rhazes inquit: *(a)* Nutrimentum carnis convenientis corpori bonum eſt, quoniam auget citò carnem ipſius. Ad commoderationem qualitatum quod attinet, præter eam ſimilitudinem, quæ conſiſtit in quatuor primis qualitatibus, carnes aliam temperamenti convenientiam nobiſcum habent: nam & formam, cùm animal viveret, nobiliorem obtinuerunt, quàm alia omnia, quibus præterea veſcimur: ergò & temperiem nativo calori noſtro familiariorē. Præclarè enim Ariſtoteles: (*b*) Quæ inter animalia honoratiora ſunt, plus caloris ſortita ſunt: nam ſimul & animam ſortita eſſe honoratiorē neceſſum eſt. Honoratiora enim ſunt hæc plantis. Idem & ſanguis arguit, qui earum eſt materia: nam & ab hac materiæ propinquitate temperamenti quoque affinitas rectè colligitur. Deinde cùm de cibi ratione ſit, ut ſit calidus & ſiccus, harum qualitatum convenientiam cum

humanâ temperaturâ majorem carnes obtinent, quàm piſces & olera. *(c)*

a) *l. 20. contin c. 1.* b) *l. de reſpirat. c. 13.* c) *P. Caſtellanus de carnium uſu. l. 1. c. 2.*

XLVIII.

Panis inter omnia alimenta præcipuum.

Panem inter omnia alimenta præcipuum eſſe teſtantur S. Literæ: Homo non vivit ſolo pane, ſed omni Verbo, quod ex ore Domini exit. *(a)* Ut panem è terra producas, qui cordi hominis robur afferat. *(b)* Et Salvator noſter quotidiè nos orare jubet, non pro carne, piſcibus & fructibus, ſed pane. Aliquæ gentes ante uſum panis per plura ſecula miſerè vixerunt: Ceres autem, quæ etiam Iſis dicta eſt, quæ prima in Atticâ, Italiâ, & Siciliâ, cùm teſte Plinio *(c)* antea glandibus & fructibus ſylveſtribus veſcerentur, frumentum non tantùm in illas terras importavit, in agris colere, ſed etiam molere, & panem inde conficere docuit, teſte Virgilio, qui ſcribit: *(d)*

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Inſtituit. ——

Et Ovidius: *(e)*

Prima Ceres unco glebam dimovit aratro,
Prima dedit fruges, alimentaq; mitia terris.

Unde populi illi divinos in poſterum honores ei tribuerunt. *(f)*

a) *Deuteron. 8.* b) *Pſalm. 104.* c) *libr. 7.* d) *in Georg.* e) *5. Metamorph.* f) *Morhard. de miracul. in creatur. lib. 2. cap. 2.*

XLIX.

XLIX.

Diatæ utilitas.

Nullum efficax poteſt eſſe remedium, cui victus ratio contraria reſiſtit; (*a*) nec tàm potens eſt remedium, quod præſtare eam quam pollicetur opem queat, ſi ratione victus aut conturbetur, aut non adjuvetur. (*b*) Nam ex tribus Medicinæ inſtrumentis Pharmaciâ, Chirurgiâ & Diætâ, nullus feracior eſt locus, quàm de Diætâ, eſt enim hæc præſtantiſſima in curandis morbis, cum fiat per materiam naturæ conſuetam. (*c*)

a) *Senn. de Febrib. l. 2. c. 9.* b) *Ioubert. l. de cap. affect. c. 6.* c) *Heurn. in Hippocr. de victus rat. in acut. in Text. 6. p. 5.*

L.

Fœtus in utero putrefactus excluſus per abdominis fiſtulas.

Mirum naturæ exemplum referam cujusdam Venetæ Matronæ, quæ cùm partum legitimum excluſiſſet, alter incluſus intra uterum manſit mortuus, qui in magnis puerperæ difficultatibus tabefactus, fluore quodam profluit ex naturalibus oris, demum ortis in ventre tribus fiſtulis, ex unâ, quæ omnium maxima erat, integra infantis calvaria extracta eſt, cunctis mirantibus, deinde ſingulis diebus reliqua oſſa dempta ſunt, unde mirabili naturæ operâ ſanitati reſtituta eſt.

Alex. Benedictus l. 26. c. 33.

LI.

Digitized by Google

LI.

Per apoſtema umbilici.

Vidi mulierem, in cujus ventre mortuus erat fœtus etiam ſecundo conceptus, accidit ergò ei poſt tempus longum apoſtema in umbilico ſuo, & inflatũ eſt, donec apertum cœpit emittere pus: vocatus ſum ergò ad curationem ejus, & medicatus ſum ei tempore longo, & non conſolidatum eſt vulnus, poſui ego ſuper ipſum ex quibusdam emplaſtris fortis attractionis, & exivit ex loco os, deinde poſt aliquot dies exivit & aliud os: miratus ſum ergò, cùm in ventre non ſit os, cauſam diligentiùs expẽdens, & per omnia mecum putans, deprehendi, quod erant ex oſſibus fœtûs mortui. Cauſâ igitur morbi certò cognitâ, medendique rationẽ hinc conſecutus extraxi oſſa multa, muliere exiſtente in melioribus diſpoſitionibus, & diu poſtea vixit mulier illa, ex ulcere autem ſemper puris nonnihil fluxit.

Albucas. c. 76.

LII.

Per vulnus circa regionem umbilici.

Mulier molitioris cujusdam, cum manifeſtò gravida eſſet, & tamen tempore partûs eniti non potuiſſet, in graviſſimum incidit morbum, ut tandem venter adeò extenderetur, propter fœtum & ipſius tunicas putreſcentes, ut præter totius abdominis tumorem, octavo nonové menſe circa regionem umbilici peculiaris tumor valdè elatus obortus ſit, ſimilis abſceſſui molli rubro, ut jam ad apertionem maturus videretur. Quare abſceſſus hic ab ejus loci chirurgo

cau-

cauterio actuali apertus fuit, qui puris incredibilem quantitatẽ ſcutellis exemit: altero verò die, cùm vulneris rationem eſſet habiturus, qualesnam eſſent pili, qui circa vulnus conſpiciebantur, inquirere voluit, quare fœtûs caput jam putreſcens eſſe reperit, quod tum per vulnus dilatatum extraxit cum reliquâ cadaveris parte: attamen brevi temporis ſpatio convaluit.

Rouſſet. de part. caſ ſect. 4. c. 4.

LIII.

Paulò ſupra inguina.

Mulier quædam verè impregnata ad decimum usque menſem ſatis incolumis pro ſua conditione ſibĩ viſa eſt. Ac inſtante tandem partus tempore juſti dolores, nec non humorum excretiones conſuetæ, nulla abortus ſuſpicione innata, per aliquot horas illam debitô exagitarunt modô. Sed diu incaſſum laboratum, tandem adſtantibus inſciis fœtus ſuffocatus eſt, & mater etiam de vita evidenter periclitata. Poſtquam per illud & puerperii tempus offulis ac gallinarum juſculis refocillata fuit, tandem indies magis ac magis habere melius cœpit, ut decreſcente nonnihil uteri mole cuncta ſibi proſpera ad integrum ferè annum poſtea repromiſerit. Quo tamen non plenè evoluto, tumor quidam particularis in ſiniſtra inferioris ventris parte paulò ſuper inguina apparere de novo cœpit, qui quotidie augeri & demum etiam dolorem apoſtemoſum cum cutis livore ſuperinducere pergebat: Abſceſſum illum chirurgus accitus diſcidit: quo facto, maxima fœtidiſſimæ virulentiæ copia effluxit; ulcere illo debitè tractato intra pau-

culos dies ſemi putrida ac corroſa oſſicula unà cum pure exire cœperunt, & tandem erumpentibus integris tibiarum oſſibus, poſterioribusque calvariæ fragmentis, manifeſtò chirurgus deprehendit, ea ipſa reliquias eſſe fœtus illius, quem mulier ea ante annum peperiſſe debebat; & eam omninò perſanavit.

Achill. P. Gaſſarus ad M. Cornacem Hiſtor. geſt. fœt. mort. p. 219.

LIV.

Per anum.

Mulier Maria nomine, parturiginis labores experta absque ſubſequente partu ſuſtulit, nec etiam multis pellentibus medicamentis adhibitis quid ejicit. Sed ecce revoluto jam anno, illa unà cum lotio primùm digitorum articulos excrevit: ac ſenſim alia majora oſſa, tibiam, radium, coſtas, & id genus alia per poſticũ cum excrementis emiſit: tandemq; ſecundo à parturitione anno, maximos antè perpeſſa labores, calvariam totam cum cubito, coſtis, & aliis aliquot oſſibus ejecit; cùm interim illa totum illud biennium ſanioſo profluvio conſumeretur. Liberata tamen à cadavere convaluit, atque ab omni accidente libera evaſit. *(a)* Mulier Paula nomine, cum fœtum quinque menſium mortuum diutius in utero geſtaſſet, profluente quotidie ex utero colluvie quadam ſanioſa non ſine febre, indiesque corpore marceſcente, extenuatiſſimo habitu jam affecta, per ſeceſſum excernere cœpit oſſicula quædam, quæ in exitu dolorem inferentia ab ipſa deprehenſa, ac ſtercore emundata, medicus puelluli oſſicula deprehendit; nec deſtitit mulier ab hujuſmodi excretione per menſes & annos, donec

donec permulta oſſicula hujus generis extramiſit. *(b)*

a) *Bald. Ronſſei Ep. Medic. p. 2.* b) *Marc. Donat. hiſt. Med. mirab. l. 4. c. 22.*

LV.

Mulier annis duodecim ſceleton, fœtûs mortui gerit.

Catherina uxor Michaelis de Meñe viri ruralis & pauperis, concepit anno 1549. menſe Martio, omnia habens ſigna felicis imprægnationis: fœtum inſuper temporis progreſſu à quarto menſe conceptûs ſenſit valentem & ſtrenuè ſeſe moventem, usque ad feſtum divo Andreæ ſacrum eodem anno: quô ſanè illi ſupervenere dolores partus adeò vehementes, ut jamjam crederet ſe enixuram. Uterus quoque mirum in modum prominebat, uberaque lacte copioſiſſimo turgebant: idque magis inſtante jam partu, quàm multis diebus antea. Nullum tamen partûs brevi futuri ſignum obſervare potuit obſtetrix præter dolores illos, qui toto biduo increſcebant, & totis poſtea 40. diebus die nocteque illam ſæpiſſimè affligebant, neque etiam ab utero aliquid interea effluxiſſe obſervatum eſt. Fœtus interim vehementiſſimè movebatur, lac è mammis effluebat, ſed illud acrius, ut etiam partes vicinas exulceraret. Quadrageſimo demum ſecundo & quarto dolorum die fœtus tàm valdè ampliùs moveri deſtitit, tandem conatu vehementiſſimo ita fœtus movebatur, ut inde transverſum in utero revolutum mater narraret. Poſt verò dies 4. vel. 6. cruenta quædam & nigra per alvum dejicere cœpit, ſingulis diebus ad ſex libras. Cumque antea

Digitized by Google

nullus in utero colliſionis oſſium ſenſus voluntarius perciperetur, hic tandem putans miſella ſe ab omnibus ærumnis liberam, unicuique tangenti uterum ſeſe prodere cœpit: ut etiam illam non lateat oſſium fœtus mortui ſitus, quippe cùm digito monſtret hîc caput, illic coſtas, hîc humeros, illic femora contineri. Quod & ego & alii complures, me monitore, deprehenderunt. Cadaver iſtud ſeu ſceleton in utero matris jacet transverſim, capite & cruribus introrſum, dorſo verò extrorſum prominente; ſub ilio dextro caput reconditur, quod cùm profundius, quam matris ſpinam dorſi reſpiciat, non ſine ratione tactûs noſtri judicium refugit: ibi tamen oſſis humeri caput ſuperius contineri manifeſtò conſtat: ſub ilio ſiniſtro ſunt crura & pedes, ſed introrſum reflexi, ut attingi minimè poſſint, conjecturâ tamen artificiali & anatomicâ ita eſſe, judicare non eſt difficile, cùm ex ſitu reliquo corporis, tùm quia ibi os femoris apertiſſimè deprehenditur. In medio ventre dorſum evidentiſſimè cognoſcitur, vertebræque omnes facillimè diſtinguuntur: coſtæ quoque majori ex parte tàm ſuperiores quàm inferiores dinumerantur: turget venter maternus tumore oblongo, qui in pudendum deſinit; elevat totam iſtam molem ſurſum, eandemq; pro animi arbitrio deprimit; oſſa ſic ſatis induruiſſe ſentiuntur, ita ut validiori compreſſioni difficulter cedere videantur; venter maternus interea, dum attrectatur, nullo dolore angitur, niſi id plus quàm par eſt, fiat diutius. Valet ſic ſatis illa mulier, omniaque ſua munia, tàm domi, quàm in agris unà cum marito ſuo optimè peragit: menſes, cùm annis quatuor eſſent detenti, potiunculis nonnullis promoti, rursū mana-

Digitized by Google

manare cœperunt in hunc usque diem. At menſibus ſingulis, cùm terminus eorum inſtat, venter inferior intumeſcit, illamque dolores invadunt vehementiſſimi, haud aliter, quàm ſi nunc eſſet enixura, nec antea ceſſant, nî menſes omninò eruperint. Refertque notatu dignum, quintum nunc eſſe annum, ex quo natura quodammodo iſtius ſceleti expulſionem tentarit.

Ægid. d. Hertoghe ad M. Cornac. hiſtor. ſupr. d. p. 214. usq; 218.

LVI.

Cur Venæ lacteæ tàm diù latuerint?

Quòd tàm diu & ad hoc usque tempus vaſa nova, venæ lacteæ, latuerint, & ante annos paucos primùm in notitiam hominum pervenerint, cauſa procul dubio eſt hæc, quod in demortuis animalibus, in quibus venæ hæ non apparent, plerique anatomiam exercuerint. Sed, quòd & eos, qui etiam viva animalia ſecuerunt, & ipſum Galenum, qui tamen ſexcentas vivas ſectiones ſe adminiſtraſſe gloriatur, & plurima animalia à paſtu ſæpè ſecuit, latuerunt, prorſus ſe ignorare ſcribit Aſellius. *(a)* Verùm & hujus rei ratio reddi poteſt. Etenim cauſa, ob quam animalia viva ſecuerunt Antiqui, eſt, ut vel motũ cordis, vel diaphragmatis, vel vocis inſtrumenta, vel motum cerebri, & ſenſum membranarum ejus viderent, & inveſtigarent; vel quomodo cibus in ventriculo mutaretur, agnoſcerent; quæ dum fiunt, interim animal moritur, & poſtea lacteæ venæ non apparent. Neque etiam mox à paſtu conſpiciuntur, ſed ubi chylus confectus eſt. Qui verò ob venarum lactearum inveſtigatio-

nem ſectionem vivorum primariò inſtituerit nemo fuit ante Aſellium. Eraſiſtratum tamen ejusque ſectatores venas iſtas vidiſſe, verùm non agnoviſſe, ſed pro arteriis habuiſſe patet, nam ſcribit Galenus *(b)* Eraſiſtrati aſſeclas ſtatuere, ſimul ac meſenterium denudatum fuerit, arterias aëri ſimiles apparere, poſtea lacteo ſucco repletas conſpici. *(c)*

a) *d. lact. ven. cap. 14.* b) *libr. an ſanguis contineatur in arteriis c. 5. & 7. d. adminiſtr. anat. c. ult.* c) *Senn. prax. l. 3. part. 3. cap. 1.*

LVII.

Venarum lactearum utilitas in indaganda ſanguinis generatione.

Lucem harum venarum inventio affert intricatæ illi quæſtioni de ſanguinis generatione, an ea ſcilicet in epate & ab epatis ſubſtantia, & vi innata, an verò in venis fiat? Cùm enim hæ venæ lacteæ in ipſam epatis carnem diſſeminentur, atque in ea obliterentur, nullaque earum cum aliis venis communio deprehendatur, atque ita chylus in ipſam epatis ſubſtantiam ab iis effundatur, in ipſo etiam epate ſanguinem mutari, qui poſtea à venis excipiatur, vero maximè conſentaneum eſt. *Sennert. l. c.*

LVIII.

Inteſtina aliquâ vi chylificandi gaudent.

Etſi inteſtina ἀναδόσεως gratia potiſſimum extiterint, authore Galeno, (a) quia tamen τὰς ἰδιότητας ſubſtantiarum comitantur actionum proprietates, ſimiliſque ferè ſit inteſtinorum, quæ ventriculi, ſubſtantia & tunicarum ſtructura, rectè adſtrui videtur, quòd inteſtina non ſint otioſi canales, ſed aliquam habeant

vim

vim elaborandi & concoquendi chylũ; ob hanc quoque cauſam inteſtina omento obtecta eſſe videntur, nam gladiator ille, apud Galenũ, exſecto omento debiliùs cibos concoxiſſe ſcribitur. Ad hæc homines aliquos ſolùm iis, quæ per alvum injecta fuere ad aliquod tempus enutritos eſſe compertum eſt.

Joſeph. Brentius d. affectib. inteſtinor. p. 3. a) libr. de uſu part. 4. part. 17.

LIX.

Colica in paralyſin tranſiens, novus morbus.

Verum eſt, morbos oriri, durare, & deſinere certis locis: cui rei fidem facit, vel hoc, quòd neque per Gallias vel Italiam Præceptores noſtros publicis lectionibus colicæ in paralyſin tranſeuntis mentionem habuiſſe, neque lucubrationes ipſorum literarum monumentis comprehenſas illius meminiſſe ſciamus. Imò, ſi qui illinc, ut ſolent, medicinæ ad nos faciendæ gratia commeârint, & ex improviſo illis occurrerit curandus hic morbus, viri aliàs ſolidioris ſcientiæ & eruditionis, mirum quàm turpiter, antequam ei conſueſcant, ſuam prodant inſcitiam. Solus Veterum, præter Paulum, Princeps Aboali, *(a)* docet, ceu per criſim è colo materias in nervos proturbari. Niſi hoc cenſu collocemus Hippocratem, *(b)* qui fluentium in articulos humorum in colum factam transmutationem aſſerit, eoque arthriticum fuiſſe ἡσυχώτερον, ac ſi daretur è colo in articulos, & vice verſa, materiæ tranſitus. In Italia cœpit & per Imperii Romani regiones peſtiferæ luis modo graſſata, deinceps Pannoniam, Auſtriam, Moraviam, cum aliqua parte Germaniæ, Franconiam ac tractum Noribergicum *(c)* ita oppreſſit malum, ut ingenuè affirmare poſſim,

apud nos è denario ægrorum numerò vix duos reperiri, qui colicis non confligantur morbis, eorundemque pauciſſimi paralyſin evadant. Ita ante annos plus minus triginta peregrinus habitus, modò endemius factus eſt: In Italia jam dudum evanuit. *(d)*

a) *cap. de paralyſ.* b) *6. epid. comm. text. 3.* c) *Coiter. in obſ. anat. & chir.* d) *Th. Jordanus de Lue nova Morav. p. 53.*

LX.

In utriusque curatione notanda.

In colicâ hâc, quæ quandoque contagioſa eſſe ſolet, *(a)* multum calefacientia, violenter purgantia, & corpus exagitantia, viam ad πάρεσιν ſternunt, hinc fugienda. Toti corpori proſpiciendum, dolorique & aliis accidentibus prudenter moderatis remediis ſuccurrendum, cavendo humorum fuſionem ac motionem magnam. *(b)* Qui confidentius, nulla neceſſitate coacti mox in principio catharticis ſuccurrere conantur, diſcriminis plùs, quàm emolumenti languentibus adferunt. *(c)* Sæpè cum felici ſucceſſu uſurpavi & alii etiam uſurparunt oleum amygdalarum dulcium. *(d)* *(e)* Cùm ex coli dolore paralyſis accidit, quibuſdam temporis ſpatio præter ullam curam ſponte ſanitas redit. Quod ſi non eveniat, medicamentis non admodùm validis uti conducet, ſed iis, quæ corroborant, ac modicè refrigerant, ol. roſar. myrtin. chamæmel. aneth. & mentæ. *(f)*

a) *Æginet. l. 2. c. 18. Avicenn. l. 3. fen. 16. c. 6.* b) *Brentius de affect. inteſt. p. 18.* c) *Joh. Gartnerus de affectu colico, th. 101.* d) *Sennert. Prax. l. 3. part. 2. ſect. 2. cap. 2.* e) *vid. cent. 8. part. 69.* f) *Jaſ. Pr. 6. de reſolutione. A. Camerar. P. in MS.*

Mulie-

Digitized by Google

Mulierem hoc morbo interemptam aperuit Coiter, quem vid.

LXI.

Cardiacus morbus infantium curatus.

D. Mich. Ruker multos hoc morbo detentos curavit, immittendo quotidie infantem in balneum ex ſero lactis, nonnunquam aquâ fluviali aut fontanâ, cui incocta eſt malva, affundendo etiam quantitatem lactis dulcis, & unguento ſeq. ℞. Unguent. pectoral. Dialth. ana. drachm. j. butyr. majal. unc. ſem. ping. gall. anatis ana. drachm. ij. ſem. œſyp. hum. drachm. ſem. mucilag. ſem. alth. drachm. ſem. Inunguntur quotidie calidè præcordia, ſpina, lumbi, & cubiti.

Ego ſæpiùs proficuum hoc expertus ſum in multis: Summitat. abrotan. M. j. card. bened. parum, coq. in vino aut aqua, dulcor. ſaccharo vel melle, quater per diem de eo bibatur.

Al. Camerar. P. in Obſ. MS.

LXII.

Cordis ulcera & abſceſſus.

Quòd Cor ipſum apoſtemata perferre aliquandiu poſſit, adducam teſtimonium magni Viri ac Excellentis Anatomici, Medici ac Philoſophi inſignis, Doctoris Nicolai Maſſæ Veneti, Præceptoris olim mei colendi, qui in Anatomia ſua (*a*) ſcribit, ſe ſecaſſe mercatorem quendam Venetiis, ex vulnere capitis mortuum, in cujus corde, eùm obiter thoracis partes perſcrutaretur, poſt vulnus, cujus gratia ſectionem inſtituerat, perluſtratum, reperit præter omnium

 opi-

opinionem ulcus ſ. apoſtema in ipſa auricula & ſubſtantia cordis, magnitudine medii ovi gallinacei. Sed habemus exemplum domeſticum, quod audivi à claris viris, qui adhuc ſunt ſuperſtites, quòd interfuerint ſectioni Lucæ Alantſeæ civis & Bibliopolæ Viennenſis; cùm enim is ſubitò ex ſyncope obiiſſet, apertum eſt ejus pectus præſentibus multis Doctoribus & Chirurgis. In hac ſectione inventa eſt plusquam media pars cordis ſanioſa & putredine abſumpta. (*b*) In Archidiáconi cujusdam diſſecto cadavere abſceſſus in ſubſtantia cordis inventus eſt. (*c*) In inciſo Jacobi furis cujusdã inſignis cadavere abſceſsũ in ſiniſtro corde pituitâ redundantem annotavi. (*d*) In quodam qui ſenſim contabeſcens & liqueſcẽs de medio tandẽ ſublatus eſt, tria ulcera in corde reperi non parum cava & ſordida, multo antè jam tempore contracta. (*e*)

a) *cap. de cord.* b) *Cornax de quadr. fœtus geſtat. hiſtor. 1. cap. ult.* c) *Holler. de morb. intern. l. 1. ſchol. cap. 29.* d) *Beniven. d. abd. morb. cauſ. cap. 89.* e) *Fernel. Medic. Univerſ. libr. 5. c. 12.*

LXIII.

Cordis Tabes.

Phthiſin cordi accidere ſtatuunt Authores, ubi ex nimio mœrore & anxietate cordis humores, quos ſecundarios vocant, ita penitùs abſumuntur, ut cor ipſũ pyri toſti ſpeciem referat. (*a*) Cujus rei fidem facit Melanthonis (*b*) authoritas & teſtimonium, qui teſtatur Caſimiro Marchioni Brandenburgico, ob mœrores & vigilias humore, qui involucro cordis continetur, exiccato & exhauſto, cor exectum piri toſti faciem repræſentaſſe: ubi procul dubio perpeſſi fuere tres illi humores ſatis conſpicuam cladem, ſiquidem

eas in anguſtias redactum eſt cor, non parvo temporis momento, quod ex aſſignata cauſa colligi poteſt non adeò vehemente, puta triſtitia. (*c*) Sic & in Comite Waldeccenſi Tubingæ viſum à calore febrili cor ac ſi fumo induratum fuiſſet. (*d*)

a) *Graſecc. Theatr. Microcoſm. claſſ. 3. ſect. 9.* b) *libr. de anima.* c) *Th. Jordan. d. peſt. tract. 1. c. 16.* d) *ex propr. obſ.*

LXIV.

Cordis & auricularum motus.

Quod Caſpar Bauhinus (*a*) & Joh. Riolanus (*b*) Viri doctiſſimi & Anatomici peritiſſimi obſervarunt & admonent, quòd ſi in viva ſectione alicujus animalis cordis motum ſtudioſè obſerves, quatuor motus loco & tempore diſtinctos aſpicies: quorum duo ſunt proprii auricularum, ventriculorum duo. Pace tantorũ virorum, quatuor ſunt motus loco, non verò tempore diſtincti. Simul enim ambæ auriculæ moventur, & ſimul ambo ventriculi, ut quatuor loco motus diſtincti ſint duobus tantùm temporibus, atq; hoc ſe habet modo. Duo ſunt quaſi eodem tempore motus, unus auricularum, alter ipſorum ventriculorum: nec enim ſimul omninò fiunt: ſed præcedit motus auricularum, & ſubſequitur cordis, & motus ab auriculis incipere, & in ventriculos progredi viſus eſt, cum jam languidiora omnia emoriente corde & in piſcibus & in frigidioribus ſanguineis animalibus, inter hos duos motus tempus aliquod quietis intercedit, ut cor quaſi ſuſcitatum motui reſpondere videatur, aliquando citiùs, aliquando tardiùs, & tandem ad mortem inclinans ceſſat motu ſuo reſpondere, & quaſi capite duntaxat leviter

ter annuit, & obſcurè adeò movetur, ut potius motus ſignum præbere pulſanti auriculæ videatur. Sic prius deſinit cor pulſare, quàm auriculæ, ut auriculæ ſupervivere dicantur, & primus omnium deſinit pulſare ſiniſter ventriculus, deinde ejus auricula, demum dexter ventriculus, ultimo reliquis omnibus ceſſantibus & mortuis pulſat uſque dextra auricula, ut ultimò in dextra auricula vita remanere videatur. Et dum ſenſim emoritur cor, videre licet, poſt duas vel tres pulſationes auricularum aliquando quaſi expergefactum correſpondere & unum pulſum lentè & ægrè peragere & moliri. (c)

a) *l. 2. c. 21.* b) *l. 8. c. 1.* c) *Harvei. de mot. cord. & ſang. c. 4. vid. cent. 2. part. 46.*

LXV.

Ridicula Syncopes cauſa & curatio.

Quidam Antuerpiæ plateam Aromatariorum præteriens animi deliquio correptus fuerat, quem fortè adveniens doctiſſimus in Re Medica Jacobus Spirinc. hoc pacto curavit: Inquirens, cujus facultatis artisvè eſſet, reſponſum fuit, eundem eſſe latrinarum purgatorem. Quo audito D. Spirinc. matulam ſtercore plenam illius naribus apponi juſſit, quo facto, in promptu patiens animum recuperavit.

Guil. Magiſtry de Peſtis Curatione.

LXVI.

Quorundam in pulſu explorando negligentia.

Ut ſatis tandem invaluiſſe ſe comprobaret medicandi ſuperficialitas, molliculis quibuſdam ægrorum

rum viſitatoribus vix manum è pecunio, ſi non pecuino marſupio, voluit extractam pro pulſuum tactu: plurimis etiam non ſine animi commotione unô tantum digitô pulſatilem impetum explorantibus. Sciant non ſatis ſimplices ita differentias cognoſci, inæquales verò illas planè ſic præteriri, diligentiæque priſcæ teſtes rhythmos ſic planè negligi; motus enim hîc conferendi ſunt.

Frider. Monav. Lanc. Satur. Rer. Medic. miſcel. 4. ſegm. 35.

LXVII.

Violæ uſus.

Viola cordis tædia depellit, contracta ab aduſtâ bile, eſt enim mollis viola, & aquea: (*a*) emollit præaſſatam bilem, ac lenit ejus ferociam, & ſomnum evocat. (*b*) Syrup. violar. & capillor. vener. alas pulmonum explicant, nec expectoratum ſiccant; (*c*) potenter humectat ariditatem melancholiæ, (*d*) frenat efferam bilis vim, (*e*) folia ſicca ventrem movent, cùm humida, imò ſuccus eorum hoc parùm præſtent. (*f*) Ad maturandum abſceſſum in gutture commendatur hic ſuffitus: ℞. violar. cum fl. & radic. & chamæm. item, coq. in aqua tecto vaſe, & ſuffiatur per os. (*g*)

Heurn. Meth. a) *libr. 2. cap. 5.* b) *cap. 7.* c) *lib. 1. pag. 31.* d) *lib. 2. cap. 19.* e) *c. 18.* f) *Ep. Scholz. 124.* g) *Camerar. in Horto.*

LXVIII.

Nives Plantis utiles.

Omninò nives plantis utiliſſimæ ſunt, ſi magnæ & diu-

diutinæ ſedeant, quòd liquorem præbent purum, leviſſimumque, ſiquidem nix aquarum cœleſtium ſpuma eſt. Præterea ſenſim, non univerſim, ingurgitant, inundantque, ſed, quomodo ſititur, diſtillant, & velut ex ubere alunt omnia. Huc accedit, quod & animam evaneſcentem exhalatione includunt & comprimunt retroque agunt in vires terræ & plantarum. Ex quo apparet, qui juſſit agricolas hyemes ſerenas orare, cum contra plantas vota inſtituiſſe & hyberno pulvere lætiora farra fieri, redundantis ingenii ubertate dictum eſſe.

Zaluzan. à Zaluzaniis method. rei herbar. libr. 1. cap. 8.

LXIX.

Anſerum vetularum Hoſtis.

Eſt quidam notus homo ita infenſus anſeribus vetulis, ut clamantes cum ſumma indignatione audiat, lapidibus, laqueis, fuſtibus perſequatur, & tamen libens edat aſſas, nempe ita agens cum eis, ut feles cum muribus & Canibales cum hoſtibus. Quæſtio eſt, quæ hunc intemperies urat urentem ita anſeres? Voce utimur conſenſus, quanquam ſubtiliter eam cavilletur Scaliger & aſſenſum malit; Idem ἀντιπάθειαν nec rectè nec planè diſſenſu reddi contendit, volens contraſenſum ſignari. Sed deſipit, qui nimium ſapit.

Libav. ſingular. part. 2. p. 136.

LXX.

Lithotomi inopina mors ex vino purgante.

Superioribus diebus exemplum temeritatis in uſu

Me-

Medicinarum notavimus. Erat Lithotomus ſibi nimium quid tribuens, & ultra profeſſionem confidens. Is ſacculum purgantem ex foliis ſenæ, agarico & aliis confecit, vinumque affudit, quod ipſe biberet cum aliis duobus purgandi cauſa. Factâ noctis maceratione in aurora ipſe primus infuſi dicitur tres hauſtus bibiſſe in publico diverſorio, moxque incepiſſe vomere, & ſuperveniente ſingultu expiraſſe dimidia horà à ſumptione. Reliqui duo viſo eventu potionem damnârunt. A morte nihil viſum eſt macularum in corpore, aut quod venenum poſſet arguere: & fuit tamen in homine aliàs ſano, qui vellet purgationem phlebotomiæ præmittere, nimis violenta operatio. Quid ſi ingredientia non fuerint munda? Negligentiâ aromatariorum aliquando polluuntur araneis, murium lotio & ſimilibus. Inciſa fuiſſe perhibentur, ne poſſit ſuſpicio eſſe contuſionis in mortario arſenicato.

Hornung. Ciſt. Medic. ep. 76.

LXXI.

Aquæ frigidæ commoda.

Nullum remedium tàm in ardentibus febribus, quàm tertiana duplicatâ præſtantius eſt, quàm aquæ frigidæ largiſſimè & uſque ad ſatietatem, vel potius uſque ad vomitus rejectionem, hauſtus. *(a)* Si febris bilioſa ſit, licet exhibere frigidam aquam. Hæc enim bilis fervorem extinguit, & hujus etiam beneficio bilis evacuatur. *(b)* In doloribus colicis etiam nonnunquam frigida aqua confert. *(c)* Quæras, cur aqua, cùm in ventriculo bilioſo facilè bileſcat, nihilominus

nus febres ardentiſſimas & eryſipelata interna extinguat? quòd nimirùm aqua optima ſit ſimpliciſſima, ab omni qualitate alienâ vacua, hincque ad qualitates nullas contumax. *(d)*

a) *Joel de febrib. ſect. 2.* b) *Capivacc. Prax. l. 6. c. 33.* c) *Scholz. Ep. 148. & centur. 8. part. 69.* d) *Werner. Therapeutic. libr. poſter. ſect 6. Noxas vid. cent. 5. part. 50. & 51.*

LXXII.

Num paulatim, vel affatim bibenda.

Procurandum eſt, ut non paulatim ſumant aquam, ſed affatim, hoc eſt cum impetu. Sed dicetis: Ariſtoteles (*a*) ſcribit, Medicos conſueviſſe in febribus exhibere aquam paulatim bibendam, eo quòd hunc in modum magis humectat, quemadmodum pluvia, ſi paulatim deſcendat, magis humectat terram, quàm ſi affatim. Unde cùm in exhibitione frigidæ optetur humectatio, ratione Ariſtotel. videtur potiùs convenire, ut paulatim ſumatur, quam ut affatim. Dicendum eſt, aquam potari vel ad ſitim extinguendam, vel ad ardorem finiendum. Si ſumatur propter ſitim, vera eſt ratio Ariſtot. atque ita faciendum eſt. At ſi ſumatur propter refrigerationes, quemadmodum optatur in ardentibus, multò ſatius eſt eam ſumere affatim, & cum impetu, quam paulatim. *(b)* Si modicè bibatur, ventriculo aut toto corpore ardente incaleſcens plus calefacit, quia verò frigida & humida eſt, copioſè affatimque actu frigida pota febrim tollit & eryſipelata extinguit, itaque in acutis & diuturnis affectibus ſit medicamentoſa. (*c*)

a) *libr.*

Digitized by Google

a) *libr.1.probl.57.* b) *Mercurial. de febrib. libr.5.c.10.* c) Werner *loc. cit.*

LXXIII.

Phreneticis interdicitur aqua ſimplex.

Licet aquæ ſimplicis & communis potus Phreneticis auxilio eſſe videatur, quòd refrigeret & humectet, eum tamen interdicimus, eò, quia ſi frigidus propinetur, cruditas augeatur, concoctioni remora injiciatur, inflammatioque magis effræna reddatur: ſin tepidus, ventriculi & interiorum viſcerum robur per nimiam relaxationem conturbetur: ſin calidus, ægro faſtidium & nauſea, parvæque opis adjumentum concilietur: Adeò, ſi quam velimus phrenetico propinare aquam, crudam demus nunquam, ſed vel coctam, eamque tepidam, vel aliis ſimplicium refrigerantium additionibus & decoctionibus alteratam.

Dan. Rezer. de Phrenitid. p.11.

LXXIV.

Cruris ſtupor.

Quare pes vel crus à compreſſione vel ligatura ſtupefactum, videtur majus & gravius? Quia virtus motiva prohibitis ſpiritibus à proprio curſu eſt debilitata impotensque facta ad priſtinum munus explendum: unde illi contingit, quod bajulo debili, qui ſub parvo pondere titubat, cùm priùs validior exiſtens magnum facilè ſuſtineret.

Dom. Leon. l.3.ſ.1. c.3.

LXXV.

Arteriotomiæ commoda.

Confert arteriarum ſectio, cùm vehemens diuturnusque dolor circum membranas vim infert, qui pungenti ſimilis eſt, ob membranæ ſenſum, & qui pulſans eſt ex arteriarum motu: (*a*) in iis, qui ob intemperiem arteriarum capite dolent, ac vertigine, atq; ubi ſanguis calidus & vaporoſus dolorem facit: (*b*) in capitis dolore pituitoſo, ſi inveteratum ac contumax fuerit malum, nec valentioribus auxiliis cedat, & ſi inde periculum fuerit, nè aqua in oculos lapſa ſuffuſione cæcitatem inferat: (*c*) ac in diuturna fluxione. (*d*)

a) *Fernel. l. 2. Therap. c. 18.* b) *Holler. de morb. intern. l. 1. c. 1.* c) *Heurn. de morb. cap. l. 1. c. 9.* d) *Jacobin. in l. 9. Rhaſis c. 18.*

LXXVI.

Mors ex imprudenti arteriotomia.

Heri obiit piè Vir Clariſſimus, Nobiliſſimus ille Dominus, cujus brachium per imprudentẽ arteriotomiã peſſimè affectum diligenter adhibitis maturantibus ad ſuppurationem nullam perduci potuit; Imò verò putreſcentis ſanguinis grumoſi ſigna, color, inquam, calor, veſicæ ſe exhibuerunt. Qua de cauſa ad loci, de quo inter nos convenerat, quique digito ſe commodum offerebat, apertionem deventum eſt; in quâ apertione nullus dolor, hæmorrhagia nulla nec ſanies, ſed grumoſus ſanguis foramini facto occurrebat, idque obturabat. Triduo poſt apertionem arte-

arteria, quæ procul dubio nondum fuit conſolidata (licet eo loci cutis pridem coaluerit) ſponte ſanguinem ſpirituoſum & optimum cœpit profundere, & quidem adeò copioſè, ut magnâ cum difficultate à præſente Chirurgo ſiſti potuerit; poſtridiè, denuò bis cœpit, nec minùs copioſè, atque ita ſequentibus diebus ad vicem uſque quintam. Interim quid agendum fuerit, facilè conjicies; vires nimirùm refocillandæ, gangræna, quoad fieri potuit, arcenda, cogitandum denique de remedio extremo, uſtione videlicet arteriæ, vel ligatione per acum trajectam hæmorrhagiam intercipiente. Fuerunt, qui brachii abſciſſionem ſuaſerunt. Sed omnibus hiſce mediis brachii totius tumor maximus, arteriæ ſitus profundior, vicinarum partium læſionis metus, abſciſſionis brachii in ipſo axillæ articulo periculum obſtabant. His ergò ſic habentibus, tandem veſperi viribus exhauſtus placidè & piè vita eſt defunctus. Vocatus ego ſum in curiam, ut de chirurgi innocentia, vel culpa dicerem. Dixi quod res eſt: Imprudentia peccavit, non operâ datâ.

Schnitzer. ad Libav. in Hornung. Ciſt Medic. ep 27.

LXXVII.

Gingivarum hæmorrhagia.

Ab Arteriolæ denti ſubſtratæ dilaceratione (*a*) vehemens quoque & diuturna hæmorrhagia evenire poteſt: nam ſi gingivæ tantùm lædantur, quæ inde ſequitur, nullius ferè momenti eſt. Si arteriæ verò via aperiatur, ſanguinis illa oritur profuſio.

a) *Hoc accidit P. B. Eſsling.* 1608.

Digitized by

LXXVIII.

Polypi etymon.

Polypus, ut Galenus (*a*) docet, nomen accepit à carne ſive ventre (*b*) polypi, quam ſubſtantiæ ſuæ proprietate refert, ut idem explicat. (*c*) Etenim mollis & lubrica hæc caro eſt, id quod pendet, figuram habet rotundam, & facilè in varios colores mutatur, polypi modo, nunc albus, nunc cineritius, nunc lividus, nunc rubeus apparet, (*d*) pro naturâ humorum, è quibus gignitur. Et, quod Paulus (*e*) addit, ſicut polypus ſcirrhis vel pedibus ſuis venatorum manus prehendit: ita hæc excreſcentia radiculis tanquam pediculis pluribus (*f*) ſeſe in naribus affigit. (*g*)

a) *Galen. l. 2. m. m.* c) *l. 3. de comp. med. ſ. l. c. 3.* b. d) *Rondel. meth. cur. morb. l. 1. c. 64.* e) *l. 6. c. 25.* f) *Hoc luculenter vidi in puero 12. annorum.* g) *Senn. Prax. libr. 1. part. 3. ſect. 4. c. 3.*

LXXIX.

Meatus in corporibus viventibus patentiores, quàm in mortuis.

Fruſtulum radicis apii incoctæ juſculo emictum eſt apud Julium Alexandrinum; & fruſtum fungi maſticatum parùm cum urinâ rejectum apud Nicolaum Florentinum. (*a*) D. Martinus Medicus Regius cùm acidulas Spadenſes biberet, ſemine aniſi condito ſimul ad flatus diſcutiendos utebatur. Cæterùm aqua illa acida ſemen aniſi integrum, per venas meſaraicas, hepar, emulgentes & renes ad veſicam uſque ſecum ducebat: ita quidem, ut ipſum ſemen aniſi

niſi unà cum urina excerneretur. *(b)* Quidam expurgato prius corpore, cancros noſtrates ſive gammaros contuſos, grana item alkekengi contuſa ex vino albo ſumſit; His urina ita commota fuit, ut acini granorum alkekengi unà cum urinâ maxima cum admiratione adſtantium excernerentur. (*c*)Clauſtrarius quidam juvenis calculum ipſe ſibi extraxit, in cujus medietate clavicula tenaciſſimè impacta reperta fuit. Hujus rei novitate commoti ac convocati Medici diligenter inquiſiverunt, quomodo clavicula per tot anguſtos meatus ad veſicam pervenerit. Cùm enim Clauſtrarius eſſet, omnium fuit ſententia, claviculam aliquando per imprudentiam ab ipſo fuiſſe deglutitam. Hinc patet, meatus in viventibus corporibus longe patentiores eſſe, quàm in mortuis.

a) *Höchſtett. obſ. med. dec. 3. caſ. 4. ſchol.* b) *Petr. Pigray de acid. Spad. libr. 10. cap. 20.* c) *Fabric. Hild. centur. 3. obſervat. 72.* d) *I. Matthai Obſ. Medic. quaſt. annex. caſ. 1.*

LXXX.

Chirurgo in V. S. notanda.

Sit pars, quæ inciditur, prona, & in hanc facilis, directusque ſanguinis curſus ex corporis eâ ſede, quam plurimum exinanire proponimus. Artus quoque confricentur, dum incaleſcant, & proximè ſupraque eum locum, in quem ſcalpellum adigetur, arctius vinciatur, ut ſanguine prolecto vena tumentior in conſpectum ſe det. Infra etiam illigetur, cùm tremula, inconſtansque vena ad ſcalpelli quemvis impulſum ſubterfugit, aut è ſede ſua diſſilit. Con-

ſtat &, quòd, quibus denſa & ſqualida cutis eſt, & quibus anguſtæ venæ, aut in altum demerſæ, multa carne vel adipe obductæ, iis multò arctius vinculum injici debet, quam quibus diverſa eſt conſtitutio. (*a*) Si æger languet, aut Syncopes metus ineſt, (*b*) ſe proſternat in dorſum; partibus cunctis ritè compoſitis ad æquabilitatem; ita enim ſpiritus facilè viam affectant ad partes exhauſtas, ac à principibus partibus profecti facilè influunt; & viſcera in dorſum verſa ſedendo quaſi quiete mulcētur. (*c*) Ut vena in iis, qui carnoſiores ſunt, ac latentes venas habent, & propterea non tàm commodè ac certò pertunditur, commodè ſemper dividi poſſit, inſpergitur utiliter, ubi ſemel & primùm pertuſa eſt, ac ferè coaluit, abraſâ cruſtâ, parum pulveris illius fuliginis, quem vulgò Kynroit nominant, ac infricatur. Sic remanet litura cærulea, eo in loco, in quo diviſa fuit, quæ nunquam evaneſcit. Ea infrictione fit levis morſus, quo tamen nihil præterea incommodi conciliatur. (*d*)

a) *Fuchſ. Inſt. l. 2. ſect. 5. c. 9.* b) *Fernel. meth. med. l. 2. c. 15.* c) *Heurn. meth. ad prax. l. 3. c. 9. p. 423.* d) *Rein. Solenand. ſect. 5. conſ. 15. vid. cent. 6. part. 28. & centur. 10. part. 49.*

LXXXI.

A Venæſectione dormire licet.

Duabus à cibo poſt ſanguinem miſſum ſumpto horis, aut etiam minus, nihil vetat obdormiſcere, modò aſſidentes proſpiciant, nè vel laborans in brachium cæſum ſe devolvat, vel vinculum diſſolvat, quo

Digitized by Google

quo ſanguis dimanet, vel aliud ſibi incommodum ferat.

Fuchſ. l. c. c. 12. Fernel. l. c. cap. 16.

LXXXII.

Morſus hominis periculoſus.

Morſus ab homine eſt periculoſus, in quo ſputum tantopere agitatur, ut ſpumæ reddatur ſimile & acrimoniam ac venenoſitatem quandam ob bilis, quæ commovetur, quæque tyrannus, ebullitionem, acquirit; tale ſputum, quoniam virulentiam quandam habet, inſinuat ſeſe vulneribus dentibus factis, ad partes defertur corporis circumſtantes, quod ſi illæ nervoſæ fuerint, tùm ob venenoſitatem & humoris acrimoniam ſtimulantur, ac ad ſpaſmum, motus convulſivos efficiendum irritantur; Si verò venæ & arteriæ, has tranſit, deferturque ad cor, unde calor excitatur, febres ac Syncope oboriuntur. Adde quòd & non raró gangrænam & ſphacelum inducat irati morſus, quoniam caliditas illa extranea ſpiritus & calorem nativum primò debilitat, poſtea ſuperat. (a) Quidam ſecurim ſive ſicam manuariam indignabundus in alterius, cum quo diſſidium diu fovebat, hypochondrium dextrum inflixit. Quem ictum ut primùm ſauciatus animadvertit, ignarus adhuc vulneris tàm profundi, lædentem adoritur, pugnis malè tractat, ac morſum in unum digitorum infligit: ſed animi deliquio correptus à conflictu abſtinere cogitur. Sauciatus pro moribundo habetur, alter ſe ſubducit, & morſum aliquandiu negligit, ſed digitus inflammatur, inflammatio iterum negligitur, negle-

ctaingangrænam abit: gangræna præſens, quis in ſphacelum abiret, Chirurgus prohibere non potuit. Unde evenit, ut gangræna & ſphacelo latiùs ſubinde ſerpente, brachium ad cubitum uſq; ipſi abſcindi neceſſarium fuerit. *(b)*

a) *Glandorp. ſpec. Chirurg. c. 44.* b) *Fabric. Hild. cent. 1. epiſt. 79.*

LXXXIII.

Al. exempl.

Sultetus in D. in G. Anno 1602. ab homine non rabido morſus, ac læſus digitus dextri brachii medius eſt, indeque brachium dextrum gangrænâ correptum & ſphacelatum, ut abſcindi illud opotuerit. Alium in pollice dextri brachii demorſum in paralyſin brachii iſtius lateris incidiſſe vidi.

Ex obſ. propr.

LXXXIV.

Apoplexia à caſu.

A cauſa externa violenta, ut cerebri contuſione ex cauſu, poteſt accidere, etſi cerebri ſubſtãtia vulnerata minimè ſit, ut ſanguis quoq; cerebri cavitates ipſiusque ſubſtantiam, iis locis præſertim, ubi contuſa eſt, oppleat: ſicuti in taurorum ſecuri percuſſorum cerebro fieri quotidiè vident mulieres, quando cerebrum, antequam coquatur à ſanguine grumoſo prius repurgant: unde apolexiam fieri ſubitò neceſſe eſt, niſi is per nares, aures, aliasvé partes ſeu vias vicinas, ut quoque interdum fit, ſtatim erumpat.

Plater. de funct. læſ. p. 27. Sic Nobilis Marchiens. B.

Tu-

Digitized by Google

Tubing. ſcalarum caſu caput. lapidi alliſit apoplexia poſt horas 4. mortuus. Anno 1603.

LXXXV.

Syrupus citri ebrietatem prohibet.

Syrupus de ſucco vel acetoſitate citri ſuperbibitus vino potenti & vaporoſo ebrietatem prohibet, vapores minuendo, extincto calore, qui ebrietatem efficit, & ſuâ frigiditate reprimēdo vapores ad caput aſcenſuros. Hoc remedio uſus eſt inter pocula Marchio Johannes: miſcebat enim ac diluebat aquam Syr. acetoſit. citri, ut hoc pacto compotatores falleret, qui cùm viderēt hanc mixturam referre colorem vini, putabant illum paria facere in vino. Interdum miſcebat vinum aquâ, ita, ut acciperet medietatem vini & medietatem aquæ.

Fr. Hildesheim, in ſpicileg. de aff. cerebr. fol. 83. 84.

LXXXVI.

Cur in prandio citiùs, quàm in cœnâ inebriemur.

Quia propter diuturnam inediam manè ſtomachus noxiis humoribus, quos ex vicinis partibus allicit, oppletur.

Ibid. p. 82.

LXXXVII.

Ranæ ut ſileant.

Narrant Auguſtum, ubi primum fari cœpit, in avito ſuburbano ranas clamore moleſtas ſilere juſſiſſe,

Digitized b

quæ imperio obſecutæ, non tantùm tunc obmutuerint, ſed & in poſterum. Unde ille locus non amplius tulerit ranas coaxantes. Præſagium hoc imperii fuiſſe dicas, nec à vulgari cōmuniq́ue dependere cauſa, ſed divina aliqua, ſi quid veri habet narratio. (a) Ceſſabit ranarum garrula coaxatio, ac nocturnus ululatus, & clamor pleriſq́ue ingratus ac moleſtus, ſi lacuum & fluminum ripis, ubi inhabitant, accenſa adhibeatur una lucerna, vel plures, pro loci amplitudine, & ranarum copia, quemadmodum Africanus in Geoponicis teſtatur: & nos Pariſienſi cuipiam Præſidi de illarum moleſtia conquerenti certo & optato experimento confirmavimus. (b)

a) *Libav. Batrach. libr. 1. c. 9.* b) *Mizald. centur 9. aph. 59.*

LXXXVIII.

Eclipſis Solis in ovo delineata.

Anno cIↃ IↃ XCVIII. Quarto Idus ſextiles Romæ ovum Gallina peperit in Eclipſi Solis duobus inæqualibus circulis nigris incinctum tàm dextrè ſeſe tegentibus, ut alter Solem occultum, alter Lunam occulentem referret, qui etiam, ſicut Eclipſis deficiebat, aſpectum ſuum, ſitumq́ue variabant, dum prorſus unà cum Eclipſi evaneſcerent.

Bernh. Chriſtoph. Bitterlin. de Vnguent. Magnetic. par. 1. th. 6.

LXXXIX.

Dolor Medici ſuſtentaculum.

Dolor unus & omnis ſalutare eſt DEI flagellum,

Me-

Medici Suſtentaculum. Quid enim dolore crudelius? Quid horribilius? Quid cordato quoque gravique viro intolerabilius? Triſtiſſima ſanè res eſt dolor omnis, aſpera, amara, inimica naturæ, ad patiendum tolerandumq; difficilis. Quid? quod imminentis quoque doloris expectatio ſaltem non paucos facit formidoloſos, inconſtantes, perfidos. Quod ſi quidquam, vel ſola doloris mitigatio, ſed accelerata, Medicum commendat, & amabilitatem juxta gravitatemque conciliat. Et quotusquisque eſt, qui non vel ſalſè rideret (tanta enim quorundam eſt protervia) vel poſthaberet, vel ſaltem ſegnius medicam imploraret opem ægrotus, niſi dolor excruciaret? (*a*) Ut non indigna Viro tanto ſit illa Plateri aſſertio: Medicum nihil laude dignum præſtare ſine Laudano. (*b*)

I. E. Cellius Medic. dolor. conſid. a) *pag. 1. & 2.* b) *63.*

XC.

Circa Narcoticorum uſum Cautiones.

Tria in Narcoticorum uſu religioſè obſervare debemus: primò, ut ſenſus tactus hebeſcat: ſecundò, ut narcoticum nihil noxæ aut injuriæ relinquat in parte ab ejus uſu: quare poſtea calidis fovemus partē: tertiò, ut affectui conferat. (*a*) Circa narcoticorum uſum tùm in hoc, tùm in aliis morbis, in quibus uſurpanda, monendum, ut cùm iis opus eſt, adhibeantur, dum vires adhuc conſtant. Nam ſi viribus jam proſtratis, & ubi ferè morti vicinus eſt æger, uſurpentur, non ſolùm non proſunt, ſed ægro etiam interitum accelerant, & cum ſenſu vitam auferunt,

dum

dum ſpiritus jam antea languentes aut deficientes ſopiunt quaſi, & calori nativo obſunt. *(b)* Et cavendum, ne illis regionibus corporis, in quibus principes partes continentur, ut cerebrum, cor, hepar & teſticuli, admoveantur. *(c)* Diutius admota calorem partium extinguunt, nervosque reſolvunt, unaque motum & ſenſum adimunt. *(d)* Quando verò ab iis abſtinendum, tribus conſequemur indiciis. Primum eſt, cùm æger in parte affecta tantùm caloris, punctionis & doloris non ſentit, quantum antea: Secundum, cùm ad tactus judicium pars apparet tepidior, quam eſſet prius: Tertium, cum calor rubeus & citreus paulatim liveſcere & nigreſcere incipit: tùm demum à narcoticis erit abſtinendum. (*e*)

a) *Heürn. meth. ad Pr. l. 3. c. 13. p. 443.* b) *Sennert. Prax. l. 3. quæſt. 2. ſect. 2. c. 2. & 7.* c) *Joël. tom. 6. c. de Narcotic.* d) *Rhenodæus Pharmac. l. 3. c. 13.* e) *Paræus libr. 6. Chirurg. c. 13.*

XCI.

Aureorum annulorum Ius Medicis conceſſum.

Medicos excellentes Cæſaribus & Principibus chariſſimos, Magnatibus plebique univerſæ acceptatiſſimos fuiſſe legimus. Quâ ſanè occaſione evenit, ut cùm aureorum annulorum jus apud veteres Romanos nemini præter Senatores atque Equites permiſſum eſſet; ab Auguſto, cum vitæ periculo ægrotante, verùm ab Antonio Muſa artis dexteritate reſtituto, eorundem annulorum uſus Medicis conceſſus fuerit, ut ex Dione refert Cæl. Rhodiginus. *(a)*

a) *lect. antiq. l. 6. c. 12. Zvving. Theatr. vol. 10. p. 2496*

Digitized by Google

Camer. hor. ſuccisiv. centur. 1. cap. 4. Manlius pag. 747. Capivacc. de lue Gall. H. Rubeus de deſtill. pag. 52. Ruland. præf. de therm. Döring. de Medicin. & Medic. ſect. 1. c. 4.

XCII.

Corporis humani pondus.

Certum pondus requiri in partibus corporis humani planum eſt, cùm eo non ritè ordinato, neque ſtare, neque moveri rectè potuiſſemus. Stantis autem totũ corpus in æquilibrio eſt, etſi caput aliquantulum antrorſum & in pronum inclinare videatur. Quod ut magis intelligatur, ponenda eſt linea perpendicularis, per medium corporis tranſiens, quæ linea directionis ſive perpendiculi vocatur: ab hac lineâ membra proportionaliter diſtare debent, ut fiat æquilibrium. Solitariæ partes ad hanc lineam appenſæ ſunt: ne illius, cui magis ſe applicaſſent, lateris pondus augeant: In medio autem motus non fit. Geminæ verò utrinque æqualiter à lineâ directionis diſtant, ut artus. Centrum gravitatis totius corporis ita exactè inveniri nõ poteſt, ſicut in corporibus æqualis craſſitiei. Videtur autem eſſe in linea perpendiculi. Quòd ſi alio modo corpus ſitum eſt, etſi non ſemper æqualiter diſtent membra, æqualiter tamen ponderant utrinque. Sic ſemper linea perpendiculi per medium membrorum tranſit. Unde proni aut ſupini medias partes in contrarium curvamus, aut præſuppoſito pede ſuffulcimus: Currentes verò in pronum procumbimus, ut quaſi trahantur inferiores partes, coganturque progredi, ne totum cadat. Hinc bajuli, ut onera proxima ſint lineæ directionis,

cu-

curant, dorſoque ferentes ſeſe incurvant, ne retrò trahantur. Nam quò quid magis diſtat à centro aut axe motûs, eò potentiùs movet.

I. W. Môgling. de partib. corp. hum. mathematico-Med. p. 5. & 6.

XCIII.

Architectonica membrorum in corpore humano proportio.

Semper amabilis maximè eſt architectonica & vera correſpondentia membrorum. Hîc igitur intelligo hominem ſanum, ætatis mediæ, ſexûs potioris, temperaturæ optimæ. Cujus partium proportio ſecundũ probatos authores hæc eſt. Fundamentũ proportionis omnis eſt os ſive facies, terminata à radice capillorum, ad imum uſq; mentum, ſeu pars decima totius longitudinis, quæ eſt diviſa in partes tres æquales; quippe à radice capillorum ad ſummum naſi eſt $\frac{1}{3}$, longitudo naſi tantundem, item à naſo ad imum menti. Manus à carpo ad extremum medii digiti, item longitudo à vertice ſummo ad imum naſi, ab umbilico ad çentrum habent proportionem æqualem cum facie. Craſſitudo ſive latitudo trunci maxima ad os habet proportionem duplam. Longitudo brachii ab humero ad carpum, à ſummo genu ad infimum pedis, item ab umbilico ad genu ſummum triplam. Diſtantia cubiti à corpore ſeu junctura humeri ſeſqui alteram proportionem habet ad os, & ſubduplam ad totum brachium excluſâ manu. Pes ſuperbipartientem tertias. A ſummo arteriæ aſperæ ad jugulos, item magnitudo auris, ſubtriplam.

Ab

Ab hirco ad hircum ſubſextuplam. Reliquæ Symmetriæ pleræque ex his elici poſſunt.

Id. p. 9.

XCIV.

Quidam negant eſſe animam.

Ariſtoxenus Philoſophus, ſicut à Lactantio (*a*) citatur, aſſerere auſus fuit, nullam omninò eſſe animam, etiam cum vivit in corpore; ſed ſicut in fidibus ex intentione nervorum effici concordem ſonum atque cantum, quem Muſici harmoniam vocant; ita in corporibus ex compage viſcerum, ac vigore membrorum vim ſentiendi exiſtere, quo nihil delirius dici poteſt. (*b*)

a) *l. 7. c. 13. de divino præmio.* b) *Camerar. oper. ſucciſ. c. 97.*

XCV.

Chirurgia.

Chirurgica Medicina non conſilio tantum, ſed manu corpus humanum curat. Uſque adeò miſeri ſumus, ut ungendi, ſcalpendi, urendi, ſecandi, vulnerandi, evacuandi ſimus, neque corporis particula à numeroſis periculis ſatis ſecura ſit. Unde variâ induſtriâ, variis etiam inſtrumentis opus eſt, ut his incommodis occurramus, hoſque defectus resarciamus. Præſtat autem inter has corporis humani afflictiones noſtræ imperfectionis vel potius ſupplicii memores eſſe, & hinc faciliùs vanitatis criſtas ponere: inde ad eum recurrere Medicum, cui non tantùm ægrota ſanare, ablataque reſtituere, ſed mortuos etiam excitare

tare,& in minutiſſimum pulverem diſperſos recolligere, perfacile eſt.

I. V. Andreæ de Republ. Chriſtianopol. cap. 79.

XCVI.

Apotheca.

Cùm urbs noſtra variis morbis affligeretur, magna fuit Medicorum cùm diligentia, tùm ſedulitas, & medicamentorum copia undique adhibita; ſed ſanitatis nulla data recuperatio. Id vel aëri, vel loco, vel tempori tributum: Cùm tamen civibus ferre grave eſſet, conquiſiti ſunt & alii Medici. Ii cùm & morbos & medicamina examinarent, præter admirationem nihil opis aliæ attulerunt. At Æſculapius ſenex, ut primùm acceſſit, pharmacopolium omne excuſſit. Erant ſanè pyxides ſatis ornatæ, titulis liberales, tùm medicamentorum imaginibus plenæ, color, pondus, precium, cum veris medicamentis eadem; at deguſtanti Æſculapio vitioſæ falſæque deprehenſæ. Nam ubi liberalitas promittebatur, profuſio erat; ubi parſimonia, avaritia, ubi magnanimitas, furor; ubi humanitas, abjectio; ubi veritas, opinio; ubi eruditio, loquacitas & ſimilia his diſſimilitudinibus. Tùm comprehēſus pharmacopola Medicos accuſavit, qui diſtinguere nunquam docuiſſent; hi mercatores, qui alias merces non adferrent; hi terras quæ alia & meliora non progignerent. Itaque ſubridens Æſculapius: Nunc tandem vobis conſtabit, mortales, cur tot, totieſque ægrotetis, cùm ipſam terram, matrem veſtram quid pro quo vobis ſubminiſtrare audiatis.

Id. Mytholog. Chriſtian. Manip. 3. Apol. 2.

XCVII.

XCVII.

Idea mundi.

Mutus multis verbis cœcum orabat, ſi quem fortè vidiſſet cytharœdum artis peritum commonſtraret, quòd filio ſurdo pro temporis fallimento eum adducere vellet. Cœcus haud ita dudum abs ſe conſpectum Muſicum ajebat, eique conquirendo puerum ſuum claudum offerebat. Ita properè emiſſus puer, dum urbem percurrit, in cytharœdum manibus mancum incidit, perſuadetque homini, ut ſurdi voluptatibus ſervire velit. Ita adductus Muſicus tacitis ſonis ſurdum oblectat, cœco ſe probat, & muti applauſu ſtimulatur, claudus interea tripudiat, ædesque totæ inſolito gaudio perſtrepunt. Id animadvertens homo fatuus violenter irrumpit, ac admirabilem chorum intuitus lugubribus cachinnis colophonem addidit. Non latuit id Sapientiam, quæ rei ſpectandæ accedens, cum magna voluptate omnes fabulæ perſonas contemplaretur: En vobis, inquit, Mundi abſurdi ineptique veriſſimam ideam?

Ibid. Manip. 4. Apol. 13.

XCVIII.

Gemmæ.

Tolerabilior eſſet impoſtura, niſi tanto ſumptu & gravibus impenſis fieret. Nam qui cryſtallũ ineptis & ruſticis fucis imbuunt, & ſaxa gemmarum colore tecta exponunt, nihil minus habent jactantiæ, nihil prodigalitatis minus exigunt. Sed maximis titulis opus eſt, nempe, ut gemmæ ſapientiæ, gemmæ memo-

Digitized by Google

riæ, ſoliditatis, roboris, ſanitatis, fortunarum, longævitatis, amoris, ſecuritatis &c. audiant. Hîc videas ementium turbam ſe prementem, & nummos projectos: hîc videas certamen cum nugatorũ audaciâ, credulorum ſtoliditatem: hîc videas decipientium riſum, & deceptorum confidentiam: hîc videas veri tenebras & vanitatis æſtimationem. Cæterùm cùm ſe fortè & Chriſtianus aliquis intruſiſſet, ac, numquid pietatis quoque, patientiæ, humilitatisvé gem̃as haberet, eſſet percontatus, gemmarius effuſiſſimè riſit: Et quid inepte, inquit, apud me ſaxa quæris, quæ quovis in luto reperias? Obſtupuit Chriſtianus, & ægerrimè è turba emergens: Apage mihi, ait, hanc vitream felicitatem, quæ dubiâ luce oculos perſtringit, & in ſolidam Petram impingens comminuitur.

Ibid. Manip. 2. Apol. 17.

XCIX.

Creaturarum conſideratio.

Creaturæ Homini, nobiliſſimo Dei opificio, ſubjugatæ officiorum Chriſtianorum liber ſunt, quô tàm decoris, quàm debiti ſui admonentur. Lux, cœlum, terra, aſtra, mare, animalia; atque particulariùs dies, Sol, Luna, meteora, metalla, vegetabilia, piſces, aves, pecudes, Dei characteres ſunt, quibus nos de ſua claritate, ordine, poteſtate, liberalitate, immenſitate erudit, atque ad ſe vocat, ut exemplo à creaturis capto, longè quid præclarius, & noſtrâ prærogativâ dignum præſtemus & exhibeamus. Hos ſtimulos qui non ſentit, planè ſtupet, qui nihil creaturarum obſequio

ſequio ad Dei ſequelam irritatur, planè ſtipes eſt; qui promptitudine earum non accenditur, mortuus eſt. Chriſtianus novit omnia reliqua ſibi deberi, ſe unum Deo; omniaque liberaliter in nos impenſa, ut minùs dubitaremus nos Deo reddere. Videt Deum, tangit Deum, deguſtat Deum in creaturis ſuis. Sub terræ Anatomia ſubinde cœlum ſuſpicit, & innoxia curioſitate in ſtigmata Dei paſſim inquirit. Beatus ille, qui non pecudis inſtar hortos Dei populatur, & flores flagrantiſſimos juxta ac elegantiſſimos calcat: ſed humana lingua guſtat, humanis naribus olfacit, humanis oculis intuetur, humano judicio dijudicat.
Id. Civ. Chriſtian. cap. 34.

C.

Phyſiologia.

Alter hominis velut terrenus oculus eſt Phyſices indagatio, humanæ ſagacitatis maximum argumentum, ſive veriùs, divinæ communicationis certiſſimum teſtimonium. Creaturarum enim compoſitiones reſolvere, motiones obſervare, vires inquirere, atque adeò in humani corporis uſum, ſub cœli conſenſu & conſpiratione adhibere, id cujus excellentiæ ſub hàc mortalitate ſit, dici non poteſt. Et tamen non minùs hîc, quàm alibi Mundus iniquiſſimus eſt. Solet enim vel impedire, vel turbare, vel ridere induſtrios Naturæ ſcrutatores, vel ſanè nunquam pro dignitate fovere. Multa debemus antiquitati, quæ indefeſſo labore plurima è terræ penetralibus veluti, mariſque profundo eruit, pauca admodum nobis debebit poſteritas, cui vix vetera incorrupta

relinquimus, novis inventionibus parum augemus. Omnia auri ſitis & terræ luxus contaminat, ut dubitare non poſſimus, cur Deus minus faveat. Corpora noſtra in mali exercitia & impuras functiones curantur, ut nihil miremur, cur parum Medicinæ Deus aſpiret. Chriſtianus tamen in hoc Dei ſui laboratorio deliciatur, & incompoſitos Mundi clamores ridet, & admirabili ſuperiorum cum inferioribus, divinorum cum humanis conſenſu afficitur.

Ibid.

CATA-

AO 1 1468397

Digitized by Google

CATALOGUS AUCTORUM,

Quorum Teſtimonio & Opera hîc uſi ſumus.

A.

ABoali.
Abrahamus Boxbarter.
Abrahamus Bucholtzer.
Schopfius.
Achilles Petrus Gaſſarus.
Adamus Lonicerus.
Adolphus Occo.
Adrianus Spigelius.
Ægidius d. Herthoge.
Hunnius.
Ælianus.
Æmilius Pariſanus.
Æſchylus Major.
Aëtius.
Albertus Crantzius.
Magnus.
Albucaſis.
Albumaſar.
Alciatus.
Aldus Manutius.
Alexander d. Alexandris.
Alexander Aphrodiſæus.
Benedictus.
Camerarius.
Maſſarias.
Trallianus.
Alexius Pedemontanus.
Aloyſius Bellocatus.
Mundellus.
Amatus Luſitanus.
D. Ambroſius.
Ambroſius Paræus.
Ammianus Marcellinus.
Amphion.
Andreas Baccius.
Cæſalpinus.
Gailius, I. C.
Hildebrandus.
Jociſcus.
Krebs.
Laurentius.
Libavius.
Rivinus.

Andreas Treviſius.
Veſalius.
Angelus Politianus.
Sala
Anshelmus Boëthius de Boodt.
Antonius Benivenius.
Chalmetæus.
Codrus.
Facius.
Gallus.
Gazius.
de Guevara.
Laurentinus Politianus.
Mizaldus.
Muretus.
Muſa Braſavola.
Picus.
Schneberger.
Valerius.
Antoninus Epiſcopus.
Apollonius Rhodius.
Apulejus.
Aratus.
Arculanus.
Ariſtophanes.
Ariſtoteles.
Ariſtoxenus.
Arnoldus de Villa nova.
Aſclepiades Cyprius.
Athenæus.
Aventinus.
Augurellus.
D. Auguſtinus.
Auguſtinus Juſtinianus.
Auguſtanorum Medicorum diſpenſatorium.
Aulus Gellius.
Aurelianus.
Author de Natura Rerum.
Philomelæ.
Avenzoar.
Avicenna.

B.

Balduinus Ronſæus.
Baldus Angelus Eugubinus.
Balthaſar Cunradinus.
Meiſnerus.
Schnurr.
Bartholomæus Anglicus.
Fritſchius.
Keckermann.
Merlinger.
Bembus.
Benedictus Victorius.
Benzo.
Bernhardinus Gomeſius.
D. Bernhardus.
Bernhardus Chriſtophorus Bitterlin.

Bern-

Digitized by Google

Bernhardus Deſſenius.
Gordonius.
Penotus.
Saccus.
Biblia Sacra.
Bilibaldus.
Bonfinius.
Bruno Seidelius.
Bruyerinus.
Burckardus Schönfeld.
Byrckaimer.

C.

Cæſar Baronius.
Cajus.
Campofulgus.
Carolus Cluſius.
Piſo.
Romatetus.
Caſparus Aſellius.
Bartholinus.
Bauhinus.
Hofmannus.
Schwenckfeld.
Caſtor Durantes.
Caſſius Dionyſius.
Cato.
Catullus.
Cedrenus.
Celſus Mancinius.
Chriſtophorus à Coſta.
Henricus Ayrer.
Preibiſius.
Chriſtoph. Scheiblerus.
Trithemius.
à Vega.
Wirſung.
Chronicon Urſpergenſe.
Chryſippus.
D. Chryſoſtomus.
Cicero.
Claudianus.
Cl. Galenus.
Claudius Deodatus.
Richardus.
Clavius.
Clemens Alexandrinus.
Cœlius Calcagnius.
Rhodiginus.
Columella.
Collegium Conimbricenſe.
Conradus Cellarius.
Celtes.
Dietrich.
Geſſnerus.
Steck.
Conſtantinus Cæſar.
Varolius.
Cornelius Baëſdorpius
Celſus.
Drebbel.
Gallus.
Valerius.
Cromerus.

Croneburgius
Curtius.
Cuſpinianus.
Cyprianus.
D.
Damhaudius.
Daniel Cramerus. Theol.
Heinſius.
Möglin.
Pelicanus.
Rezer.
Sennertus.
Wincler.
David Chytræus.
Herlicius.
Origanus.
Verbezius.
Democritus.
Deſiderius Eraſmus Roterod.
Dicæarchus.
Diogenes Laërtius.
Diomedes Cornarius
Dionyſius.
Dioſcorides.
Diſpenſatorium Chymicum.
Dominicus Leon.
Donatus Marcellus.
Duncanus Bornettus.
E.
Elias Jordanus.
Emanuel Stupanus.
Epicharmis.
Eraſiſtratus.
Eraſmus Rheinholdus.
Erneſtus Burggravius.
Erycius Puteanus.
Evagrius.
Eucharius Röslin.
Euclides.
Evonymus Geſneri.
Euphronius.
F.
Fabianus Hippius.
Pacius.
Fabritius Montanus.
Favorinus.
Fazellus.
Felix Bidembach.
Platerus.
Würtz.
Ferdinandus Ponzettus.
Feſtus.
Fortunius Licetus.
Franciſcus Alexander.
Hildesheim.
Joël.
Patritius. I. C.
Petrarcha.
Rueus.
Tedicæus.
Valleriola.
Valleſius.

Fran-

Franciſcus Wendler.
Fridericus Imperator.
Monavius.
Frontinus.
Fulgoſus.
Fulſteinius.
Fulvius Pacianus. I. C.
G.
Gabriel Fallopius.
Ferrara.
Gandinus.
Garcias ab Horto.
Gemiſtus Pletho.
Gemma Friſius.
Georgius Agricola.
Aichler.
Amvvald.
Buchananus.
Combachius.
Conr. Maicclerus.
Faber.
Fabricius.
Ferrarius.
Gödelmann.
Graſeccius.
Hamberger.
Hebenſtreit.
Heniſchius.
Liebler.
Melichius.
Pictorius.
Plantius.
Georgius Schönborn.
Vivienaius.
Gilbertus Jacchæus.
Gisbertus Horſtius.
Glyca.
Gottfried Smoll.
Gradus.
D. Gregorius,
Gregorius Bartiſch.
Horſtius.
Nazianzenus.
Nymannus.
Nyſſenus.
Toloſanus.
Gualtherus Brüele.
Guido.
Guilhelmus Adolphus Scribonius.
Antonius Guerrhæus.
Fabricius.
Harvejus.
Magiſtry.
Placentinus.
Rondeletius.
Zelandinus.
Guntherus Ligurinus.
Gybertus Longolius.
H.
Habrecht.
Hadrianus Junius.
Haly Abbas.

Digitized by Google

Hamerus.
Hartmannus Bajer.
Schedel.
Helidæus Padoanus.
Helvicus Dietericus.
Henningus Scheunemannus.
Henricus Boëthius.
à Bra.
Buntingus.
Decimator.
Ellenberger.
Garetius.
ab Heer.
Kormannus.
Meibomius.
Montuus.
Petræus.
Ranzovius.
Schickardus.
Heraclitus.
Herculanus Blonck.
Hercules Saxonia.
Hermannus Lignarius.
Hermes Trismegiſtus.
Hermolaus Barbarus.
Hernbornius.
Herodotus.
Heſiodus.
D. Hieronymus.
Hieronymus Capivaccius.
Hieronymus Cardanus.
Donzellinus.
Elverus.
Fabricius ab Aquapendente.
Fracaſtorius.
Mercurialis.
Montaltus.
Nymannus.
Reiſſnerus.
Rubeus.
Tragus.
Hippocrates.
Hippon.
Homerus.
Horatius.
Horatius Augenius.
Hugo Senenſis.

I.

Jacchinus.
Jacobus Auguſtus Thuanus.
Carpenſis.
Curio Hofeminianus.
Dalechampius.
Herrenſchmid.
Hollerius.
Horſtius.
Manlius.
Menochius.
Müllerus.

Jaco-

Jacobus Pontanus.
Rick ab Aroweyler.
Ruellius.
Ruff.
Scheckius.
Sylvius.
Vogel.
Zvvingerus.
Janus Douſa.
Jaſon Pratenſis.
Ziricæus.
Joachimus Camerarius.
Cluten. I. C.
Curæus.
Joannes Actuarius.
AdamusGlotſeiſius.
Agricola.
Albertus Wimpinæus.
Anglicus.
Antonius Menavius.
Anton. Sarracenus.
Arcularius.
Armbruſter.
Aſſuerus Ambſingius.
Audoënus.
Baptiſta Codronchius.
d. Porta.
Sylvaticus.
Johann. Baptiſt. Zapata.
Bauhinus.
Beguinus.
Bickerus.
Bodinus.
Brentius.
Butinus.
Carolus Roſenberger.
Caſa.
Ceckius.
Chriſtophorus Beſoldus.
Conradus Rhumelius. P. & F.
de Combis.
Coſtæus.
Crato à Krafftheim.
Dalechampius.
David Camerarius.
Dubravius.
Erhardus Cellius.
Erneſtus Burggrav.
Eſthius.
Fabricius.
Fernelius.
Fienus.
Fiſchardus. I. C.
Fragoſus.
Franciſcus Picus.
Franciſcus Ulmus.
Froiſſardus.

Car-

Johannes Garcæus.
Gartnerus.
Gerhardus.
Georgius Brengger.
Swalbacius.
Gigas.
Guintherius Andernacus.
Hartmannus.
Hayus.
Heniſchius.
Hieronymus Pulverinus.
Hildebrand.
Hornungus.
Hucherus.
Hugo Lindſcottus.
Jacobus Weckerus.
Krafft.
Jeſſenius à Jeſſen.
Jonſtonus.
Kentmannus.
Kepplerus.
Kiefferus.
Langius.
Laurentius.
Leunclavius.
Liebaultius.
Ludovicus de la cerda.
Hawenreiter.
Vives.

Johannes Magirus.
Manardus.
Manlius.
Marquardus.
Mathæus.
Michelius.
Morhardus.
Neander.
Neſterus.
Nicolaus Stupanus.
Oberndorfer.
Olpius.
Oporinus.
Philipp. Brendelius.
Poppius.
Poſthius.
Raicus.
Remmelinus.
Rhenodæus.
Riolanus.
Rudolphus Saltzmann.
Sambucus.
Scheinerus.
Schenckius.
Schwaab.
Sennertus.
Sichardus I. C.
Sleidanus.
Sperlingius.
Sporiſchius.
Stengelius.

Jo-

Digitized by Google

Johannes Stephanus Strobelberger.
Theodorus Shönlinus.
Thomas Freygius.
Trithemius.
Valentinus Andreæ.
Vincentius Finck.
Viſcerus.
Wanckelius.
Weckerus.
Wierius.
Wittichius.
Wolfgangus Möglin.
Wolfius.
Job Fincelius.
Jodocus Wilichius.
Joſephus Hiſtoriogr.
Joſephus de Aromatariis.
Brentius.
Langius.
Quercetanus.
Joſias Simlerus.
Joſquinius Dalhemius.
Iſidorus.
Julius Alexandrinus.
Cæſar Claudinus.
Scaliger.
Firmicus Maternus.
Palmarius Conſtantinus.
Julius Solinus.
Juſtinianus.
Juſtinus.
Juſtus Lipſius.
Juvenalis.

L.

Lactantius.
Laurentius Frieſius.
Joubertus.
Scholtzius.
Leonellus de Victoriis.
Leonhardus Botallus.
Doldius.
Fuchſius.
Hutterus.
Thurneiſer.
Leontius.
Levinus Lemnius.
Lilius Gyraldus.
Lubertus Eſthius.
Lucanus.
Lucas Byler.
Chynus.
Oſiander.
Stenglius.
Lucretius.
Ludovicus Bonaciolus.
Duretus
Gravius.
Grevinus.
von Hörnigk.
Mercatus.
Septalius.

Macro-

M.

Macrobius.
Manilius.
Marcellus Empiricus.
Marcus Banzer.
 Gattinaria.
 Regklaw.
Marſilius Ficinus.
Martialis.
Martinus Barletius.
 Biermann.
 Blochwiz.
 Cruſius
 Lutherus.
 Panſa.
 Rulandus P. & F.
 Sattler.
 Weinrichius.
Mathias Bergius.
 Berneggerus.
 Cornax.
 Glandorpius.
 Hafenreffer.
 Unzerus.
Matthæus Dreſſerus.
 Hörnigk.
 Müller.
 Villanus.
Mauritius Cordæus Rhe-
 mus.
Maurolycus.
Maximianus.
Melchior Adami.
 Sebizius.
Menander.
Michael Bapſt.
 Döringius.
 Gehler.
 Majer.
 Neander.
 Scotus.
Miechovius.
Minutius Felix.
Myrepſius.

N.

Natalis Comes.
Nathan Chytræus.
Neanthes Cyzicenus.
Nemeſianus.
Nicander.
Nicodemus Friſchlinus.
Nicolaus Barnaudus.
 Erythræus.
 Florentinus.
 Heinius.
 Jacobi.
 Joſſius.
 Perottus.
 Piſo.
 Reiſnerus I. C.
 Taurellus.

O.

Omnibonus Ferrarius.
Onuphrius Marianus.

Oppia-

Oppianus.
Orantius Fireus.
Oribaſius.
Orpheus.
Oſwaldus Berus.
Crollius.
Gabelkover.
Otho Caſſmannus.
Friſingenſis.
Melander.
Ovidius.

P.

Palladius.
Paulus.
Paulus Ægineta.
Eberus.
Macaſius.
Venetus.
Perſius.
Petrus Andreas Mathiolus.
Apianus.
Aponenſis.
Bayer.
Bellonius.
Bruheſius.
Caſtellanus.
Foreſtus.
Hiſpanus.
Joannes Faber.
Lotichius Secundus
Monavius.
Paw.
Petrus Pigray.
Salius Diverſus.
Severinus.
Philippus Camerarius.
Cominæus.
Grawerus.
Höchſtetter.
Imbſer.
Ingroſſius.
Lonerus.
Melanchthon.
Mornæus.
Müller.
Scherbius.
Schopfius.
Weberus.
Philo Hebræus.
Philoſtratus.
Phoca.
Pierius Valerius.
Pindarus.
Plato.
Plautus.
Plinius.
Plutarchus
Polichармis.
Poliæneus.
Polybius.
Polydorus Virgilius.
Pomponius Mela.
Porphyrius.
Propertius.

Pro-

Protagoras.
Prothus Caſulanus.
Ptolomæus.
Pythagoras.
Q.
Quinqueranus.
Quintilianus.
Quintiliorum Georgica.
Quintus Serenus.
R.
Raymundus Minderer.
Realdus Columbus.
Regnerus Bruitſma.
Reinerus Solenander.
Rhaſes.
Robertus Dodonæus.
Fevinus.
Vallenſis.
Rodericus à Caſtro.
Fonſeca.
Rudolphus Goglenius. P. & F.
Riepp.
Ruffinus.
S.
Sabellicus
de Sacro Boſco.
Sagittarius.
Salomon Albertus.
Saluſtius.
Samuel Hafenreffer.
Santes Ardoinus.
Saxo.
Schmid.
Schola Salernitana.
Scheurlinus.
Scribonius Largus.
Sebaſtianus Auſtrius.
Munſterus.
Stockamer.
Seneca.
Serapio.
Servius.
Sextus Cornelius Victor.
Sigfridus Presbyter.
Sigismundus Schnizer.
Sigwartus.
Simon Marius.
Portius.
Riquinus.
Simonius.
Socrates.
Solon.
Sophocles.
Sozomenus.
Speculum Saxonicum.
Statius.
Stephanus Gerlachius.
Stobæus.
Stockerus.
Strabo
Suetonius.
Suidas.
Syllanus.
Syneſius.

Thad-

T.
ThaddæusDunus.
Hagecius.
Thales Mileſius.
Terentius.
Tertullianus.
Themiſtocles.
Theobaldus ab Hogelande.
Theocritus.
Theodorus Beza.
Pulmannus.
Zwingerus.
Theomneſtus.
TheophraſtusParacelſus.
Theophylactus Simocatus.
Thevetus.
Thomas Colladonus.
Eraſtus.
Fienus.
Freygius.
Jordanus.
Platerus.
Reineſius.
Sagittarius.
Thucydides.
Tibullus.
Titus Livius.
Tobias Knobloch.
Kober.
Tandlerus.
Trogus.
Tycho Brahe.
U.
Valentinus Rulandus.
Valerius Flaccus.
Maximus.
Valeſſus d. Taranta.
Varro.
Ubertus Folieta.
Velcurio.
Venerandus Gablerus.
Victorinus Schönfeld.
Victor Trincavellius.
Vidus Antonius Scarmilion.
Virgilius.
Vitellio.
Vitruvius.
Ulpianus.
Ulyſſes Aldrovandus.
Volaterranus.
Volcherus Coiter.
W.
Wilhelmus Schickhardus.
Wolfgangus Dinheim.
Franzius.
Gabelkover.
Hildebrand.
Meürer.
Sattler.

Digitized by Google

X.
Xanthus.
Xenophon.
Z.
Zabarella.
Zacharias Paltheniuſ.
Theobaldus.
Zaluzanius à Zaluzaniis.
Zonaras.
Zoroaſter.

MEMORABILIUM MEDICINÆ ET MIRABILIUM NATURÆ Arcanorum, quæ in ſingulis Centuriis continentur.

INDEX.

Centuria I.

Particula I.

MEdicinam dari, reſolutione ex actionibus ad habitum deducitur.
2. *Idem ſenſu brutorum & ratione hominum ſtabilitur.*
3. *Idipſum ex actionum Medicarum certis cauſis eruitur.*
4. *Ex habitu, per cauſas actionum Medicarum, ad Medicinæ eſſentiam recurritur.*

MEDICINÆ primordia ex Naturæ ductu loquuntur.

5. 1. *Capræ Cretenſes, ope Dictamni, ſagittas excutientes.*
6. 2. *Hippopotamus venæ ſectionis author.*
7. 3. *Ibes Ægyptia clyſterum inventrix.*

8. 4. Ser-

Digitized by Google

8. 4. *Serpens ex fœniculo, ſenectam exuens & viſum acuens.*
9. 5. *Lacerta eſu galega, ictus viperæ lethales eludens, eâdemq́ ſpoliata, moriens.*
10. 6. *Canis ex herbâ Canariâ, vomituriens.*
11. 7. *Chelidonia ſui nominis herba, viſum pullis reddens.*
12. 8. *Capra ſpinis cataractam ſibi detrahens.*
13. 9. *Aſplene pecorum, in Creta inventum.*
14. 10. *Fons nephrocatharticus à bobus inventus.*
15. 11. *Tapſus barbatus veneni & peſtis antidotum.*
16. 12. *Aliorum quorundam brutorum ſagacitas.*
17. Ιητρε etymon.
18. *Medici etymon & arguta denominatio.*

Sanitatis varia encomia.

19. 1. *Sanitas fautrix artium, vitæ ſolatium, vigor animi & corporis bonorum.*
20. 2. *Bonorum omnium in vita primum.*
21. 3. *Omni pretioſior auro.*
22. 4. *Eccleſiæ & Reipublicæ neceſſaria.*
23. 5. *Contubernalis exoptatiſſimus.*
24. *Medicinæ origo divina.*
25. *Medicina cur hominibus à Deo data.*
26. *Medicinæ dator fictitius Apollo.*
27. *Verus Medicinæ Autor, Deus.*
28. *In Medicina, fama de Deo, eſt ſparſa gratiſſima.*
29. *Medicinæ cultores, Deus, Chriſtus, Angeli & Sancti.*
30. *Medicus omnium præſtantiſſimus.*
31. *Medicina artium digniſſima & utiliſſima.*

Digitized by Google

Medicinam omnium artium eſſe difficillimam, oſtendunt:

32. 1. *Requiſitorum ad hanc varietas, & ſubjecti nobilitas.*

33. 2. *Morborum dignoſcendorum infinitus numerus & ſpecies.*

34. 3. *Prognoſeos & Therapeias operoſa moles.*

Medicinæ præſtantiam liquidò aſſerunt.

35. 1. *Antiquitas, Autores, Divinitas, labor, vis, neceſſitas, virtus, Teſtes Sacri & Prophani.*

36. 2. *Denique ipſa rerum cognoſcendarum multitudo.*

37. *Honores Medicis olim decreti, & inter Deos relati.*

38. *Cæſarum ſtipendia Medicis data.*

39. *Sanatorum ingratitudo, & Medicorum fortuna.*

40. *Naturalis Philoſophus, elegans Medicus.*

41. *Medici veri officium eſt methodica curatio.*

42. *Medicus Naturæ ſpectator & felix imitator.*

43. *Medicus Naturæ miniſter fidelis.*

44. *Medicus verè rationalis.*

45. *Idem, ſalutis alienæ avidus, propriæ negligens.*

46. *Identidem, hominis non immemor.*

47. *Medicinæ crura & fulcimenta.*

48. *Ratio & Experientia indivulsè cohærent.*

49. *Ratio & Experientia Dogmaticorum fundamenta.*

50. *Ratio præſtat Experientiæ.*

51. *Medicinæ propudium ex Germano-Medicis.*

52. *Medicaſtrorum & Empiricorum catalogus, Medicantiumq;* καθάρματα.

53. *Mira nebulonum in Pſeudo-Medicos* μεταμόρφωσις.

54. Hi-

54. *Hiſtoria N. Gonella joculatoris.*
55. *Solis Medicaſtris hominem impune occidere licet.*
56. *Aſini (mirum!) ad lyram Medicam nati.*
57. *Lutoſorum Medicaſtrorum una fidelia, unum calcopodium.*
58. *Scita Pſeudo Medicorum cum Tragœdiarum perſonis comparatio.*
59. *Bulla, ampulla & ſeſquipedalia verba.*
60. *Medicorum turba & ex libro Medici, quare impoſterum dulcis nutricula, hominum opinio.*
61. *Torquati & ſtentorei impoſtores forenſes.*
62. *Circumforaneorum Theriaca.*
63. 2. *Impoſtorum fraus.*
64. *Hiſtoria fraudis.*
65. *Medicina & hujus profeſſorum deſpectus unde.*
66. *Lex & natura Impoſtoribus adverſa.*
67. *Quam quiſque norit artem, in hâc ſe exerceat.*
68. *Agyrta monetarii ſunt, Dei imaginem corrumpentes, ob id precioſi.*
69. *Excurſus vel digreſſus ad ὀυρόπόταs.*
70. *Spartam quam quiſque nactus, hanc ornet, non enim ſutor ultra crepidam.*
71. *Sit quavis profeſſio conſtans.*
72. *Tractant fabrilia fabri.*
73. *Homicidium irrevocabile.*
74. *Medicina ſubjectum nobiliſſimum, HOMO.*
75. *Homo naturæ miraculum.*
76. *Hominis Epitheta & Finis.*
77. *Hominis gratiâ omnia.*
78. *Homo adſpectabilium omnium præpoſitus.*
79. *Homo Opificis ſui imago, & velut alter Deus eſt.*

80. Ex Homine Dei & Natura notitia.
81. Homo præcipuum Dei opificium.
82. Artificum elegantia opera, ſed ficta.
83. Hominis vero admiranda, nec ficta, nec picta ſtructura.
84. Humani ædificii baſis & columna.
85. Magnitudo potentia & ſapientia Dei in hominis fabricâ.
86. Homo μικρόκοσμ☉.
87. Homo participium omnis generis.
88. In homine ut puncto centrali, omnium inferiorum radices, & ſuperiorum idea naſcuntur.
89. Vegetabilia, Mineralia & Metallica in homine.
90. Angelica, cœleſtis & ſublunaris Mundi partium, cum homine harmonia.
91. Microcoſmi Meteorologia.
92. Quatuor Elementa.
93. Stellæ errantes.
94. Quatuor humores & maria.
95. Plagæ cœli, venti & quatuor orbis partes.
96. Tria principia Phyſica in homine.
97. Dei omnia plena.
98. Moroſophiſtarum in Deum injuria. 1. de feneſtrato corde neglecto.
99. 2. De homine nudo & inermi.
100. 3. De fortuito ex atomis, Mundi & hominis ortu.

Centuria II.

Partic. 1. Vita Etymon.
2. Mentis Etymon.
3. Corporis humani & σώματ☉ etymon.
4. In homine unico corporis & Animæ ſtupenda.

5. Ani-

5. *Anima & Animi etymon.*
6. Ψυχὴ *undè dicta.*
7. *Animæ humanæ præſtantia.*
8. *Anima unica, operationibus in corpore varia.*
9. *Illuſtratio à luce & lumine.*
10. *Animæ facultatum ex luce & calore pictura.*
11. *Lux diurna omnibus amica.*
12. *Confidentiæ & metus mira vis.*
13. *Metus mentis & omnium ſenſuum tyrannus.*
14. *Canitiei ex metu hiſtoria I.*
15. *Ejus cauſa.*
16. *Cauſa hujus Exempla alia in militibus & nautis.*
17. *Canitiei ex metu hiſtoria II.*
18. *Hiſtoria III. & IV.*
19. *Hiſtoria V.*
20. *Metus mortis ipsâ morte acerbior.*
21. *Mors terribilis.*
22. *Ut mors non ſit formidabilis.*
23. *Tremor in periculis unde.*
24. *Conſternatio quæ citò fit, citò perit.*
25. *Timoris quædam occulta cauſa, 1. In Animalibus. 2. in hoſtium nomine.*
26. *3. In murium adſpectu vel ſenſu. 4. In felibus occultatis.*
27. *5. In venæſectionibus.*
28. *Metus præſidium. 1. per autopſiam. 2. per adhortationem.*
29. *Perſuaſio recens facilè, inveterata difficillimè eradicatur.*
30. *Oſcitatio ex imaginatione.*
31. *Imaginationis vis accidentalis.*

Digitized by Google

32. *Imaginationis gravidarum Exempla. 1. de Ovo. 2. de alapâ.*
33. *3. De moro. 4. de palati diſciſſione.*
34. *Ejusmodi ab imaginatione affectuum cauſæ naturales.*
35. *Mulieres Germanæ laborioſiores Belgis, hæ ingenioſiores.*
36. *Luna felix non omnibus fauſta.*
37. *Hydropicis plenilunium funeſtum cur.*
38. *Epilepſia cur novilunio magis exaſperetur.*
39. *An Sol feſto Paſchatos ſubſiliat.*
40. *Vox creaturarum, ô homo, accipe, redde, fuge.*
41. *Cur ſplen rideat.*
42. *Cranium infantile cur molliuſculum.*
43. *Compages artuum indiſſolubilis.*
44. *Cur decollati homines immobiles, pulli mobiles.*
45. *Crux in dorſo aurea Fati præludium.*
46. *Ultimum moriens cordis auricula.*
47. *Spirituum in homine ſympathia.*
48. *Irides Lipothymicorum ex quo.*
49. *Colorum Opthalmicorum cauſa.*
50. *Scintillæ Leonum, Leopardorum & Felium.*
51. *Sternutationis accidens in catarrho, aëris videlicet per aures ejacularia.*
52. *Sternutationis ex ſublimi adſpectu cauſa, ceſſat perfricato oculo.*
53. *Sternutationis, ſingultus & tuſſis remedium.*
54. *Ἀσφυξίας apparentis in brachio utroq; dignotio.*
55. *Ἀσφυξίας in alterutro brachio cauſa.*
56. *Exolutionis venereæ cauſa.*
57. *Malignarum febrium προφύλαξις ex alvo laxa.*
58. *Specillorum uſus & differentia. 1. Ratione ſubſtantiæ.*

59. 2. Ra-

Digitized by Google

59. 2. Ratione ætatum.
60. Vitia viſus, ut ab ocularibus corrigantur.
61. Modus videndi remota.
62. Quomodo propinqua.
63. Quomodo neque hæc, neque illa rectè cernentur.
64. Viſio abſoluta ut fiat.
65. Uno oculo nos ſemper tantùm videre.
66. Ejus aſſertionis demonſtratio.
67. Soni Harmonici animæ oblectamentum.
68. Viſio prior auditu.
69. Muſica, ſomni parens.
70. Infantium à cantu ſopor unde?
71. Surdi ut ore audiant.
72. Ejus rationes I. & II.
73. III. & IV. Ratio.
74. V. Ratio.
75. Declarationes rei & rerum dictarum. 1. à fidibus, inſtrumento obductis.
76. 2. Ab octavâ ad octavam.
77. 3. Ab uniſono ad aliud uniſonum.
78. 4. A ponderis æquali vel inæquali geſtatione, vel motu.
79. Vigiliarum cruciatus in dormiturientibus immenſi.
80. Vigiliarum noxa intima.
81. Ex Somno Animæ quies & plaga.
82. Somni & Somnii uſus.
83. Somniorum differentia 1. Somnia Divina.
84. Supernaturalia.
85. Naturalia.
86. Inter Somnia Naturalia, unde hæc tetra, illa blanda?
87. Actio diurna nocturni Somnii opifex.
88. Somniorum vis & efficacia, declarata. 1. Matris D. D. Hunnii, de columnâ Eccleſia.

89. *De eodem.*
90. *Somniorum certitudo, exemplo 2. Joan. Oporini, de horologio.*
91. *De eodem.*
92. *3. De Morte Huberi Medici Somnium.*
93. *4. Guilhelmi Neſſeni, de ſuffocatione in Aqua, Somnium.*
94. *5. I. Douſa ſomnium, de concentu Muſico mirabili.*
95. *6. D. Chriſtoph. Rhumbaum, de felici affectus ſingularis ex libro incognito curatione.*
96. *7. Matris, G. Caſtrioti Scanderbegi, Epirotarum Principis, de ſerpente Somnium.*
97. *8. Philippi Melanthonis de Euphaſiâ, ſomnium.*
98. *9. Matris, I. Caſ. Scaligeri, de ingenti flammâ, ſomniũ.*
99. *10. Exemplũ Conradi Geſsneri, de ictu ſerpentis, ſomniantis.*
100. *Doctrina Somniorum finis.*

Centuria III.

Part. 1. 2. *Herbaria Medicina origo divina.*
3. *Herbaria Medicina Autor Deus.*
4. *Natura principium creationis internum.*
5. *Stirpium generatio ex purâ terrâ, ſine ſemine.*
6. *Ejus Ratio Theologica.*
7. *Vi benedictionis æterna, alia Terra, alias plantas producit.*
8. *Priſcorum Regum in plantarum inquiſitione mirum ſtudium.*
9. *Reges herbarum cultores. Mithridates.*
10. *Lyſimachus, Gentius, & Imperatores quidam Romani.*
11. *Salomon.*
12. *Neſtor.*
13. *Reges Portugalliæ Guajacum importantes.*

14. *Alcinous Rex.*
15. *Philoſophi & Sapientes alii.*
16. *Imperatores Germani.*
17. *Studium Botanicum, vitæ Præſidium, curarum aſylum.*
18. *Idem, Animi honeſta voluptas.*
19. *Eaque myſtica.*
20. *In herbis nihil parvum, nihil contemne.*
21. *Planta omnis, Dei index.*
22. *Color herbarum oculus, odor aura cæleſtis eſt.*
23. *Hortulus naturale Muſæum, Mauſolæo ſplendidius.*
24. *Stupendum, grandem arborem, in tantâ parvitate ſeminis latere.*
25. *Gentianæ virtus divinitùs revelata.*
26. *Herbarum quarundam admirandi & propè ſtupendi effectus, ut ſunt 1. ex Balis herbâ, Draco & Thiſo occiſi, redivivi.*
27. *2. Ex herbis clauſtra omnia aperta & ferrei equorum calcei ſoluti.*
28. *Alij plantarum effectus ex ſolo contactu.*
29. *Scordij contactu cadavera præſervantur.*
30. *Radix Pæoniæ collo geſtata, Epilepſiæ reſiſtit.*
31. *Et quomodo, aliorum Exemplis docetur.*
32. *Radicis Pæoniæ vis occulta.*
33. *Pæoniæ ſignatura.*
34. *Plantago peſtis amuletum.*
35. *Echij vires Alcibidius caſu invenit.*
36. *Ruta Epilepſiæ remedium.*
37. *Pimpinella vulneraria.*
38. *Radicis coſti mira vis.*
39. *Vitis Etymon, ejus fœcunditas, flos amœniſſimus & fragrantiſſimus.*
40. *Floreſcente vite deambulatio tuta.*

41. La-

41. *Lachryma vitis vis mirabilis.*
42. *Crocus cor hominis.*
43. *Crocum inſigne thoracicum*, ἐκφόλιον.
44. *Croci nimius uſus funeſtus.*
45. *Sal Alkali dentes eburneos reddens.*
46. *Carbo quercinus Icteri lucroſum remedium.*
47. *Fraxinus ſerpentibus infenſus, calculoſis & ſpleneticis utilis.*
48. *Herba Holleri Herniis dicata.*
49. *Roſarum nobilitas.*
50. *Roſmarini vis.*
51. *Centaurium* φθόριον, αἱμάγωγον καὶ ὑδράγωγον.
52. *Lyſimachiæ herba dignitas.*
53. *Radix etiam famelicos edere prohibens.*
54. *Solanum ſomniferum hoſtes dementans.*
55. *Stratagemata ex helleboro.*
56. *Rhadix hellebori effaminata.*
57. *Stratagemata ex Glaſto herbâ.*
58. *Baſilica Genuenſium ingeniis politicè accommodata.*
59. *Mandragora pro ſtratagemate.*
60. *Mandragora hypnotica.*
61. *Mandragora humanâ formâ factitia.*
62. *Napelli immanis vis in homines. Hiſtoria I.*
63. *Hiſtoria II.*
64. *Hiſtoria III.*
65. *Hiſtoria IV.*
66. *Abſynthii etymon argutum.*
67. *Abſynthii etymon controverſum.*
68. *Abſinthii correctio.*
69. *Abſinthii virium diſcrepantia, Senam corrigit.*
70. *Succus Abſinthii atra bilis hoſtis, infantes (mirum!) à morbis præſervat cutaneis.*
71. *Vini Abſinthitis facultates & privilegia.*

72. Sa-

Digitized by Google

72. *Salis Abſinthii vires & commoda.*
73. *Tabacum ſeu Petum ſeipſum ſerens.*
74. *Tabacum Narcoticum.*
75. *Occaſio experiendi Tabacum adverſus venena.*
76. *Scabioſa apoſtematica & thoracica.*
77. *Hedera terreſtris hypnotica & diuretica.*
78. *Aqua hederæ terreſtris pleuriticum & Empyicum ſingulare.*
79. *Succus hederæ ad ocænas & Dyſenteriam divinus.*
80. *Lignum hederæ arboreæ, ad colli vitium utiliſſimum.*
81. *Hedera capitis anodinum, gummi ſtomachi.*
82. *Ariſtolochia Etymon, ejusque vires.*
83. *Ficuum facultas & vitæ inſidiæ.*
84. *Dulcedinis in Ficu cauſa, & uſus pro matrice; Tauri & ficus antipathia.*
85. *Ficuum progenies pediculi, & pediculorum ex ficubus cauſa.*
86. *Arbor ſapientiſſima quæ.*
87. *Fucus Fœminarum ex Moris, eorumq́; uſus Medicus.*
88. *Amigdalæ amaræ bibulorum præſidium, earumque antipathia.*
89. *Cotonea fœtui & ventriculo grata.*
90. *Cariophyllorum olei utilitas.*
91. *Lolii generatio & vires.*
92. *Hiſtoriæ; quibus forma plantarum in cineribus & ſalibus reſidere manifeſtantur 1. de urticis renaſcentibus.*
93. *2. De roſis redivivis.*
94. *Tria Chymicorum principia, in ligno viridi, arido & combuſto.*
95. *Mirabilia circa vegetabilia, Brumæ tempore.*
96. *Plantarum propagatio.*

97. Ex

97. Ex re herbariâ Medicinæ primordia.
98. Gaudium ex plantis, & earum ſignaturis ſolidum.
99. Votum Juſti Lipſii hortulanum.
100. Contra eos, qui negant herbarum vires.

Centuria IV.

Part. 1. Aſtu curati morbi hiſtoria II.
2. Hiſtoria III.
3. Lethargicorum & vinoſorum excitatio.
4. Tarantularum venenum Muſicâ mulcetur.
5. Mira podagræ remedia. 1. Pauperies poſt luxum.
6. 2. Carcer diuturnus.
7. Podagra cur ditiorum affectus.
8. Infantium involucrum quid præſtet.
9. Generatio piſcium mirabilis ex ſolo imbre.
10. Braſſicæ ſoboles, Eruca; papiliones; vermes; chryſalides; muſca.
11. Ex ſpumâ canis rabidi catelli.
12. Ejus rei documenta ab Experimentis, lactis caprilli, ſegetis, ſpermatis ranarum ac piſcium.
13. Spermatis ranarum in Medicina uſus.
14. Veſpertilio animal bipes & quadrupes.
15. Bufonis vis in reprimenda hæmorrhagiâ.
16. Υοσκοπία grandinum.
17. Grandinum materia.
18. Grandinum ſphærica figura.
19. Quod lepra & lues venerea hominibus, id grando ſuibus.
20. Lex de mactandis porcis.
21. Planſus ex ſue mundâ lanionis.
22. Porcini Epatis & Cerebri uſus in Medicina.
23. Galli cantus unde?

24. Cor

Digitized by Google

24. Cor gallinæ fœtum abigit.
25. Galli & Gallinæ podagricis adverſi, eorundemque decocti vires.
26. Pulli gallinacei vis in ſiſtendo ſanguine memorabilis.
27. Caro vitulorum lumbricorum pabulum, oculorum & hæmorrhoidum anodynon.
28. Aſellorum ſeu Millepedum in Aſthmate mira virtus, eorundemque præparatio.
29. Aſellorum in calculo uſus, & fracti calculi exemplum ex Aſellis.
30. Cicindella calculo veſicæ frangendo utilis.
31. Lapis bufonius venenis reſiſtit.
32. Lapidis chelidonij vires & Nativitas.
33. Cancrorum oculi, oculis, cancro & calculo appropriati.
34. Lapis Cyprinus verus & genuinus, hæmorrhagiam narium ſiſtit, & calculoſis utilis.
35. Aquilæ lapis fœtum abigit & retinet.
36. Lapis Limacius quo effectu polleat.
37. Lapis Colubrinus hydropotæ mirabilis.
38. Viperæ caput, fancium effectibus dicatum.
39. Cur Serpentes & viperæ, veris & autumni tempore, exuvias ſibi detrahant.
40. Rationes Chymicorum de Serpentum & viperarum exuviis.
41. Quâ ratione Colubri & viperæ fœda cutis vitia & Lepram ſanent.
42. Viperæ Elephantiaſeos appropriatum remedium.
43. Venenum veneno alexiterium.
44. Sales viperini hodierni contra venena tuti, experti.
45. Fimus equinus Icterum ſolvit: porcinus albos menſes ſiſtit.

46. Zi-

Digitized by Google

46. *Zibethum in Colicâ commendatum.*
47. *Moſchi virtus & excellentia, in cerebro, corde, facie, Venere.*
48. *Ambra odor, ortus, nativitas, effecta ſtupenda, & vires admirandæ.*
49. *Caphura Alexipharmacon, cordialis, diaphoretica, eſt qualitate primâ controverſa.*
50. *Caphura Alexiterium in peſte efficaciſſimum & ejus uſus.*
51. *Aqua vitæ cœlum philoſophorum.*
52. *Aqua vitæ effecta & probatio.*
53. *Aqua vitæ narcotica, tumores & inflammationes reſolvit, contuſis & ambuſtis utilis.*
54. *Spiritus vini accenſus, hydropis ex febre præludium.*
55. *Aër confertim attractus cur ſuffocet.*
56. *Aëris vis diaphoretica, ovi exemplo notata.*
57. *Aëris vis penetrans, in látere latére nequit.*
58. *Vulnerum & ulcerum curatio facilis, aut difficilis, ex aëre.*
59. *Aëris refrigerandi ratio multiplex.*
60. *Ab Auſtro καρύβαρια unde, & cur Aquilo conglaciet.*
61. *Campanarum, tonitruum, ſcuticarum ſonus & fragor unde?*
62. *Motus ignis fatui, antè & retrò unde?*
63. *Curſus vagorum luminum in aëre.*
64. *Mictio ſuſpenſorum ſpontanea unde?*
65. *Urbis capiendæ mirum ſtratagema.*
66. Ἀντιπεριστάσεως *causa, frigus.*
67. *Nix & aqua gelida calorem excitant.*
68. *Modus generationis metallorum.*
69. *Balnei Aquæ dulcis uſus.*
70. *Ferventium Aquarum ardor tantus unde?*

71. *Suc-*

71. *Succini olei effecta & cauſa.*
72. *Succini uſus externus.*
73. *Succini ad paleas trahendas impedimentum & cauſa.*
74. *Succini & Magnetis, in paleis cum ferro mixtis, trahendi poteſtas.*
75. *Orichalci ferriq́; ſcobis ſeparatio.*
76. *Lapidis heracii autor, & ejus mira vis.*
77. *Hernia Medicina ex Magnete.*
78. *Ferri ad Magnetem motus admirandus.*
79. *Calcanthi etymon: genera & probatio ex Veneris & Martis connubio.*
80. *Ferri & Cupri ſympathia.*
81. *Vitriolum album ophthalmicum.*
82. *Olei vitrioli parandi modus, ejus menſtruum incrementum & decrementum.*
83. *Olei vitrioli uſus in Medicina controverſus, & limitatus.*
84. *Olei vitrioli facultates memorabiles, intus & extra limitati.*
85. *Spiritus vitrioli & olei tartari mira antipathia.*
86. *Nitrum & vitriolum aquæ fortis æmula.*
87. *Auri ardentis admiranda vis & motus perpendicularis.*
88. *Auri potabilis & foliati vis in corpore nulla.*
89. *Auri arte facti hiſtoria.*
90. *Auri & argenti vivi mira connexio.*
91. *Mercurii perpetua mobilitas.*
92. *Argentum vivũ, cur in planitiem fuſum, non humectet.*
93. *Argenti vivi vena, quibus indiciis obſerventur.*
94. *Gallici ab hydrargyro Epileptici.*
95. *Exempla ſaltuum mirabilia. Naturale, Pyritidis Indici.*

96. *Alia artificialia. 1. Annuli ſupra carbones calefacti.*
2. panis in furno.
97. *3. Piſorum ex ollâ. 4. ovorum ad ignem.*
98. *Gypſum ſcabiei medicamen coſmeticum.*
98. *Criſtallus vertiginis hoſtis.*
100. *Saphirus anthraci & oculis ad variolas utiliſſimus.*

Centuria. V.

Part. I. Σοφία & Φιλοσοφία, quanto diſcrimine diſtent.
2. *Philoſophorum ſpeculatio manifeſto inſomnio ſimilis.*
3. *Somni generatio graphicè deſcripta.*
4. *Puerpera obitus, infante ſuperſtite, ſomnio ſervi, de ovo abjecto cortice, præfiguratur.*
5. *Somnium ſtudioſi de ovo, aureum & argenteum.*
6. *Lazarus vitri-verus guſtu carens.*
7. *Mulieres cur viris loquaciores.*
8. *Serpentes & Urſa Fœminas quam viros citius inſectantur & necant.*
9. *Cerva cornigera Regi Galliarum augurium uxorium.*
10. *Caput, quod noſtri, primum in partu initium capiat, dictum.*
11. *De vertice humano & ejus oſſiculo, varia notatu digna.*
12. *Cerebri humani moles & pondus unde.*
13. *Memoriæ encomium.*
14. *Admonitio ad memoriæ cultores.*
15. *Pueri tenaciorem cur habeant memoriam, quam Senes.*
16. *Panicus terror à Melancholia eſt, & quomodo.*
17. *Jugulum vulneratum citò jugulat.*
18. *Ex vulnere in collo, guſtus & vocis amiſſio.*

19. Pul-

19. *Pulſus arteriæ in unâ horâ quot.*
20. *Cor animæ prima radix & primum vivens, ab Ovo, cui gallina incubat, eruitur.*
21. *Ex quâ parte ovi pullus fiat.*
22. *Vola manus ſuppurationem promovet, & cruditatibus medetur.*
23. *Sanguis & jecur humanum abominanda Medicina.*
24. *Genu etymon, ſupplicum & reverentiæ nota, cur Judæis in crure frangi ſolitum?*
25. *Arthritis inveterata torturâ ſanata.*
26. *Podagricus inſperato nuncio, curatus.*
27. *Mira Podagræ curatio.*
28. *Cauſa miré curata podagra.*
29. *Urſus in pedes Podagricum projiciens.*
30. *Paralyſeos extraordinaria cura ex igne ac irâ.*
31. *Ira & furor contracti ſalus.*
32. *Oleum & aqua fimi humani quid poſſint.*
33. *Linguæ paralyſis, à venâ frontis, caſu ruptâ, ſoluta.*
34. *Urſis, hebetudine oculorum laborantibus, ab ictu apium medela.*
35. *Cervorum naturalis Diætetice, in alvi fluxu, per æſtatem.*
36. *Fontium ſub terrâ latentium, artificioſa indago.*
37. *Mineralium vires, quot modis, Aquis communicentur.*
38. *I. Modus.*
39. *II. Modus.*
40. *Thermarum calor ex pugna contrariarum ſcaturiginum.*
41. *De Thermarum calore, alia opinio.*
42. *III. opinio.*

Digitized by Google

43. *Imbres non ſemper à vaporibus, ſed & ab Aquis ſupracœleſtibus.*
44. *Mira ſalſarum Aquarum, præ dulcibus, in ferendis oneribus proprietas.*
45. *Affluxus & refluxus Maris cauſa.*
46. *Fontes è Mari ortum habent.*
47. *Fontium in altiſſimis montium jugis ſcaturientium origo.*
48. *Aquæ & Aëris circulatio ad inhibendum vacuum.*
49. *Aqua glaciei & nivis cur inſaluberrima.*
50. *Aqua egelida peſtilens.*
51. *Ex aqua frigidæ potu mortui.*
52. *Una viſio à duobus oculis qui fiat.*
53. *Specilla non per ſe, ſed à lumine concentrante viſum acuunt.*
54. *Radius reflexus fortior eſt unito.*
55. *Color cœli cæruleus eſt ab aëre & ſole.*
56. *Caloris & frigoris cauſa.*
57. *Motus caloris utriusque in nobis tutor.*
58. *Hæmodia ab acutè ſtridentibus cauſa.*
59. *Odoris & Saporis cognatio & diſcrimen.*
60. *Putrefactio & corruptio diverſa.*
61. *Qualitatum in mixtis harmonia inſignis.*
62. *Elementorum harmonia vocalis.*
63. *Aër Elementorum omnium frigidiſſimus.*
64. *Montes quidam nubibus altiores.*
65. *Virtus unita fortior, documento ſacculorum & ventriculi arctatorum.*
66. *Corpus ex cacochymiâ morboſum, rimoſa & conquaſſata navis eſt.*
67. *Fuligo interior cor ſtrangulans.*
68. *Ignis in materia craſſiore robuſtior, non putreſcit.*

69. Se-

Digitized by Google

69. *Solis adſpectus & occœcat & viſum acuit, ejus Eclipſis ut ſine noxâ ſpectetur.*
70. *Plantarum nomina, maris & fœmina, quo ſenſu habenda.*
71. *Fructus quidam eroſi vel vulnerati citius maturescunt.*
72. *Ab excisis ſtirpibus præſtantioribus deteriores ſuppullulaſcere.*
73. *Verrucariæ pulvis ad verrucas expertus.*
74. *Veronicæ vis contra ſcabiem à cervo inventa.*
75. *Conſolidæ majoris & minoris peculiaris facultas.*
76. *Corallina in vermibus necandis, princeps.*
77. *Peplus maturè ab acetariis evellendus, ne menſa noceat.*
78. *Thuia ſive Thya ſemen ut plantandum & rigandum.*
79. *Lilii convallis radix; aqua è floribus & oleum cui uſui.*
80. *Braſſica nomen, noxa & uſus controverſus.*
81. *Viſcum non à turdis, ſed à ſucci ſemine connaturali.*
82. *Sinapi Literatorum ſolatium.*
83. *Piper, Zingiber & vinum, potentia calida, non niſi ope ventriculi in actum deducuntur.*
84. *Vis opii narcotica, non à frigido eſt, ſed à ſulphure.*
85. *Muſca in Aquis ſuffocata, & ſerpentes conciſi, ut fiant redivivi.*
86. *Argenti vivi etyma cum cauſis.*
87. *Argenti vivi ſpecies.*
88. *Argenti vivi matrix; cum metallis familiaritas, maximè cum Auro.*
89. *Argenti vivi uſus noxius & innoxius.*
90. *Argentum vivum unde diaphoreticum.*
91. *Amuleti ex Mercurio, avellana vel calamo incluſo, efficacia.*

Digitized by Google

92. *Hiſtoria Mercurii in Aurum converſi.*
93. *Fulgur & Fulmen à Sulphuris & Nitri eſt prædominio.*
94. *Lapidis fulminei ortus.*
95. *Fulgur ut fiat, & cur celerius oculos, quàm tonitru aures feriat.*
96. *Finis Fulminum & effectus admirandi.*
97. *Sanguinis & Lactis pluvia non eſt naturalis, ſed his analoga.*
98. *Mira formarum ſpecies in grandine.*
99. *Pruina eſt à perurendo, quod vites, & ariſtas in nigrorem exurat.*
100. *Pulli corvorum deſerti unde nutriantur.*

Centuria VI.

Particula 1. *Methodus analytica, de naturâ & viribus Fontis acidi, ad Göppingam, oppidum in Ducatu Wirtembergenſi.*
2. *Vitrioli nomen, Natura, ſpecies, ſpiritus appetitus Magiſter.*
3. *Salis differentia & origo.*
4. *Salis facultates, in genere & ſpecie, tum ejus neceſſitas, uſus & noxa.*
5. *Etiam Sali vis quædam nutriens eſt.*
6. *Sal Epilepticos cur excitet? lipothymiæ reſiſtit, Lumbricis infenſum & dentibus amicum.*
7. *Sal vino inſperſus id depurat & cur?*
8. *Sal ſubſtantiâ compactior, ex aëre copioſiore, quàm rarior ex aquoſitate, magis crepitans.*
9. *Sal animale, vegetale & minerale.*
10. *Sal Sitis & Famis antidotum.*
11. *Nitri ſolum natale, modus & forma parandi, ejus & aliorum Minerale principium ſeminarium.*

12. Ni-

12. *Nitri origo, ſeu materia, eſt ſui multiplicativum.*
13. *Salis prunellæ præſtantia & vires in malignis febribus.*
14. *Pulveris Bombardici deſcriptio, materia, natura, motus rectus, ſonus admirandus.*
15. *Pulveris pyrij uſus internus & externus.*
16. *Pulveris pyrij inventor deteſtandus, & Bombardæ etymon.*
17. *Gemmarum ſeminale principium, & earum forma ſpecifica.*
18. *Saphiri natura & vires admirabiles.*
19. *Smaragdi viror & vires præſtantiſſimæ.*
20. *Jaſpidis rubicundi vires admirandæ.*
21. *Cur infantes ſontico malo obnoxii.*
22. *Cur Florentiæ & in Alverniâ & Provinciâ, Epilepſia plures invadat.*
23. *Terror non minus ac Ira ut bilem concitet.*
24. *Linguæ ligamentum (frænulum vocant) in Infantibus cur, quomodo & quibus divellendum?*
25. *Quid ſanguinem in phlebotomiâ propellat, & cur eundem ſyncope ſiſtat.*
26. *Error communis in aperiendâ venâ brachii, Cephalicâ & Baſilicâ.*
27. *Figurarum in venæſectione, recta, transverſa, obliqua, quis uſus, quæ ratio?*
28. *In venis brachij ſecandis, cautela notatu digna.*
29. *Dextra manus agilior ſiniſtra cur?*
30. *Mannum ex aqua calida elutio, in vermes fœcunda.*
31. *Calor noſter eget frigido, & cur piſces pulmonibus non egeant.*
32. *Strepitus & tumultus paronychia laborantibus noxius cur?*
33. *Melancholia camini parietibus, qui neq; ſcopis, neque*

Digitized by Google

que aliis inſtrumentis, abſterguntur, æquiparanda.
34. Mania caſu perrupto cranio, & aquâ effuſâ, curata.
35. Cum Phreneticis, Maniacis, propior converſatio periculoſa.
36. Phrenetici cur fortiores motu, debiliores verò ſenſu.
37. An lien curſoribus, ne obſit, exſcindi poſſit.
38. Ars juvandi eos, qui ab amputatâ linguæ portione fari nequeunt, caſu inventa.
39. Lingua per putrefactionem ad radicem uſq; corrumpitur & ſemeſtri viciſſim ſufficientem integritatem naneiſcitur, mirum!
40. Cauſa balbutiei linguæ melancholicorum.
41. Motus cerebri per ſyſtolen & diaſtolen in vulneribus capitis conſpicuus, unde & cui uſui?
42. Dentibus quis & qualis inſit ſenſus.
43. Cerebri leporis in dentitione infantium, ἀντιβαλλόμενα, cerebella alia, & Amuleta.
44. Septum transverſum cur in emortuis concavum.
45. Cur à Phtiſi & macie extinctis, abdomen potius ad partes interiores, quam laterales concidat.
46. Ut dyſenteria inteſtina; & Phtiſis contagio pulmones: ſic luis venereæ venenum jecur à proprio inficit.
47. Pili & ungues etiam Hecticis creſcunt, & quod mirum defunctis.
48. A capite velato, negata eventatione, celerior canities.
49. Canities quid & unde.
50. Tempora cur maturius caneſcant.

51. Vir

51. *Vir unde calveſcat citius, quàm fœmina, puer, Eunuchus.*

52. *Pectoris in Empyemate ſectio à milite punctim læſo, mutuatitia.*

53. *Partes multæ in homine, ſine fibris, ſola vi magnetica attrahunt, retinent, expellunt.*

54. *Humani intellectus radii, variorum animalium ſagacitatis uſufructuarii & directores.*

55. *Sympathia Aſtri ſeu balſami noſtri (microcoſmi) cum aſtris macrocoſmi.*

56. *Quæ in foliis arborum & vitium ex Auſtro, Boreâ & Aſtris: eadem in homine, ex nativi Aſtri tempeſtatibus, defloreſcentia.*

57. *Quod in foro juridico, Actor, Reus, Judex: idem in foro Medico, Morbus, Natura, Medicus.*

58. *Lunæ vis à Sole mutuatitia, in decremento & augmento, exemplo conchyliorum, Maris, Arborum, Uvarum oſtenditur.*

59. *In natura decretis (qualia ſunt Medicis dies decretorii) τὸ πῶς occultum.*

60. *Equites frigore per alpes contracti, cum ſcuto & habenis equitantes.*

61. *Vinum C.O.S. cur aſpectu, olfactu, guſtu, generoſiſſimum, gratiſſimum.*

62. *Vini Etymon.*

63. *Vinum literatis utiliſſimum, ruſticis ut λαμπρῶς vivant, ſerum & lac acidum, relinquendum.*

64. *Vini uſu, nutrice mortuâ, in lactis defectu, Infantes conſervati.*

65. *Vinum in tali caſu, non quodlibet, nec cuilibet infanti aptum.*

Digitized by Google

66. *Vini ingurgium Epatis αἱματώσει, & cerebro maximè adverſum.*

67. *Cereviſiæ recentis in dyſuria noxa & remedium.*

68. *Melicratum ὑρετικὸν, πικροχόλοις & μεγαλοσπλάγχνοις adverſum.*

69. *Hidromelitis à melicrato diſcrimen, & hujus differentiæ uſus.*

70. *Potus tepidus, vel è glacie egelidus, nervoſis partibus noxius.*

71. *Solis & Lunæ inenarrabilis celeritas.*

72. *Ventorum ex Salis, Sulphuris & Mercurii fluidi vel coagulati exhalatione, varietas & operatio.*

73. *Vis Mercurialis radicum cichorii, ad hepatis refrigerium, viribus eſſe florida, ſiccatis, vel præparatis, evanida.*

74. *Radix ignea, candelam ardentem, vel tertiùm accenſam, admota extinguens.*

75. *Tumores, quales Infantium, ambulare incipientium, ex caſu, ictu, oleo aniſi, momento detumeſcunt.*

76. *Cauterium, ex pilâ criſtallinâ, radiis expoſitâ, ſatis admirandum.*

77. *Cauterium ex Eryſimo, cum floribus recentibus contuſo, applicato, ejus eſſe & etymon.*

78. *Veſicatorium in hydrope, ex plantagine aquaticâ, felix, ob id, nihil parvum, nihil contemne.*

79. *Flores cardui Mariæ ſolo adſpectu ſtranguriæ proſunt.*

80. *Cæpa creſcens, decreſcens.*

81. *Eryngium ab una capella comeſtum, totum gregem ſiſtit.*

82. Ta-

Digitized by Google

82. Tabaci maſculi ſemina, ſatu propria, in annum proximum, famellam proferunt, ejuſdem qualitas, virtus, aſtrum.
83. Tabacum apud Belgas lucroſè auriferum.
84. Nicoſiana vis & utendi modus.
85. Nicoſiana vires admiranda, intus, foris.
86. Uſnea in Unguento armario, vi vegetabili ſpirituum & caloris, in ſtrangulatis retentorum, princeps.
87. Uſnea cranii humani, hæmorrhagia narium dicata, verùm in craniis ſuſpenſorum non reperitur.
88. Trifolium acetoſum, futuræ tempeſtatis prænuncia.
89. Trifolium odoratum virens, ſepties de die odorem habet & remittit, ſiccum perpetuò retinet.
90. Florum lupulorum vis in muſcis & lumbricis necandis, tum ad ebrietatem inducendam.
91. Xiloaloë putridam carnem ſine dolore erodit.
92. Urticæ mira facultas, foliis, ſucco, ſemine, oleo.
93. Radix Pœoniæ contra Epilepſiam, quæ & quando eruenda.
94. Sanguis columbinus vim innatam, in oculorum ſugillatis diſcutiendis, ex ſale nitro-ſulphureo accipit.
95. Columbarum uſus Medicus, controverſus.
96. Cornu Cervi, ex balſamo interno & ſale, putridis & malignis morbis aptiſſimum.
97. Cornu Cervi nihil aliud, quàm ignitos ac extinctos lateres poſſe, ab ipsâ Experientiâ, falſum.
98. Venenum Serpentum, Scorpionum ut eliciatur, præfigetur.
99. Viperarum & Serpentum ſpolia, Elephanticorum ſolatium.
100. Lacertorum genera, cum homine familiaritas, & cum colubro monomachia.

Cent. VII

Digitized by Google

Centuria VII.

Part. 1. Odorum exhalatio, perceptio & inſtrumentum: hinc deſtillationis ſeu Chymicæ artis exordia.
2. Ars deſtillandi à Natura indicata.
3. Comparatio Eryſipelatis cum Lunâ.
4. Cæci caſu curati.
5. Epilepticus caſu curatus.
6. Quartanarius amuleto ex barbapilis curatus.
7. Ex Quartana malè curata, Sanitas.
8. Hydrops potu fontis aqua curata.
9. Empiricus curans Epilepſiam.
10. Clavicula in calculo veſicæ reperta.
11. Uromantis idolum.
12. Lepida hiſtoria ruſtici, qui ex Medico ſuo urinam ſuam ſpectante rogabat, num uxor è cubiculo deciſſet.
13. Alia hiſtoria etiam lepida, de Medico, qui judicavit, ex quo loco Urina allata eſſet.
14. Corpora paſta ciboque refecta, non graviora ſunt jejunantibus & inanitis.
15. Homo obeſus levior cur macro.
16. Viſus ſenſuum præſtantiſſimus.
17. Viſus quomodo fiat.
18. Oculi Etymon.
19. An oculus natura ignea.
20. Oculi in ſublimi locati cur, cur ſpherici & gemini, & cur geminis oculis, res tamen unica videatur.
21. Oculi animi omnes affectus detegunt.
22. Oculi, animi & ſpirituum ſedes.
23. Volâ palbebris appoſitâ videamus accuratius, cur.

24. Cur

Digitized by Google

24. *Cur intenſiſſimo gelu, cæteris membris rigeſcentibus, oculi tamen frigus non ſentiant.*
25. *A repentinâ luce viſus læditur.*
26. Μύωπες & βρεσβῦται.
27. *Anguſtior quibus eſt pupilla, felicius vident.*
28. *Conſpicilla quando oculum juvent in videndo.*
29. *Viſionis finis.*
30. *Colorum ubi etymon, candidi, rubicundi, atri & viridis natura & effectus.*
31. *Colores ex lucis & opaci mixtione pendere, ſeminalis balſami, tàm in herbis, quàm in homine, effloreſcentiâ, docetur.*
32. *Lux & color illuſtratus, cum impreſſione ſpecierum, oculis inferuntur.*
33. *Ante diluvium cur homines longævi.*
34. *Studia nocturna, Phantaſia, totique cerebro cur noceant, itemque ſtudia, poſt cibum ſumtum, memoriæ.*
35. *Aëris vis ad generationem, mixtionem, mixtorumque conſervationem vel corruptionem, in ſpiritibus Animalibus, vitalibus & ipſa peſte conſpicua.*
36. *Peſtis actio varia, in climate hoc vel illo, animalium ſpeciebus & hominum individuis, unde?*
37. *Peſtem fugiens, peſte corripitur, & non affectus eâ, alios corripit.*
38. *Hiſtoria latronis, qui bis ſuſpendebatur.*
39. *Fures ſuſpenſi reviviſcentes. Hiſtoria I.*
40. *Hiſtoria II.*
41. *Gravida ſepulta peperit.*
42. *Gravida ſuſpenſa peperit.*
43. *Apoplectici, Epileptici, & ab utero ſtrangulatæ, ſerius humanda.*

44. *Apo-*

Digitized by

44. Apoplexia tres dies perdurans.
45. Peſte extincti an ocyus humandi, ambigitur.
46. Mulier, pro mortuâ tempore peſtis ſepulta, revi-
viſcens.
47. Hircus fœtidus peſtem fugare creditur.
48. Odor Hirci non propriè fœtor, ſed graveolentia eſt, gli-
res abigit.
49. Mirum peſtis abigendæ conſilium.
50. Mirabilis poteſtas antri cujusdam & lacus ipſi vici-
ni, inter Romam & Neapolim.
51. Æſtate frequens ſudor cur?
52. Supini decubitus, oculis ſurſum verſis, detrimenta.
53. Legitima forma decubitûs.
54. Aliorum de formâ decubitus opinio.
55. Vaporum è ventriculo in cerebrum, per Oeſophagum,
membranas & nervos aſcenſus.
56. Non tantum Caput & Thorax, ſed & ventriculus &
totum per palatum vacuantur.
57. Muſculorum omnium, maximè oculorum, veſicæ,
recti inteſtini, quando naturalis, quando animalis
motus.
58. Ignis Elementaris, nil niſi pars eſt Aëris calidiſſima,
δυνάμει πῦρ.
59. Virtus Solaris, generandi, vivificandi &c. à radiis,
æthereo ſpiritu vivifico prægnantibus, orta.
60. Vis radiorum ſolarium, reflexione unita, fortior eſt,
quàm diſperſa.
61. Ægrotis lintea munda ſubſterni non oportere, veſpillo-
num eſt commentum.
62. An Cygnus cantet, imprimis tùm, cùm morti eſt vi-
cinus.

63. Pha-

Digitized by Google

63. Phaſianorum caro, Magnatibus grata, ruſticis non item, eorum ornamentum naturale.
64. Ciconiarum admiranda natura bonitas & præſtantia.
65. Fidicula quibus uſui, quibus non.
66. Pavonum caro non putreſcit, mirum.
67. Avium, ut Pſittaci, Corvi, Picæ, garrulitas mira & qualis.
68. Luſcinia etymon, avium, quoad cantum, præſtantiſſima.
69. Pici ad arbores, à vermiculis perpurgandas, nati.
70. Vitulus, anſer & Apes, etiam poſt mortem, totius orbis Imperatores.
71. Hirundinum eſus, hyberna, paſtus.
72. Hirundo Epilepſiæ reſiſtit, nunquam manſueſcit.
73. Hirundo cur omnium proximè & longiſſimè à terris ſubvolet.
74. Prandiolum Eraſmianum.
75. Qui ſibi adverſum tempeſtatem conſulant piſces.
76. Piſcis adverſo flumine nat; Grus adverſo vento volat; Cervus adverſo flatu fertur; cur.
77. Quod piſces reſpirant, caſu inventum.
78. Piſces in aëre vivere (diu) nequeunt.
79. Muſcarum, in animalibus quibusdam, flagellum.
80. Cauta cerva, ſed minus, quàm Cervus aut Lepus.
81. Flante Zephyro cur canes aberrare contingit.
82. Bufonius lapis, ex Rubeta, à formicis devorata, veneni antidotum.
83. Seres vermiculi unde nutriantur, & eorum miranda metamorphoſis.
84 Ignis in ſilice, unde.
85. Sub Luna dormientes, cur capitis gravitatem incurrunt,

runt, & cur vites, noctu potiſſimum augeantur, Lilia & Roſæ dehiſcant.
86. Semen potius, quam truncati trunci, natura degeneravit.
87. Plantæ extra ſolum viventia.
88. Semina minora cur feraciora.
89. Arbores quædam ſemper virent.
90. Plantarum partes vivunt, etiam à reliquo corpore avulſæ aut amputatæ.
91. Ex fungifero lapide fungi.
92. Anatomia interna ligni buxei, ejusq́ʒ natura & facultas.
93. Aqua pulvialis cur ad incrementum ſatorum ſalubrior.
94. Lapis Calaminaris oculis dicatus.
95. Culex in oculum incidens, quomodo curandus.
96. Opio caſſidi certantis Equitis illito, Equus extinctus.
97. Malorum Citreorum dignitas.
98. Miles Gallus cum Equo ab Apibus occiſus.
99. Nux Moſchata dyſenteriæ dicata.
100. Pinguedinis à ſævo diſcrimen, ortus & congelatio.

Centuria VIII.

Part. 1. Mutatio vini in Acetum, ex Hermeticorum opinione.
2. Acetum, cur contrariarum operandi facultatum.
3. Acetum quotuplex; utrum præſtantius; contentio de qualitate Aceti, inter Galenicos & Hermeticos.
4. Acetum, per ſpiritus & Salis volatilis, quæ in vino ſunt, fixionem fieri.
5. Galeni aſſertio de generatione Aceti.
6. Qualitates Aceti apud Galenicos, controverſa.

7. Con-

7. *Controverſia deciſio.*
8. *Aceti uſus varius.* 1. *Internus.*
9. 2. *Externus.*
10. *Quibus noceat.*
11. *Acetum Roſaceum, an in omni Syncope conveniat.*
12. *Contraria eidem ſubjecto ineſſe poſſe, & quomodo?*
13. *Transmutatio Metallorum controverſa.*
14. *Negantes transmutationem ſpecierum, ſunt fatui.*
15. *Ars auri faciendi, nulli revelanda.*
16. *Species quomodo transmutentur.*
17. *Paracelſus Aurum confecit.*
18. *Artis transmutatoria autoritas.*
19. *Autores & teſtes Artis transmutatoria.*
20. *Vis caloris & facultatis naturalis animalium, in Metalla.*
21. *Aureas monetas & torques, juribus incoquere, abſurdum.*
22. *Plumbum, Argento gravius innatat.*
23. *Bismuthum, telis ſulphuratis hactenus admixtum, quid, noxium, & cur?*
24. *Coralliis ortus admirandus, differentia, uſus internus, externus.*
25. *Concha Margaritifera, admirabilis contra febres tertianas, virtus.*
26. *Magnetis ſtupendi effectus, & converſionis cauſa.*
27. *Magnes, ex aquo, quatuor Mundi regionum index.*
28. *Magnes Ferrum trahit.*
29. *Cur trahat.*
30. *Aliorum de vi tractrice opiniones.*
31. *Cur non ſemper trahat.*

32. *Scoria chalybis, carnea oculi membrana infixa, ingenioſiſſima per Magnetem, curatio.*
33. *Ferrum candens aquâ gelidâ immerſum, cur tantopere durescit, in chalybem faceſſens?*
34. *Lapidis Nephritici ſolum natale, & vires admirandæ.*
35. *Obſervationes raræ & inauditæ, de Lapide Nephritico.*
36. *Lapis Nephriticus, quâ vi polleat, ambigitur.*
37. *Lapidis Nephritici uſus internus.*
38. *An è Nive vel glacie Criſtallus generari poſſit.*
39. *Criſtallus unde lucida, & tamen terreſtris.*
40. *Criſtalli facultates inſigniores.*
41. *Vaſa Criſtallina Metallicis ſalubriora: cur?*
42. *Adamantis etymon, ejusque vires, indomita duritiei non eſt, ut hactenus creditum.*
43. *Molaris & Pyrites Aceto inebriati, tàm corpore, quàm vapore, ſcirrhum Lienis devorant, tumoribus item podagricis & convulſis utiles.*
44. *An Ægri vel Medici fiducia in curatione plus valeat.*
45. *Sibi ipſi an quis medeatur.*
46. *Sanguis non in Orichalceas pelves, ſed in ſtanneas mittendus.*
47. *Hiſtoria mirè curata Syncopes.*
48. *Exempla ſubitæ curæ.*
49. *Exemplum temerarium & infelix curati ſudoris Anglici.*
50. *Decubitus in dorſum, Panacæa Herniarum.*
51. *Empirica in Herniâ.*
52. *Hiſtoria de curatâ Podagrâ.*
53. *Topica in Podagra.*
54. *Abſtinentia à vino curavit Podagram.*

55. *Ab-*

55. Abſtinentiâ à potu, per 40. dies, Hydropicus ſanatus.
56. Ruſticus, per annum nihil bibens, ab Hydrope liberatur.
57. Cauſâ occultâ & abditâ quidam Hydrope ſolutus.
58. Experimentum in Hydrope.
59. Rhabarbari ſolum natale, elogium & vires.
60. Hydropicus uſu Rhabarbari frequenti ſanatus, ut & vulnus capitis in eodem Sene.
61. Pulli Equini vomitus, Epilepſia remedium.
62. Secretum Imperatoris Epilepticum.
63. Empirica profliganda Epilepſia.
64. Rectius poſtero die, quam hora conjunctionis Luminarium exhibetur antepilepticum.
65. Mirificum Ophtalmicum remedium, ex Nicotiana.
66. Εὐπόριστον Ἰελχόποιον.
67. Præcavendæ peſtis conſilium.
68. Rapum Geniſtæ experimentum in Peſte nobiliſſimum.
69. Colicis doloribus frigidâ Aquâ quandoque utendum.
70. Secretum Cratonis, & Empirica in Colicâ.
71. Amuleta in Colicâ.
72. Guttur Galli toſtum, quâ vi, mictionem involuntariam ſiſtat.
73. Anima Halecis Iſchuriam ſolvit, vi ſalis imbibiti, non proprietate aliâ.
74. Decoctum Abrotani cum Sale nitri, ſpecificum in Iſchuriâ.
75. Anodynum in Iſchuriâ & calculos expellens.
76. Arcanum in Iſchuriâ ex calculo, infallibile.
77. Dari remedium frangens lapidem.
78. Hydromel ſimplex, potus calculoſorum ſpecificus & appropriatus.

79. Lignum ad Renum affectiones & Urinæ incommoda.
80. Paſſeris Proglodytydis etymon, deſcriptio, præparatio, ejuſque in pellendo calculo mira vis.
81. Surditatis curatio euporiſta.
82. Surdi qui ſunt, etiam ſimul muti, cur.
83. Auditus exactior quomodo fiat.
84. Auditus cur noctu validior, quàm interdiu.
85. Cur in patenti campo, auribus humo admotis, ſtrepitum longiſſimè remotum audiamus.
86. Remedia euporiſta ex Muribus, in tuſſi valida: ſputo cruento; ſurditate, Renum & veſicæ vitiis.
87. Ranula viva Aphtarum antidoton.
88. Saccharum fiſſuris & vulnuſculis dicatum.
89. Turtur Sapientum caro, dyſenteriæ & Strabiſmi remedium.
90. Ignis igni eſt remedio.
91. Hæmorrhagia narium mira remedia.
92. Empirica in dentium dolore.
93. In diſcoloratione.
94. Aëris vis in morbis creandis & exaggerandis.
95. An ſenes poſſint rejuveneſcere.
96. Thus ventriculo & cerebro dicatum, memoriæ parens.
97. Ruſticus moriturus, cæpa & Sale vitæ reſtitutus.
98. Ros Solis, admiranda planta pulmonum affectibus dicata.
99. Limacum uſus πολύχρηστος, internus, externus.
100. Lumbricorum præparatio, & uſus.

Centuria IX.

Part. 1. Remora piſcis, ore navim ſiſtit, mirum!
2. Inquiſitio cauſæ, ob quam Echeneis moretur naves.
3. Nullam omninò cauſam naturalem inveniri, cur piſciculus tantillus navim moretur.

Digitized by Google

4. *Rondeletii opinio, de vi remoræ.*
5. *H. Fracaſtorii, de Echeneide, quomodo naves firmare poſſit, opinio, refellitur: propriaq́, Scaligeri aſſeritur.*
6. *Exclamatio & admiratio, mira vis Remoræ, remorandi naves.*
7. *Liquor piſciculi Ael puick, obſcuritati viſûs utilis, ſecretum non revelandum.*
8. *Cyprinorum ortus ſpontaneus.*
9. *Barborum piſcium carnis eſus an utilis, cùm ova, vi violenta, emeticâ & purgante polleant.*
10. *Luciorum piſcium ortus unde?*
11. *Lucii piſcis vulnus ſponte coaleſcit.*
12. *Elegans ſpectaculum, Ranæ ulciſcentis Lucii violentiam.*
13. *Lucii etymon, ejus crudelitas, tùm in alienos, tùm in ſui generis piſces.*
14. *Lucii piſcis ætas.*
15. *Anguillæ etymon, ſine parente, ſine ſexu, muſtelæ cognata, ſanitati inimica.*
16. *Cur ex cadaveribus Anguillarum, Anguillæ naſcantur.*
17. *Cur mortuæ Anguillæ non fluitent.*
18. *Cur piſces mortui Aquis innatant, vivi ad fundum ſtabulantur.*
19. *Arcanum Naturæ de Cancris.*
20. *Cancri Peruani phtiſicis utiles.*
21. *Cancri ſecundinam movent.*
22. *Lacertus diſſectus iterum coaleſcit.*
23. *Lumbricus an pellat lumbricos.*
24. *Num Rubetæ ex cineribus inſtaurari queant.*
25. *Lapis Bufonius appenſus, lumbricos abigit.*

26. *Quidam ob vermes Germanicâ linguâ loquebatur, cùm nunquam eam didiciſſet.*
27. *Bufonum præparatio, eorumq; in Peſte utilitas.*
28. *Halitus Buffonum execrabilis venenoſitatis.*
29. *Infectio per palum, quo interemptus eſt Buffo.*
30. *Intuitus Buffonius noxius.*
31. *Anhelitus felium veneficium.*
32. *Serpentis hiſtoria mira.*
33. *Vipera morſu canis mortuus.*
34. *Araneæ induſtria & maximum artificium.*
35. *Aranei venenati indeprehenſa vis.*
36. *Aranei & Batracis inimicitia.*
37. *Diſſidium inter Simiam & teſtudinem.*
38. *Simiarum elegans deſcriptio, ſpecies, genera, mores.*
39. *Simiarum venatio mira, ridicula.*
40. *Ranæ occultatæ dormiúntne, an ſint mortuæ.*
41. *Ranæ in Seripho inſula mutæ, aliò translatæ, canantur.*
42. *Secretum ad dentium caſum.*
43. *Cur Rana arborea, arbores ſcandat.*
44. *Abſtemii ut fiant.*
45. *Conſueta licet turpia, pulchra videri.*
46. *Monſtroſa Epula.*
47. *Ranarum edulium electio, præparatio, coctio.*
48. *Cur nubes purpureæ, veſpertino tempore phenomena, ſerenitatem portendant, matutino pluvias.*
49. *Roris etymon, ejus vis rodens, emacians & conſolidans.*
50. *Cerva Roris matutini avida.*
51. *Ros quid, cur ſerenitatis ſignum.*
52. *Roris farinacei deſcriptio, ejuſq; noxa.*

53. *Cera eſt ne de ſubſtantia florum, an etiam aliunde venit, ſicut mel?*
54. *Manna deſcriptio, ortus, an cum Manna Hebræorum idem?*
55. *Micâ panis melli injectâ, cur mel corrumpatur.*
56. *Mercurialis pluvia deſcriptio.*
57. *Qui fit ut homines aquas quaſi calcent & erecti incedant, licet usq; ad pectus inſiſtant.*
58. *Incrementi & exundationis Nili cauſa.*
59. *Pluvia non deſcendit ultra 10. pedes in terram.*
60. *Admirandi ſtagni in Carinthiâ deſcriptio.*
61. *Oceanus ab ortu in occaſum propenſius fertur, quàm ab occaſu in ortum.*
62. *Aqua poſtquam efferbuit, cur frigore concreſcit ocius?*
63. *Cur aqua calida ocius ad Solem refrigeratur, quàm in umbra gelidâ?*
64. *Aqua menſe Martio collecta, cur durabilior, pleuritidi & oculis dicata.*
65. *Cur aqua tepida ferventem frigefaciat.*
66. *Cur in aqua ſcyphum, ad ſumma labra pleniſſimum, centum immiſſis nummis aureis, nihil effunditur.*
67. *Aquarum ſtrepitus unde.*
68. *Carnes ſemi-elixa frigida abluta felicius: piſa ferventi aquâ abluta, infelicius elixantur, aquaq; puteana tardius molleſcunt.*
69. *Strumarum ortus controverſus.*
70. *Aqua per plumbeos canales fluentes, an ſint cauſa Dyſenteria.*
71. *Controverſia deciſio.*

72. *Caldaria plumbea, dum Sal excoquitur, cur non liqueſcant.*
73. *Lebetis ad ignem fundus, cur non caleat.*
74. *Plumbum in locis ſubterraneis augetur, ſub dio, ut gravius fiat, collocatur.*
75. *Lue Venerea curatur Menditus, univerſo corpore fimo equino obruto.*
76. *Cur fauces in acutis febribus ſæpè rubeſiant, lingua verò fuliginibus tantùm tingatur.*
77. *Cur peſtis brumali frigore ceſſet, ἐγκεφαλόνοσος vigeat.*
78. *Cur Lues Ungarica hyeme atrocior, æſtate mitior.*
79. *Luis Ungaricæ blanditia & inteſtina inſidiæ.*
80. *Peſtis eadem eundem vix corripit.*
81. *Lapidis ſeptici cum peſte comparatio.*
82. *Cherſydri cum peſte comparatio.*
83. *Acari animalculi mirabilis conſideratio.*
84. *Experientia de pediculorum ſagacitate.*
85. *Allii etymon, uſus πολύχρηστος, internus.*
86. *Externus.*
87. *Allium vaſa figulina fracta conglutinat.*
88. *Ceparum etymon, trita ad combuſtionem valent & quî.*
89. *Cur agrumina (allium, cepe) foris corpori adhibita, exulcerent, intus non.*
90. *Cepa, allium, cur vigent evulſa, germinantq́;?*
91. *Cur allia cùm exeauleſcunt, pleniùs, quàm recens edita, olent.*
92. *Cur pulegium, lirium & cepa, ſuſpenſa florent, tempore ſolſtitii.*
93. *Raphani etymon & cui uſui.*

Digitized by Google

94. Radices Indicæ, quas pappas vocant (Erdöpffel) quid; vires controverſa.
95. Quomodo plantæ virides & pulchræ ſint aſſervandæ, & exſiccandæ.
96. Herba viva foliis polypodii, admiranda planta.
97. Ἀντιπαθείας exemplum, de fragis.
98. Ambulantes in arenâ, cur celeriter progredi nequeant.
99. Apum induſtria, juſtitia, cura, munia.
100. Apum murmur unde.

Centuria X.

Part. 1. Imperitia Medicorum in medendo, pœna. Hiſtoria curarum Paracelſicarum.
2. Paracelſicus Medicus Epilepticus, curari non vult.
3. Podagra exaſperata à Paracelſo.
4. Paracelſus ex laſo oculo cæcum facit.
5. Paracelſus tormina levia vertit in Epilepſiam lethalem.
6. Alia hiſtoria Paracelſicæ curationis.
7. Paracelſi jactantia.
8. Paracelſi in Galenicos convitia, ejusque modeſtia.
9. Imperatoris D. Ferdinandi, de Paracelſo judicium.
10. Quidam ſumpto medicamento chymico, paulò pòſt expiravit.
11. Mercurius vitæ, evadit Mercurius mortis.
12. Magiſterium Perlarum corrodit ventriculum.
13. A medicamento chymico, & Medicus & ægrotus extincti.
14. Quidam ex Antimonii uſu, herniam ventriculi contraxit.
15. Antimonii uſu quidam extinctus.

Digitized by Google

16. A poto Antimonio auditus deperditus.
17. Mentis alienatio poſt ſumtum Antimonium.
18. Antimonii adpurgationes perniciosa vis.
19. Alia hiſtoria, de iis, qui Stibium ſumſerunt.
20. Infelix ſucceſſus croci metallorum.
21. Omne nimium natura bellum indixit.
22. Quando maximè ſtudiis indulgendum.
23. Conſuetudinis quanta vis.
24. Conſuetudo Tyrannus.
25. Cur facies frigus meliùs, quàm reliqua membra ferat.
26. Proditor conſuetam actionem repetit, imprudens.
27. Conſuetudinis vis mira, etiam in Animalibus.
28. Pſittacus mirè loquax.
29. Sturnus ſibi ipſi pedem luxatum reponit.
30. Charadrii avicula mira vis.
31. Sol vapores ad ſe ut trahat.
32. Naevi in unguibus quid praejudicent.
33. Annularis digiti ſiniſtrae manus praeſtantia, & quare prae caeteris auro devinciri mereatur.
34. Cuti cum ſubjectâ carne naturalis amicitia.
35. Sine cute natus.
36. Hiſtoria digiti praeciſi, & curati leviter.
37. Unâ ligaturâ ingens vulnus curatum.
38. Naſus recens deciſus, expeditè conglutinatus.
39. Nullum vulnus vel minimum contemnendum.
40. Adriani Spigelii, Anatomici incomparabilis, mors ex levi cauſa.
41. Exigua vulnera, immania ſequuta ſymptomata.
42. De puncturâ veſpae, Hiſtoria ſingularis.
43. Alapâ & pugno mortui.
44. Hiſtoria notabilis, cultri à ruſtico deglutiti, & ſectione exemti.

45. E-

Digitized by Goo

45. Ærea acus deglutita poſt. 10. annos perforato ventriculo extruditur.
46. Acus mulieris cujusdam genu, inſciè & per imprudentiam infixa, graviſſima ſymptomata intulit.
47. Conſerva vis ad oſſa fracta ferruminanda.
48. Rarum & novum compertiſſimi uſus remedium, ſpacio 24. horarum vulnera etiam nervoſarum partium conglutinans.
49. Ineptè Chirurgi venis incidendis Unguentum populneum allinunt.
50. Rarum amoris ſignum.
51. Iratis erumpere ſanguinem.
52. Ex irâ mortui.
53. Excandeſcentia in commovendis humoribus magna vis.
54. Mulier cur citò incandeſcat.
55. Effectus iræ & deſcriptio.
56. Sæpè turbari apertiſſima conſilia non videmus.
57. Conſcientia mille teſtes.
58. Cruentatio occiſi à Magiſtratu.
59. Sanguinis è venâ miſſi, judicium.
60. Olei pars ſumma cur valentiſſima, vini media; mellis infima.
61. Purgante aſſumpto, gula aut regioni ventriculi calida non ſunt applicanda.
62. Mercurius duplex; ſummum omnis corruptionis & putredinis alexipharmacum.
63. Mercurii probatio.
64. Ut Mercurius ſophiſticetur.
65. Cinguli Mercurialis infelices ſucceſſus.
66. V[illegible]vori temeritatis & inſolentiæ juſtas luunt pœnas.

Men-

Digitized by Google

Mendicantium vaframenta.

67. *1. Hiſtoria adulterini brachii.*
68. *2. de mammâ cancroſâ ementitâ, & 3. de ulcere tibia.*
69. *4. de Elephanticum ſimulante.*
70. *An tenebra ſenſu oculorum percipiantur.*
71. *Gallarum inſpectio poſt feſtum D. Michaelis, quid ſuperſtitionis habeat.*
72. *Thermarum caloris cauſa.*
73. *Quibus in locis, ignis ſubterraneus, aquas praterlabentes calefaciat.*
74. *Unde acidula ſaporem ſuum habeant.*
75. *Nota ſpirituum in aquis medicatis.*
76. *Elleboratum vinum elegans, & innoxium ἐυπόριστον optimum.*
77. *Praſtans* ἐμετικόν.
78. *Hellebori & Veratri etymon, & cur album potius quam nigrum veratrum vomitum cieat.*
79. *Ellebori albi ſuccus ſanguini venenum, carni non.*
80. *Singultûs remedia.*
81. *Experimentum ad ſingultum.*
82. *Obſtetricum erratum, in praligando umbilico infantum.*
83. *An pulmo peculiarem vim movendi habeat. Negatur.*
84. *Affirmatur.*
85. *Ulterior affirmativa aſſertio.*
86. *Pulmo cur dilatetur.*
87. *An diaphragma ſit cauſa riſûs?*
88. *Admirabilis Patris ad Filium antipathia.*
89. *Eſu radicis angelica ſylveſtris, Epilepticus factus; folia Sinovia dicata.*
90. *Aniſi vis in pueris 2. diuretica.*

91. Ex-

91. *Ex ſtrictioribus, arctioribusque infantulorum involucris, gibboſitas.*
92. *Odium inter Filicem & Arundinem unde?*
93. *Vanitas de Filicis ſemine.*
94. *Plumbum liquatum ut manu tractetur.*
95. *Elephantus, ejus genera, nomina & qualitates.*
96. *Elephantos venandi multiplex ratio.*
97. *Elephanti ſe mutuò intelligunt: aliquando loquuntur: ſcribunt.*
98. *Elephanti beneficiorum memores, gloriæ avidi, vindictæ cupidi.*
99. *Cur Elephas, quò magis eſt oneratus, eò firmiùs incedat.*
100. *Cur Elephanti maximè fugiant murem.*

Centuria XI.

Part. 1. *Vitæ humanæ miſera conditio.*
2. *Vitæ humanæ elegans deſcriptio.*
3. Πομφόλυξ ὁ ἄνθρωπος.
4. *Vita humana naviganti ſimilis.*
5. *Vita humana gladio ſimilis.*
6. *Vita humana calamitatis ergaſtulum.*
7. *Vita humana horologio ſimilis.*
8. *Vivere noſtrum quid.*
9. *Vitâ humana nihil perìculoſius.*
10. *Vita humana miſeria.*
11. *Ætatum hominis elegans deſcriptio.*
12. *Res humanæ rotæ inſtar.*
13. *Mors omnium certiſſimum.*
14. *Mortis imago nulli non horribilis.*
15. *Infantes nondum nati locuti.*
16. *Vagitus expreſſus fœtus in utero adhuc concluſi.*

17. *Plo-*

Digitized by Google

17. *Ploratûs fœtus in utero materno, Exempla.*
18. *Ejulatus in utero materno, cauſa.*
19. *Infans in uterum reverſus.*
20. *Pro fœtu ſemianimi, εὐπόριστον admirandum.*
21. *An infantes in utero matris dormiant.*
22. *Primus naſcentium planctus.*
23. *Infantes plorantes naſcuntur.*
24. *Homo omnium rerum indigus in hanc lucem prodit.*
25. *Infantes locuti.*
26. *Athys F. Regis Crœſi, mutus locutus.*
27. *Fœtus mortuus in partu, & ſemihorulæ ſpatio poſt reviviſcens.*
28. *Infantes an ſomniant.*
29. *Infantium riſus non eſt ominoſus.*
30. *Infantes ante 40. diem non ridere non eſt univerſè verum.*
31. *Riſûs vanitas.*
32. *Riſus immoderatus, omnibus vulneratis noxius, cur?*
33. *Riſus cauſa ignota.*
34. *Vaſorum Umbilicalium uſus; Umbiliique dignitas.*
35. *Vaſa Umbilicalia continuáne, an contigua.*
36. *Infantes in Utero, non animâ matris, ſed ſuâ ipſius vitâ vivere, propriasque ſuas functiones, animales & vitales, etiam in alvo maternâ exercere.*
37. *Admonitio ad Magiſtratum, de non ſepeliendis gravidis.*
38. *Liceatné Prægnanti, acuto morbo decumbenti, abortum provocare.*
39. *Negatur.*
49. *Qualiter ad lucem obverti Infans in cunis debeat, ne fiat luſcus.*
41. *Luſca nutrix, cur puerulum luſcum reddat.*

42. Pue-

Digitized by Google

42. *Pueri qui Scævola evadant.*
43. *Aqueus oculi humor poteſt reſtitui, mirum!*
44. *Humoris Aquei inſignes uſus.*
45. *Suffuſionem, ab humorum influxu in oculos, non fieri.*
46. *Suffuſionis nova cauſa.*
47. Gäl und grün vor den Augen/ *à bile.*
48. *Aqua vitæ uſus in Suffuſione non tutus.*
49. *Experimentum ad oculos aureum.*
50. *Collyrium ex ovis recenter excluſis à gallinâ.*
51. *Phyſiognomia oculorum trucium.*
52. *Inſecto in oculum involante, altero clauſo extruditur.*
53. *Gallitricum oculis illapſa educit.*
54. *Oculare polycreſtum.*
55. *Aves cur auriculis careant.*
56. *Cur aures paucis moveantur.*
57. *Aures quibusdam pro arbitrio mobiles.*
58. *Auditus viſu excellentior.*
59. *Auditus ſe interdum longiſſimè extendentis Exempla & Ratio.*
60. *Hiſtoria duorum familiarium valde memorabilis, in quâ homicida per ſomnium proditur.*
61. *Duorum hoſtium diſſenſio naturalis, & duorum amatorum συμπάθεια, etiam poſt mortem.*
62. *Senes cur ſuſpicioſi.*
63. *Senes reverendi ſunt, exemplo Antiquorum.*
64. *Elegans Senectutis paraphraſis.*
65. *Gallus gallinaceus, ut continenter & indefeſſè cantillet.*
66. *Secretum tinnitum aurium radicitus tollens, & ſurditatem curans.*

67. Fu-

Digitized by Google

67. *Fures pomorum quomodo deprehendendi.*
68. *Mirabile purgans.*
69. *Cancrorum oculi adverſus caſum.*
70. *Secretum remedium ad omnes dolores.*
71. *Vipera nutrita à muliere, ejuſdemq́; eductio è corpore.*
72. *Artium cultorum vanitates.*
73. *Argentum vivum arboribus & inſectis inimicum.*
74. *Argenti vivi Alexipharmacum.*
75. *Amuletum pro fanaticis ſecretiſſimum, humanamq́; fidem excedens.*
76. Τὴν χεῖρα καταφιλῆσαι *unde.*
77. *Nigredo Æthiopum unde.*
78. *Æthiopes cur à febre continua, licet cognatâ ſua natura moriantur.*
79. *Gravia & levia tardius in principio, velocius in fine moveantur, cur?*
80. *Facilior ſcalarum deſcenſus, quàm aſcenſus.*
81. *Ferinarum thermarum vires.*
82. *Cucumerum etymon: Acetarium ex Cucumeribus quanti habendum.*
83. *Hortulana quadam de Cucumeribus.*
84. *Saltus Viti quid?*
85. *Hiſtoria Viti ſaltus, maniæ ſpecies, in fœminâ quâdam.*
86. *Saltus Viti unde?*
87. *Puella ſaltatrices.*
88. *Obſervatio ſaltationis Viti alia.*
89. *An ſaltatio S. Viti ſit motus convulſivus.*
90. *Sternutantes ſalutantur cur?*
91. *Sternutamentum cur ſacrum.*
92. *Clangor unde in Sternutatione.*
93. *Empirica in Sternutatione.*

94. *Aeria*

Digitized by Google

94. *Aeria cur excitent appetitum.*
95. *Prognoſtica & remedium ex Muſcis.*
96. *Muſcam magis admirandam eſſe, quàm Solem.*
97 *Muſca indocilis eſt; impudens; generoſa; callida; quî.*
98. *Natura cur abhorreat à vacuo.*
99. *Inane verè eſſe inane vanumq́; commentum.*
100. *Aratrum.*

Centuria XII.

Part. 1. *Podagra laus.*
2. *Podagra cur à pedibus incipit.*
3. *Podagrici dolores, cur à principio ſæviunt.*
4. *Podagrici, aquâ perfuſi, cur dolore defunguntur.*
5. *Arthritici, aquâ nivali, vel aliâ frigidâ, adjuti.*
6. *Podagricus, pedes tritici acervo immergens, liberatur.*
7. *Podagræ remedium, ex vulgo petitum laudatiſſimum.*

Euporiſta quædam in Podagrâ.

8. 1. *Lac calidum.*
9. 2. *Panis ex hordeo.*
10. 3. *Braſſica.*
11. 4. *Radix Althea, cum axungiâ porci.* 5. *Pulmones vivorum animalium.*
12. 6. *Caro ſuillâ ſalita, cum caſeo antiquo.*
13. 7. *Spermatis ranarum aqua ſtillatitia.*
14. 8. *Radix lappa.*
9. *Lenticula aquâ, cum fl. chamomilla & hordeo.*
10. *Caules rubei, cum butyro recenti.*
11. *Sambucus cum ſale calcinatus, ol. lavandula & roſaceo.*

Digitized by Google

12. Ficus cum ſemine ſinapi, pane albo & radice lepidii.

15. *13. Panis συγκόμιςος, cum lacte, vitellis ovorum & oleo anodyno.*

Topica antipodagrica.

16. *1. Lixivium bene ſalitum.*

2. Bezoar cum melle roſaceo & aceto.

17. *Topicorum modò poſitorum improbatio.*

18. *Limitatio & prudentia, in uſu Topicorum, adhibenda.*

19. *Arthriticorum regimen.*

20. *Podagricis quare vinum nocivum?*

21. *Iſchurta mirè curata.*

22. *Hiſpani cujuſdam Medici artifitium, in deturbando calculo.*

23. Κρεοφαγίας *origo.*

24. *Herbis tantùm veſcebantur primi homines.*

25. *An carnium eſus ante diluvium fuerit inuſitatus? Neg.*

26. *An aſſæ Carnes elixis ſint humidiores? ſalubriores? & quî?*

27. *Carnes cur contundantur, antequam aſſentur.*

28. *In carnibus aſſis, caro oſſi propinquior, melior & tenerior reliquâ, cur?*

29. *Plumbum eliquationem piſcium & Carnium, cur impediat.*

30. *Ut carnes celeriter coquantur.*

31. *Porcelli roſtrum dum aſſatur, cur calet; aßati cur friget?*

32. *Caro cervina peculiare ἀντιπύρετον.*

33. *Suilla & cervina caro, clavo aneo affixa, putredinis immunes cur?*

Num

Num ſylveſtrium animalium carnes cicuratorum carnibus præſtent.
33. *Sylveſtrium animalium proprietates.*
35. *Cicuratorum animalium proprietates.*
36. *Propoſita quæſtionis deciſio.*
37. *Braſſica capitata & Caro porcina, num adeò cibi ſint noxii, ut vulgus hominum putat.*
38. *Carnis ſuillæ cum humanâ affinitas mira.*
39. *Farciminum ſanguineorum noxa.*
40. *Sus hominis ſordidi nota.*
41. *Pinguia veneno adverſantur.*
42. *Pinguia bibulorum præſidium.*
43. *Caro Gallinacea, quomodo coctu facilis fiat.*
44. *Avium carnes ut tenereſcant.*
45. *Ferinaſcere quid?*
46. *Aves an in bilem pronæ.*
47. *Num ſimplex cibus vitæ producendæ magis arrideat, quàm varius.*
48. *Num expediant menſæ ſecundæ.*
49. *Ciborum varietas, tam animo, quàm corpori nocet.*
50. *Guloſorum vanitas & caſtigatio acerrima.*
51. *Frixa ſuavia, ſed inſalubria cur?*
52. *Cur ſuper chartâ papyraceâ, ova frixa charta maneat illæſa.*
53. *Quomodo Piſces chartâ frigantur.*
54. *Ut pullus excoquatur ſine igne.*
55. *Ova non percoqui.*
56. *Quomodo ova diu à corruptelâ ſervari poſſint?*
57. *An ovum ſit plenum, vel vacuum, dignoſcere.*
58. *Ova cur mergantur Aquis.*
59. *Ovorum quæ optima.*

60. *Quare ab aſſumpto ovo ſorbili, hauſtus vini conveniat.*

61. *Ova ſuffocata quomodo parentur.*

62. *Ova an febricitantibus conveniant.*

63. *Ova quidam faſtidiunt.*

64. *Cur Ovum duobus extremis verticibus, quibus oblongâ, atq; anguſtiore ſui parte (ut polus Arcticus & Antarcticus) ſubnixum fulcitur, digitis aut complicatis palmis comminui, frangiq; nequeat, quamlibet premas.*

65. *Ruſticorum obſonium.*

66. *Contactûs magnetici & incorporei vis mira.*

67. *Ne fomes fumiget.*

68. *Carbo ad vigilias caſtrenſes aptus.*

69. *Gigantes & Pygmæi, cur plerunq; tardioris ingenii.*

70. *Colcbotaris vis in ſiſtendo ſanguine memorabilis.*

71. *Bella marina quî præſtent terreſtribus.*

72. *Aqua & olea fragrantia, quî occludi debeant, ne vis eorum pereat.*

73. *Floris Aphricani venenoſitas.*

74. *Febre ardentiſſimâ laborans, & vinum avidiſſimè expetens, quâ ratione à Medico deceptus fuerit.*

75. *Potus jucundus, pro iis, quibus vino uti non licet.*

76. 77. *Vina deceptiva.*

78. *Febricitantibus, collutionem oris ex vino generoſo, concedendam non eſſe.*

79. Hutzlenbrüe/ *quid & cui uſus.*

80. *Vinum an febricitantibus conveniat.*

81. *Quale vinum, & quando febricitantibus conveniat.*

82. *Quibus febricitantibus conveniat vinum.*

83. *Quare vini dulcis potatores non fiunt ebrii?*

84. *Quare Muſtum raro ſolet inebriare?*

85. E-

85. *Ebrietas varia.*
86. *Oleum amigdalarum dulcium non craſſeſcit, cur?*
87. *Plumbum liquefactum & oleum fervidum urentiſſima.*
88. *Cur, cùm puella fortè in ſuum amatorem incidit, rubore ſuffundatur, etiamſi aliàs maximè palleat.*
89. *Cur in eruto Romæ, Tulliæ F. Ciceronis cadavere, omnes cranii capilli fuerint incolumes.*
90. Ἑλμινταγωγὸν *ex avellanarum oleo.*
91. *Lumbricorum facilis & blanda expugnatio.*
92. *Remedium mirabile ad vermes.*
93. *Euporiſta ad vermes puerorum.*
94. *Vermis Umbilicalis definitio, ortus.*
95. *Hiſtoria vermis Umbilicalis.*
96. *Judicium de verme Umbilicali, controverſum.*
97. *Umbilici vermis cura.*
98. *Chryſopæi ſalarium.*
99. *Bufo indicibilis & inexplicabilis malignitatis.*
100. *Teſtudo.*

Centuria XIII.

Particula 1. *Suffocati in aquâ ferè, quâ ratione revocandi.*
2. *In Rhenum projecta fœmina & pro mortuis habita, reviviſcentes, cur.*
Exemplum I.
3. *II.*
4. *III. IV.*
5. *V.* 6. *An aqua immerſi ſuffocentur?*
7. *Suffocatorum aquis emerſio ſeptendialis, novendialisvé.*
8. *An ſuffocati ſint vivi, vel mortui, quomodo cognoſcatur.*

Digitized by Google

9. *Mortuus, an vivus in aquam ſubmerſus fuerit, quis, ut cognoſcatur.*
10. *Cadaver hominis, per mare vehi non poſſe nautarum commentum.*
11. *Nullum eſſe, aqua innatationẽ, Lamiarum indicium.*
12. *Corpora cur ſubmergantur.*
13. *Lignum Aloës demergitur cur?*
14. *Cur quædam ligna in aquis, non putreſcunt?*
15. *Alni etymon, lignum, cui uſui.*
16. *Cur Alnus in aquis non corrumpatur, foris facilè.*
17. *Cur Populus, Salix, Juglans, ſub aquis celerrimè putreſcant.*
18. *Cur Robur in dulcibus aquis, pinus in ſalſis, meliùs ſerventur.*
19. Hülzener Wetzſtein *ex Alno.*
20 *Ex Fago.*
21. *Naturæ multa opera mirabilia.*
22. *Sal Agrigentinus, cur aquæ injectus exiliat, in igne verò liqueſcat.*
23. *Sal cur in aqua liqueſcit, in oleo non item?*
24. *Cur Sal exundantes in caminis flammas compeſcat.*
25. *Salem poſſe infundi lucernis, loco olei.*
26. *Pulvis pyrius, abſque ſtrepitu, ſphærulam ejiciens è machinis.*
27. *Emiſſus è bombarbâ globulus non urit.*
28. *Modus, ut arundines, ad exploſionem pulveris pyrii præparentur.*
29. *Bombardi motus, pernicitatis incredibilis.*
30. *Sagitta in aerem emiſſa, unde incandeſcat.*
31. *Halinitri factio.*
32. *Halinitrum igni injectum cur crepat?*

33. Cur

Digitized by Google

33. *Cur aqua tepida, halinitro permixta, fiat frigidiſſima.*
34. *Nitri uſus in Mania.*
35. *Tonitrui etymon.*
36. *Tonitruorum generatio.*
37. *Comparatio tonitrus cum lignis incenſis.*
38. *Cum nucibus caſtaneis.*
39. *Cum bombarda.*
40. *Tonitrua & fulmina artificialia, tormentorumq; muralium calamitas & pernities.*
41. *Fulminei halitus cum crepitu, in deſtillatione ſalis petræ.*
42. *In depuratione æris cyprii.*
43. *Bombardici murmuris & ictûs cauſa, & cur plerięq; bombardico ictu intereant, nulla corporis parte, violati.*
44. *Ictû bombardæ exaudito, puer apoplexiâ mortuus.*
45. *Exploſâ bombardâ, in conclavi, orbes vitrei univerſi feneſtris excutiuntur, cur?*
46. *Tonitru & fulmine vitiari vinum & Cereviſiam.*
47. *Vitiatum vinum & cereviſia, ut inſtaurentur.*
48. *Tonitruorum effectus.*
49. *Fulgurum peſtifera vis.*
50. *Noctu magis, quam interdiu fulgurat, cur?*
51. *Tonitrua majora fiunt interdiu; contra verò, majores noctu coruſcationes.*
52. *Cur fulgur prius cernatur, quam tonitru auditur.*
53. *Cur fulmine plerumq; percutiantur feles & canes.*
54. *Cur tutum non ſit, cùm fulminat, feles penes ſe habere, aut canem, præſertim in ædium foribus.*
55. *Fulmine læſis quomodo ſuccurrendum.*

Digitized by Google

56. *Macula à fulmine inducta, quomodo curanda.*
57. *Ex ictu bombardæ ſurditas ſecuta.*
58. *Surditatis cauſa, ex ictu bombardæ.*
59. *Surditas miſerandum malum.*
60. *Surdi cur plures fiant.*
61. *Cur in aurium purgatione profundâ, tuſſicula fiat.*
62. *Modus quo fit tuſſis.*
63. *Catharri vitatio.*
64. *Catarrhorum facilis curatio.*
65. *Olfactûs aboliti cauſa elegans.*
66. *Dentes non temerè extrahendi.*
67. *Dentis extrahendi ſine dolore modus.*
68. *Anodynum certum ad dentium dolores.*
69. *Topicum præſentiſſimum, ad dentium dolorem ſedandum.*
70. *Amuletum in dentitione Infantium.*
71. *An Cerebrum Leporinum conveniat in dentitione.*
72. *Scalptus gingivarum quam vim habeat, ad ſedandum dentium dolorem.*
73. *Dentatos naſci inominoſum.*
74. *Dentium dolor mirabili modo ſedatus.*
75. *Eryſipelas, quare faciem occupat, præ aliis plerumque partibus.*
76. *Eryſipelatum excellens remedium.*
77. *Euporiſta ad Eryſipelata.*
78. *Oſcitationis etymon.*
79. *Oſcitantes cur minus audiant.*
80. *Cur oſcitando, vel digitum in aurem immittendo, crepitus audiatur.*
81. *Cur Homines inhorreſcant, cauſis tàm variis, & ſæpè ad horrorem incutiendum, ſuâ naturâ non comparatis,*

82. Cur quidam tantopere abominentur feles.
83. Exemplum terroris à felibus, ex imaginatione.
84. Mira Hominis & felis antipathia.
85. Palearum vis admiranda, in conſervanda nive, temporibus æſtivis.
86. Cur paleæ nivem conſervent, & maturationem pomorum promoveant.
87. Cur paleæ adverſas inter ſe qualitates conſervant.
88. Culicum in caſtris Ungaricis feritas.
89. Pediculorum rabies.
90. Euporiſta ad pedunculos.
91. Cimices occidentia.
92. Cartuſianos Monachos à Cimicibus non infeſtari, controverſum.
93. Ad muſcas.
94. Ad pulices.
95. Quare ſuo quaque fumo animalia abigantur.
96. Mangonium pro mulieribus.
97. Ad averruncandas mulierum rugas.
98. Purpureus puellarum color, quomodo an genuinus ſit, explorandus.
99. Oleum ex linteaminibus cui uſui.
100. Oleum ex papyro.

Centuria XIV.

Part. 1. Adam quot habuerit coſtas?
2. An coſta, de quâ fuerit facta Eva, integritati corporis Adæ fuerit neceſſaria, an ſupervacanea.
3. Evæ creatio.
4. Cur Deus ex corpore Adæ, & quidem ex coſta, & latere viri fecit fœminam?
5. Num ante diluvium quoq; plantata ſint vineæ, & ex uvis

uvis expreſſum vinum, quô homines uterentur in potu.

6. *An vini potus vini noxam tollat.*

7. *Gulones cur ubertim lachrymas fundunt?*

8. *Cur in conviviis, incipientes exiguis, expleti magnis poculis bibimus.*

9. *Ebrietas, quando vinum plus juſto bibendum, quomodo aliquo modo caveri poſſit.*

10, *Heluones potando inebriati, porrò potantes, ſobrii evadunt cur?*

11. *Aliâ vi ac ratione vinum inebriat, aliterq́ue homines afficit, quàm cerevisia.*

12. *Ebrioſi, ebrietati valedicturi, cur ægrè habent.*

13. *Quare alii aliis citiùs inebriantur?*

14. *Ad inducendum vini faſtidium.*

15. *Aqua vitæ extractio ſine igne.*

16. *Stupor mortalis, ab exhalatione muſti recentis, in cavâ vinariâ efferveſcentis.*

17. *Muſti vapores quâ ratione interimant.*

18. *Quomodo muſti exhalationibus penè ſuffocati, in vitam revocari debeant.*

19. *Homo cur* SOLUS *ſanguinem naribus fundit.*

20. *Quare* SOLUS *Homo* Στραβὸς.

21. *Ex defixo oculorum obtutu Strabiſmus.*

22. *Straboſitatis in Infantibus curatio.*

23. *Luſci quâ animi conditione.*

24. *Strabonibus cur gemina videntur omnia.*

25. *Ebrioſis & furioſis cur res geminæ videantur?*

26. *Cur* SOLUS *Homo, varietatem colorum oculorum habet.*

27. *Oculus dexter ſiniſtro obtuſior.*

28. *Oculi primùm moriuntur, cur?*

29. *Morientium, viventium & mortuorum oculi quales.*

30. Cur

30. Cur quædam colluceant in tenebris.
31. Candida, cur luceant in tenebris.
32. Noctu, cur quædam animalia videant.
33. Homo SOLUS animalium ſtare poteſt.
34. Homo SOLUS ſedere poteſt.
35. Homo SOLUS erectam corporis figuram accepit.
36. Quæ cauſa efficiens, erectam in corpore figuram ſuffulciat.
37. Homini tantùm ſtatus rectus eſt datus, ut cœleſtia intueatur, contempleturque.
38. Manus SOLUS Homo habet.
39. Cur facta Homini ſint manus, brachia & digiti.
40. A manibus indicia.
41. Ambidexter qui & quidnam morum portendat.
42. Mulier non ſit ambidextra, cur.
43. Infantes cur procliviùs feruntur ad motum manûs ſiniſtræ, quàm dextræ.
44. Siniſtræ manus promptitudo, dextræ alacritati nihil cedens, vel etiam illam ſuperans, cur?
45. Dextra pars corporis valentior & robuſtior ſiniſtrâ, cur?
46. Cur dextræ partes citiùs, promtiùs & frequentiùs reſolvuntur, quàm ſiniſtræ?
47. Dextra manus promptior & agilior ſiniſtrâ cur?
48. Dextræ cum dextrâ conjunctio, cur fidei ſymbolum.
49. In dextrâ manu, eſſe ſignum pacis aut ſimultatis.
50. Cur ſupra dextrum latus ſuaviùs ſoporamur.
51. Frictio carpi cui uſui?
52. Sonus in pede inter ambulandum unde?
53. Cur datus ſit Homini motus progreſſivus.
54. Ordo in motu animalium.
55. SOLUS Homo titillatur.

56. Cur

Digitized by Google

56. *Cur nemo valeat ſeipſum titillare?*
57. *SOLUS Homo ridet.*
58. *Cur in bruta non cadit riſus?*
59. *Cur fatui plus rideant intelligentibus.*
60. *Riſus cauſa mortis.*
61. *Exempla riſu mortuorum.*
62. Ἀγέλαστος *quidam, detecto fucato pulchro, effuſiſſimè riſit.*
63. *Quidam, animam agens, riſu convaluit.*
64. *Homines derident deformia, admirantur pulchra.*
65. *Cur ab uno & eodem ridiculo, non æqualiter riſus excitatur?*
66. *Unde cachinnus in riſu, unde & effuſio lachrymarum in eodem.*
67. *SOLUS Homo lachrymat.*
68. *Cur lachrymantes naſcamur?*
69. *Vita humana, lachrymarum pleniſſima.*
70. *Fletûs & lachrymarum generatio.*
71. *Lachrymæ unde proveniant.*
72. *In magnis perturbationibus animi, cur non emittuntur lachrymæ.*
73. *Cur lachrymantes afflicto relevationem faciunt?*
74. *Cur quidam ſunt* ἀδάκρυες *& lachrymari neſciunt.*
75. *Cur alii aliis ad fletum faciliores?*
76. *Quare gaudentes quandoque lachrymantur?*
77. *Nemini mortalium interdicendum lachrymis.*
78. *Nulli Hominum non lachrymandum.*
79. *Lachrymæ miſericordiæ ſignum.*
80. *Cur in lachrymis, ſuſpiria & gemitus ferè conjungantur.*
81. *Suſpiriorum & gemituum vis magna.*

82. Su-

Digitized by Google

82. Suſpiria & luctus in acerbitate luctus, qui fiant, eorumque neceſſitas.
83. Lachrymarum vis.
84. Cur fletus diutius perſeverat, quàm riſus.
85. Cur turpius eſt plorare, quàm ridere.
86. An fletibus Homo poſſit mori & quomodo.
87. Cur homines alioquin triſtes & dolentes, ſæpè cùm tacerent, non plorabant, cùm autem doloris cauſam volunt dicere, & narrare, confeſtim plorant.
88. Cur animantium Homo maximè fumo affici poteſt.
89. Dolores leviores, triſtitia, cur cient lachrymas?
90. Cur hominis etiam temperatiſſimi ſtercora fœtent magis, quàm reliquorum animalium.
91. Cur alvi dejectiones diutiùs retentæ minùs, Urina contra, diutiùs retenta, magis fœtet?
92. Cœli & aeris vis mira.
93. Non omnibus idem convenit cœlum.
94. Aſiatici cur molles, Europæi fortes?
95. Cur geminis perceptus auribus ſonitus, nunquam duplex auditur.
96. An Talpæ videant ſub terra.
97. An Talpæ ſub terrâ audiant.
98. Talpa caſu in anum irrepens, indéque eum labore evulſa, qui.
99. Feræ ignobiliores, crudeliores,
100. Venator vulturi ſanat ſtupiditatem.

Centuria XV.

Part. 1. Quidam ſepultus reviviſcit.
2. Mulier ſepulta reviviſcit.
3. Quidam, pro mortuo habitus, & loculo impoſitus, revixit.

Digitized by Google

4. Quædam pro mortua habita, revixit.
5. Vivi ſepulti 1. Gero Epiſcop. Colonienſis.
6. 2. Patritius Anconitanus.
7. 3. Zeno Imperator.
8. 4. Patricia Auguſtana.
9. Joannes Scotus bis mortuus.
10. Quidam, prius funere elatus, quàm natus.
11. Quidam capite truncatus concutitur.
12. Capita obtruncata, quî loqui valeant.
13. Caput abſciſſum loqui non poſſe.
14. Quædam media crepuit.
15. Latro quidam medius crepuit.
16. Cadavera ſceleratorum, an rectè volucribus præda, in rotis relinquantur.
17. Princeps quidam medius crepuit.
18. Arrii mors miſera, deteſtanda, damnanda.
19. Pilo ſuffocatus.
20. Uva acino quidam ſuffocatus.
21. Piſciculo ſuffocatus.
22. Miſeriarum humanarum, cum prærogativis animantium collatio.
1. Hominis, animalium ſuperbiſſimi, exilis orige.
23. 2. Nativitas periculoſa.
24. 3. Rationis & ſenſuum, uſus nullus.
25. 4. Alimentorum neceſſariorum ignoratio.
26. 5. Nuditas.
27. 6. Labor in parandis alimentis.
28. 7. Luxuria, terrarum mariúq; vaſtatrix.
29. 8. Utilium & noxiorum ignoratio.
30. 9. Armorum nativorum penuria.
31. 10. Luctus abſentia.
32. 11. Artium ignoratio.

33. 12.

Digitized by Google

33. 12. *Malitia hominum.*
34. *Vita Hominis quid?*
35. *Vita in quo conſiſtat.*
36. *Vita hominis, cur perpetuari nequit.*
37. *Vita Hominis araneæ ſimilis.*
38. *Vita Humana vanitas.*
39. *Miſeria Hominis unde?*
40. *Anguis ex medullâ ſpina cadaveris humani.*
41. *Anguis ex ſpina medullâ, quid notet.*
42. *Mors quid?*
43. *Mortis æquitas.*
44. *Mors quando optima.*
45. *Modus quo Mors ingruit.*
46. *Mortis anatomia.*
47. *Mors, cur fiat in momento.*
48. *Quomodo mors dicitur naturalis, cùm ſit corruptio vi-*
49. *Mors quotuplex.* *(ventis.*
50. *Mors eſt inevitabilis.*
51. *Terminus Mortis non eſt inevitabilis.*
52. *Memento mori.*
53. *Mors non metuenda.*
54. *Hodiè.*
55. *Quod differtur, non aufertur.*
56. *Procraſtinatio.*
57. *Temporis ratio habenda.*
58. *Citiſſimè enim & irreparabiliter labitur.*
59. *Hominis & Roſæ caducitas.*
60. *Senectutis incommoda.*
61. *Triſtis ſenii, figurata (ſed elegans) deſcriptio.*
62. *Inſtabilitas rerum Mundi.*
63. *Mundi figura.*
64. *Mundi inanitas.*

65. *Omnia*

Digitized by Google

65. Omnia caduca.
66. Alloquium ad Heraclitum & Democritum, Philoſophos.
67. Omnia vanitas.
68. Fatalis naſcendi, pereundiq; gyrus.
69. Providentia Divinâ everti Reſpublicas.
70. Mutatio mirabilis, ſingulis annis D. in Republica.
71. Cœlum & elementa converti, aliquando interitura.
72. Omnium rerum viciſſitudo.
73. Sitis catarrhi hoſtis.
74. Caupones quare ſitibundi.
75. Quare Sitis pharmacis calidis & ſiccis curatur.
76. Quare Sitis vino compeſcitur.
77. Non ſitientes, cur balneum ingreſſi, ſitimus?
78. Siticuloſi balneum ingreſſi, cur ſitire deſinimus?
79. A longâ, validaq; exercitatione, cur Sitis, frigidâ non ſedatur?
80. Germana veritas.
81. Monſtrifica Sitis.
82. An expediat, einen Schlafftrunck zu thun.
83. Inſana Sanitas.
84. An Antipodes dentur in una Urbe.
85. Tröſcher und Schmidknecht im Kopff / quid?
86. An noctu ſitientibus bibere conveniat.
87. Somnus, qui ſitim nocturnam ſedat.
88. Nimia Sitis detrimentoſa.
89. Ut immodicus potus minus noceat.
90. An intermedio, prandii & cœna tempore, potu omninò ſit abſtinendum.
91. Prodigioſorum bibulorum exempla.
92. Uteri vel inteſtini prolapſi reſtitutio mira.
93. Modus conſuendi inteſtina.

94. De-

Digitized by Google

94. *Dolor diuturnus brachii, compendioſiſſimè curatus.*
95. *Iſchias mirè curata.*
96. *Ardentis febris curatio mira.*
97. *Ἀνϑηπύρετον admirandum topicum.*
98. *Exorciſta paronychiam curat morte.*
99. *HOMO Piſcator, Venator, Auceps.*
100. *Cantio cygnea, Jul. Cæſaris Scaligeri.*

Centuria XVI.

Part. 1. *Diviſio ætatis Hominis, ſecundum numerum ſeptenarium.*
2. *Annus LXIII. Senibus ſuſpectus.*
3. *Epiſtola Caſ. Auguſti, ad Cajum Nepotem, de An. LXIII.*
4. *Annus climactericus LXIII. ἀνδρῶδης & Androclea cur?*
5. *Anni XLIX. LVI. & LXIII. cur Heroici.*
6. *Anni climacterici non ſuperſtitioſe obſervandi.*
7. *Nec temerè ſpernendi.*
8. *Anni climacterici cur periculoſi.*
9. *Quomodo evitanda pericula Anni climacterici.*
10. *Climactericus ultimus, Annus CXX.*
11. *Epilepſiæ quanta ſit fœditas.*
12. *Antiqui in Epilepticos cur expuerunt.*
13. *Solus Homo an Epilepſia tentetur.*
14. *Epilepſia à quibus detegatur & moveatur.*
15. *Gagates ſuffitus morbum ſonticum deprehendit, & lapſos revocat.*
16. *Coturnicum eſus an Convulſiones pariat. Affirmatur.*
17. *Negatur.*
18. *Quare quædam aviculæ victitant venenis innoxiè.*
19. *An eſus animalium, quæ veneno victitant, Homini ſit noxius. Negatur.*

20. *Affirmatur.*
21. *An apium, ſive Petroſelinum noſtrum, Epilepſiam prodat. Affirmatur.*
22. *Dubitatur.*
23. *Negatur.*
24. *Noſtrum Petroſelinum eſſe verum Apium antiquorum.*
15. *Epilepſia ex terrore cur?*
Exempla Epilepticarum.
26. *1. Ex fratris morte ſubitò denunciata.*
27. *2. Ex perfuſione aqua.*
28. *3. Ex caſu Epileptici.*
29. *4. Ex detruncatione capitis.*
30. *5. Ex conſternatione ſubita.*
Epilepſia curata, ex incuſſo terrore, mirùm.
31. *Exemplum I.*
32. *II.*
33. *Epilepſiarum terrore curatarum, cauſa.*
Specifica ant-epileptica. Interna.
34. *1. Sanguis paternus.*
34. *2. Turturis.*
36. *3. Aquila.*
37. *4. Corvi.*
38. *5. Teſtudinis nemoroſa.*
39. *6. Muſtela.*
40. *7. Catelli nigri bilis.*
41. *8. Pulvis epatum Ranarum viridum.*
Externa.
42. *1. Cerebrum Coturnicum.*
43. *2. Sanguis Epileptici.*
44. *3. Turtur.*

Ant-

Digitized by Google

Amuleta ant-epileptica.

45. 1. Radix Sambuci ſuper ſalicem creſcens.
46. 2. Filum chartarum luſoriarum.
47. Secretum in loquela defectu: melancholia, cerebro primario affecto, & mania.
48. Amuletum in Apoplexia.
49. Præſervativum in Apoplexia excellens.
50. Cucurbitularum in Apoplexia vis mira.
51. An & quomodo Corpus, in Apoplexia concutiendum.
52. Apoplecticorum Stertor unde?
53. Apoplexia Stertor cur lethalis.
54. Sonus in Stertore unde.
55. Stertoris cauſa in ſomno quæ.
56. Dormientes ebrii cur ſtertunt?
57. Cur ab objectis externis circumrotatis & variè motis, vertigo excitatur.
58. Cur ſpiritibus in cerebro commotis, atque in gyrum actis, neceſſe eſt, res extra poſitas, videri in gyrum circumvolvi, quieſcentes licet.
59. Quomodo rerum profundarum, & ab alto proſpectus, vertiginem generet.
60. Motus recti cur non pariunt vertiginem.
61. Syncipus, cur magis, quàm cæteræ partes capitis dolet.
62. Barbæ in viris utilitas quæ.
63. Barbæ magna dignitas.
64. Barbæ raſura, quando, & à quo inventa.
65. Barbæ raſura aliquando noxia.
66. Wie der Bart zu bequemen.
67. Barba ut adoleſcat.
68. Barba ut fabricanda.
69. Aenobarbi ſuſpecti.
70. Barba rutila non ſemper improbum deſignat.

71. *Unde pravi rutiliorum mores.*
72. *Fœminis cur non adnaſcatur Barba.*
73. *Funes ex comis.*
74. *Scintillæ è crinibus Hominis.*
75. *Pilos denigrare.*
76. *Cur dolentium & gravioribus affectibus obnexiorum corpora tabe & macie conficiantur.*
77. *Cadaveroſæ faciei enarratio elegans, quæ in proverbium traducta, Hippocratica appellatur.*
78. *Facies cadaveroſa cur mortifera?*
79. *Fibræ aurium cur averſæ mortem portendunt?*
80. *Moribundi cur non dolent.*
81. *Moribundi quare ſtertunt.*
82. *Morituris cur ulcera ſicceſcunt & livent.*
83. *Sordes aurium, cur in morituris dulceſcunt?*
84. *Cadaver quomodo putreſcat.*
85. *Putredinis modus.*
86. *Corrumpiturné calor, in putredine, per intenſionem, an per remiſſionem.*
87. *Secretum in hæmorrhagia narium.*
88. *Euporiſta ad Anginam.*
89. *Eſtné Cancer ulceratus contagioſus.*
90. *Ambulatio ut fiat.*
91. *Calcei ſunt præter naturam.*
92. *Catelli parvi unde.*
93. *Canes cur cæci in lucem prodeunt.*
94. *Canum genera & nomina.*
95. *Catuli uſus in podagræ doloribus.*
96. *Dolores articulorum curati per modum transmutationis.*
97. *Canis corium cui uſui.*
98. *Canis ſtercus.*

99. Lac

Digitized by Google

99. *Lac, Dens Canis.*
100. *Baldus Juriſta rabie perit.*

Centuria XVII.

Partic. 1. *Andreæ Veſalii in Prognoſi Medicâ dexteritas.*
2. *Veſalii in medendo felicitas.*
3. *Veſalii in miſſione ſanguinis largitas.*
4. *Veſalius abit in Judæam & Palaſtinam, & cur?*
5. *Veſalii ferina crudelitas, in diſſecandis vivis hominibus. Exemplum* 1.
6. *Exemplum* 2.
7. *Veſalius miſerè moritur.*
8. *Veſalii Epitaphium.*
9. *Jacobus Carpenſis vivos ſecuit.*
10. *Incubus quid?*
11. *Antepileptica. I.*
12. *II.*
13. *III.*
14. *IV.*
15. *Cranium hominis antepilepticum.*
16. *Sed abominandum.*
17. *Uſus cranii humani ad ulcera ambulativa.*
18. *Tonſura capitis frequens acuendo viſui cur maximè conferat.*
19. *Altitudo aëris paulò major dimidio milliari germanico.*
20. *Aëris utilitas quotuplex.*
21. *Ænigma de Iride.*
22. *Iridis etymon.*
23. *Iris quid?*
24. *Iris quotuplex?*

25. Iris ad meridiem in noſtro climate non videtur, cur?
26. Iridem eandem duo non poßunt videre.
27. Iris Lunaris unde?
28. Iris Artificialis, quî fiat.
29. An Iris ante diluvium extiterit?
Affirmatur.
30. Negatur.
31. Frumentariorum fraus & impoſtura.
32. Dyſenteria ut ſimulari poſſit.
33. Deſperata Dyſenteria ab anu ſorborum eſu curata.
34. Scorpii etymon, deſcriptio.
35. Scorpii vis prolifica.
36. Scorpius ex lignis putridis.
37. ex Cancro.
38. ex Ocymo.
39. Scorpionum Hoſpitium.
40. Scorpiones quomodo fugentur.
41. Scorpiones quibus torpeſcant & quibus reviviſcant.
42. Scorpionis ictum prohibentia.
43. Scorpii veneni malignitas.
44. Signa percuſſi à Scorpio.
45. Vulnera Scorpionum quomodo tractanda.
46. Scorpionum ictus Curatio.
47. Scorpius ſui veneni Alexipharmacum eſt.
48. Quâ vi venenata animalia ictus ſanent.
49. Apes ex Bove.
50. Apes Boum ſtercore cur tantopere delectantur?
51. Apes procreare.
52. Apum & Veſparum ictuum Signa.
53. Apes & veſpæ nè quem mordeant.
54. Quos Apes & Veſpæ nunquam feriant.

55. Apes

Digitized by Google

55. *Apes num coëant.*
56. *Quæ Apum & Veſparum ictibus opitulentur.*
57. *Exemplum Curationis.*
58. *Lingua Viperæ cui uſui.*
59. *Lingua Serpentis in Equos Natura.*
60. *Serpentis & Fraxini Odium.*
61. *Serpentes in Ventriculo.*
62. *Signa.*
63. *Serpentum in Febribus Ardentibus uſus.*
64. *Serpentes ejecti.*
65. *Serpentes ex Setis Equinis.*
66. *Corylus Serpentibus reſiſtit.*
67. *Viperarum Ictûs Curatio.*
68. *Exempla Curationis.*
69. *Rubeta in mediis Saxis.*
70. *Cochlea edules in lapidibus.*
71. *Spongiola Roſæ Sylveſtris quid, ejusq́ materia.*
72. *Spongiolarum Sylveſtris Roſæ Vires.*
73. *Roſæ Caninæ Vermiculi unde?*
74. *Vermiculi Roſæ Sylveſtris cui uſui.*
75. *Ulmi Veſicæ (folliculi) quid? earumq́ vermiculi, unde?*
76. *Veſicularum Ulmi humor, cui uſui, colligendi modus.*
77. *Ulmi portentum, Etymon.*
78. *Color Chermeſinus ex Vermiculis Ilicis.*
79. *Cocci Baphica Hiſtoria.*
80. *Coccum parandi Ratio I.*
81. *II.*
82. *III.*
83. *Color Chermeſinus (Vermilius) ex vermiculis Radicis Pimpinellæ.*

Digitized by Google

84. *Vermiculorum ad Pimpinellæ radices repertorum ortus unde?*
85. *Chermeſinus color ex cocco myrti.*
86. *Coccus variarum Radicum.*
87. *Aqua an altiores Littoribus?*
88. *Mures ſunt Auri Fures.*
89. *Mures ſtrident, cur?*
90. *Glires ædes ruinoſas deſerunt, cur?*
91. *Odontalgica.*
I. Ex ligno Sambucino.
92. *II. Ex Ligno Buxeo.*
93. *III. Ex oleo Caſuræ.*
94. *Amuletum Odontalgicum.*
95. *Reſpublica Cœleſtis.*
96. *In Homine Adminiſtratio Aulica.*
97. *Nemo ex omni parte Beatus.*
98. *Curatio Vulnerum per Solam Aquam.*
99. *Cur Gallorum Pueri initio Sapientes?*
100. *Planta, Homo inverſus.*

Centuria XVIII.

Part. 1. *An Matres lactare debeant proprios infantulos, An verò Nutricibus rectè adhibeant?*
Affirmativa.
I.
2. *II.*
3. *III.*
4. *IV.*
5. *V.*
6. *VI.*
7. *VII.*
8. *Propoſitarum Aſſertionum Refutatio.*

Digitized by Google

I.
9. *II.*
10. *III.*
11. *IV.*
12. *V.*
13. *VI.*
14. *VII.*
15. *Matres non debere lactare proprios Infantes.*
I.
16. *II.*
17. *III.*
18. *IV.*
19. *V.*
20. *VI.*
21. *VII.*
22. *Quando eligenda Nutrix.*
23. *Qualis eligenda.*
24. *Hiſtoria Bonarum Nutricum.*
I.
25. *II.*
26. *Infans materno, non alieno lacte alendus.*
27. *Matres, quæ filios non nutriunt, non integræ matres ſunt.*
28. *Tenera lactantium ætas refellitur.*
29. *Nutricum quarundam malitia.*
30. *An Nutricum mores cum lacte à puerulis imbibantur?*
Affirmatur.
31. *Negatur.*
32. *Ruſtici vaccino lacte utplurimum viventes, cur non mugiant?*

Digitized by Google

33. Si qua voles aptè nubere, nube pari.
34. Sagæ Φαρμακεύτριαι vocantur.
35. Incendii Veſuvii Cauſa.
36. Comparatio cum tormento manuario ſive ſclopo.
37. Veſuvius Microcoſmicus.
38. Alius.
39. Ariſtotelis Libri de Animalibus immeritò falſitatis arguuntur.
40. Curatio ſimplicioribus peragenda remediis.
41. In Galenum.
42. Anaſarca Curata.
43. An Paracenteſis in Hydropicis inſtituenda? Negatur.
44. Affirmatur.
45. Hydrops ſiccus.
46. Sectio Hydropica.
47. Hydropicorum Panis.
48. Hydropicorum Orthopnœa.
49. Suffitus in quibusdam Affectibus Pectoris utilis eſt
50. In quibusdam noxius eſt.
51. Exhalationes ex puteis malignæ.
52. Lapis Phengites.
53. Juniperi Bacca & oleum.
54. Ovorum uſus Platero probatus.
55. Ovum putridum contra procidentiam uteri.
56. Aloës Utilitas.
57. Hypercatharſis in gravidâ.
58. Opiata in Pleuritide Utilia.
59. Philonium in Aſthmate.
60. Somnus diurnus Noxius.
61. Non ſemper.

62. *Radicum Aperitivarum maceratio.*
63. *Spermatis Humani Corruptio nimis frequenter accuſatur. In Genere.*
64. *In ſpecie. Maſculini.*
65. *Muliebris.*
66. *Pilula Narcotica Plateri.*
67. *An plures ſint Muti quàm Surdi?*
68. *Cur Cloacas purgantes non offendantur à fœtore.*
69. *Cur ex ſpermate retento viri non tententur Suffocatione.*
70. *Vinum quomodo probetur.*
71. *Antipathia Roſarum cum Cerevisia.*
72. *Cerevisia incommoda.*
73. *Epithema Cephalicum præſtantiſſimum.*
74. *Herba Veronica Laus.*
75. *Hæmorrhagiam ſiſtens.*
76. *Melancholia curata.*
77. *Vinum antimelancholicum eſt.*
78. *Contra Palpitationem Cordis.*
79. *Anticolicum.*
80. *Fœtum & ſecundinas pellentia.*
81. *Ad prohibendas vehementes concuſſiones in paroxyſmo febrili.*
82. *Signis coctionis in urina non nimis fidendum.*
83. *Nucis Myriſticæ Præſtantia & Uſus.*
84. *Pulvis tormentarius ex Auro mirabilis.*
85. *Aurum ignibus invictum, cur?*
86. Wie die Terra Sigillata zu probieren.
87. Der *Terra Sigillata* Eigenſchafften.
88. *Luna Vires in Animalia.*
89. *In Homines in ſpecie.*
90. *Homines Piloſi.*

91. *Juſti Lipſi morbus.*
92. *Alciati Mors.*
93. *Magna circa Medicam Artem Simplicitas.*
94. *Methodi medendi Neceſſitas.*
95. *Seculi in cenſendis ſcriptis perverſitas.*
96. *Atra bilis Materia; Humor melancholicus & Bilis.*
97. *Sanguis & Pituita.*
98. *In omnibus rebus tripartitus reperitur Ordo.*
99. *Ex tribus Naturæ Regnis Tres Vitæ Status Politici inveniuntur.*
100. *In Tribus his ſingulis Unum caput.*

Centuria XIX.

Partic. 1. *Lunam gaudere duplici Lumine.*
I. Mutuatitio.
2. *II. Proprio.*
3. *Unde Lunæ Rubor in Eclipſi Lunari ſat clarè conſpicuus.*
4. *Natura Lunæ.*
5. *Jocus de Luna.*
6. *Quomodo Solis Eclipſis clarè videri poſſit?*
7. *Eclipſes magnas magnæ mutationes exceperunt.*
Exempla, I.
8. *II.*
9. *III.*
10. *IV.*
11. *Eclipſium quarundam Lunarium obſervatio.*
12. *Effectuum Exempla. I.*
13. *II.*
14. *Mutationes in Aëre, à Solis & Lunæ Eclipſibus.*
Exempl. I.
15. *II.*

15. III.

Digitized by Google

16. III.
17. IV.
18. Eclipſium ſignificata an ſint Univerſalia, an verò tantùm quadrent ei Genti, in cujus Horizonte apparent & videntur.
19. Eclipſis Operationis Principium unde eruendum.
20. An è Luna aſpectu tempeſtatum præſagia rectè petantur?
21. Tempeſtatum præſagia à Sole Oriente & Occidente.
22. Tremor radiorum Solis unde.
23. Ex radiorum Solarium concurſu poſſibile eſt ignem generari.
24. Veris Etymon.
25. Veris Morbi.
26. Æſtatis Etymon.
27. Æſtatis Morbi.
28. Autumni Etymon.
29. Autumni Morbi.
30. Hyemis Etymon.
31. Hyemis Morbi.
32. Ratio explorandi Leproſos.
33. Ex Signis Internis.
34. Ex Signis Externis.
35. Ex Sanguine miſſo.
36. Circa Judicium Nota.
37. Cicindela Hiſtoria, Fulgor.
38. Rota αὐτοκίνητος.
39. Globus Cœleſtis αὐτόματος.
40. Sphæra admirabilis vitrea.
41. Quomodo Spiritu incluſo moles Archimedea tàm variis motibus circumvolvi potuerit.
42. Machina Cœleſtis orbis Archimedea cur ex vitro.

43. Sphæ-

Digitized by Google

43. *Sphæra Cœleſtis mirabilis artificii.*
44. *Machina Cœleſtis αὐτομάτη.*
45. *Alia.*
46. *Perpetuum mobile.*
47. *Organum Muſicum αὐτόματον.*
48. *Horologium absque fune.*
49. *Sedes mira.*
50. *Columba Volatilis.*
51. *Navicula ſponte mobilis.*
52. *Columba arte facta volans.*
53. *Cruentationis Cadaverum*
Exempla Rara
I.
54. *II.*
55. *III.*
56. *Serpens faciei malum à Gliribus.*
57. *Fragmenta Oſſium ſponte prorumpentia.*
58. *Scabies fera ſive Agria.*
59. *Morbus Gallicus quid, controvertitur.*
60. *Mira Excreta in morbis per incantationem.*
61. *Magi Ægyptii eadem cum Moſe non fecerunt.*
62. *Hypercatharſis.*
63. *Catuli Vomitu ejecti.*
64. *Lepus unus utroque Sexu gaudet.*
65. *Negatur.*
66. *Lepus an cicurari poſſit?*
67. *Lepus comeſtus formoſitatem conciliare dicitur.*
68. *Oſſa flexibilia.*
69. *Curatio eorundem.*
70. *Podagra Morbus Tartareus dicitur.*
71. *Potûs Quantitas in Podagricis.*
72. *Ex Cœcula Theriaca.*

73. Quid

Digitized by Google

73. *Quid calor medicamentorum Catharticorum ad purgationem faciat.*
74. *Ventriculi capacitas.*
75. *Ventriculi vulnera curata.*
76. *Quamdiu Homo inediam tolerare poſſit.*
77. *Diuturnæ inediæ Exempla.*
I. II.
78. *III. IV. V.*
79. *VI. VII.*
80. *Oeſophago inhærentium extractio.*
81. *Volvulus juſculis curatus.*
82. *Vomitus nucleorum ceraſorum in colicâ.*
83. *Vomitio Sanguinea nigra.*
84. *Enemata & ſuppoſitoria per Vomitum rejecta.*
85. *Suppoſitoriorum longitudo.*
86. *Enematum Uſus nimius vitandus.*
87. *Urina regurgitans in ventris capacitatem.*
88. *Virgines Lac habentes.*
89. *Infans primo menſe lac è papillis reddens.*
90. *Vetula lactans.*
91. *Menſium reſtrictio à gelu lethalis.*
92. *Varia Molarum Figura.*
93. *Alia.*
94. *Alia.*
95. *Cœci Mira agentis.*
I. II.
96. *III.*
97. *IV.*
98. *Obauditionis Cauſa ſingularis.*
99. *Oculus Leporinus.*
100. *Capitis vitia humorum per os, nares, aut aures rejectione curata.*

Cen-

Centuria XX.

Part. 1. Aquarum Mineralium Potio & Lotio ſimul quomodo inſtituenda.

Varii Modi.

2. Difficultates circa Tres Priores.
3. Circa duos Poſteriores.
4. Deciſio.
5. Exceptio Specialis.
6. In Acidulis Spadanis bibendis præcepta Andreæ Treviſii.

Primum.

7. Secundum.
8. Acidularum Suvalbacenſium Encomium.
9. Fuligines acidularum animalia exanimantes.
10. An Aquarum mineralium uſui Chymica medicamenta jungere liceat?
11. Obernawer Bad.
12. Therma Blaſiana contra fluorem album.
13. Thermarum Cellenſium Vires.
14. Thermæ Bellenſes ægram ejiciunt, & tandem patiuntur.
15. Thermarum Uſum reiterandum pruritus crurum non imperat.
16. Balnei aquæ dulcis Uſus.
17. Ejusdem Noxa.
18. Extremorum Extenſio & oſcitatio crebra in cynanchicis unde?
19. Malignæ Scarificationes.

Exempl. I.

20. II.
21. III.

22. IV.

22. *IV.*
23. *V.*
24. *Ligni Guajaci Vires.*
25. *Incertitudo Aſtrologiæ Judiciariæ unde?*
26. *Malè tamen penitus ſpernitur.*
27. *Peſtis Sævitia.*
28. *Prognoſticon in morituris Peſte.*
29. *In Fœminis.*
30. *Venæ ſectio in Peſte.*
31. *Lapidis Bezoar in Peſte uſus.*
32. *Imperatoris Ferdinandi Prudentia.*
33. *Linea ab Anthrace ad Bubonem.*
34. *Pro Cauterii Actualis Materiâ Aurum ferro præfertur.*
35. *Ferrum auro præfertur.*
36. *Deciditur.*
37. *Fontanella magna & doloroſa non excitanda.*
38. *Sudorum differentia.*
39. *In Spirituum Chymicorum exhibitione Cautela.*
40. *In Paroxyſmis Cibus non eſt exhibendus.*
41. *Nonnunquam tamen exhibendus.*
42. *Cautela de cibis in Febribus.*
43. *Lactis in phthiſi uſus.*
44. *Tabidis carnes aſininæ proficuæ.*
45. *Tabis remedium ex pinguedine.*
46. *Sanguis Columbarum in oculi læſionibus utilis eſt.*
47. *Carnes præ cæteris omnibus optimum ac plurimum præſtant alimentum.*
48. *Panis inter omnia alimenta præcipuum.*
49. *Diætæ Utilitas.*
50. *Fœtus in utero putrefactus excluſus per abdominis fiſtulas.*

51. Per apoſtema umbilici.
52. Per vulnus circa regionem umbilici.
53. Paulò ſupra inguina.
54. Per anum.
55. Mulier annos duodecim ſceleton fœtûs mortui gerit.
56. Cur Venæ lacteæ tamdiu latuerint.
57. Venarum Lactearum utilitas in indaganda ſanguinis generatione.
58. Inteſtina aliquâ vi chylificandi gaudent.
59. Colica in paralyſin tranſiens novus morbus.
60. In utriuſq; curatione Notanda.
61. Cardiacus morbus infantium curatus.
62. Cordis ulcera & abſceſſus.
63. Cordis tabes.
64. Cordis & auricularum motus.
65. Ridicula Syncopes cauſa & curatio.
66. Quorundam in pulſu explorando negligentia.
67. Viola uſus.
68. Nives plantis utiles.
69. Anſerum Vetularum Hoſtis.
70. Lithotomi inopina mors ex vino purgante.
71. Aqua frigida commoda.
72. Num paulatim vel affatim bibenda.
73. Phreneticis interdicitur aqua ſimplex.
74. Cruris ſtupor.
75. Arteriotomia commoda.
76. Mors ex imprudenti arteriotomia.
77. Gingivarum hæmorrhagia.
78. Polypi etimon.
79. Meatus in corporibus viventibus patentiores, quàm in mortuis.
80. Chirurgo in V. S. notanda.

81. A

81. *A Venaſectione dormire licet.*
82. *Morſus hominis periculoſus.*
83. *Al. Exempl.*
84. *Apoplexia à caſu.*
85. *Syrupus Citri ebrietatem prohibet.*
86. *Cur in prandio citius, quàm in cœna inebriemur.*
87. *Ranæ ut ſileant.*
88. *Eclipſis Solis in ovo delineata.*
89. *Dolor Medici Suſtentaculum.*
90. *Circa Narcoticorum Uſum Cautiones.*
91. *Aureorum Annulorum jus Medicis conceſſum.*
92. *Corporis Humani Pondus.*
93. *Architectonica membrorum in corpore humano proportio.*
94. *Quidam negant, eſſe Animam.*
95. *Chirurgia.*
96. *Apotheca.*
97. *Idea Mundi.*
98. *Gemma.*
99. *Creaturarum conſideratio.*
100. *Phyſiologia.*

FINIS.

A01 1468397

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Per 1468397

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google